Dio

DIONYSII

HALICARNASSENSIS

DE

COMPOSITIONE VERBORVM

LIBER

GRAECE ET LATINE

CVM PRIORVM EDITORVM SVISQVE ANNOTATIONIBVS

EDIDIT

GODOFREDVS HENRICVS SCHAEFER

ACCEDVNT EIVSDEM MELETEMATA CRITICA IN DIONYSII ART. RHETOR. CAP. I—IV.

LIPSIAE CIƆIƆCCCVIII.
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
LONDINI APVD J. PAYNE ET MACKINLAY
ET W. H. LVNN

PRAEFATIO
G. H. SCHAEFERI.

Fere triennium eſt, cum Meletemata Critica in prima quatuor capita Artis Rhetoricae Dionyſii Halicarnaſſenſis conſcripſi. Hic libellus, dicatus tum uſui academico, quod fore non ſperaveram, viris doctis talis viſus eſt, qui ex umbra academiae in lucem publicam recte protrahi poſſet. Sed criticis ſcriptionibus, ut alibi *), ſic apud nos, difficillimum eſt, niſi

*) „— Coniecturae erant non diu poſt ad manum ſat multae, quarum, delectu habito, communicare cum Eruditis nonnullas, geſtiebat animus; quum, ecce, negare Typographi, huiusmodi ſe quisquilias, quas nemo emeret, ablegandas plerumque

in vicum vendentem thus et odores,

praelo ſubiecturos; ipſius Schraderi hoc in genere ſcripta vix nummo addici in auctionibus; nec meliore fato uti Adverſaria Heinſii; etc. iidem tamen benigne ſatis ſuam mihi pollicebantur operam, ſi ſcriptorem aliquem veterem, commentario inſtructum, in vulgus vellem edere.“ Io. Ad. Nodell p. III. praefat. ad Flavii Aviani Fabulas, quibus vir doctiſſimus, ut ego Dionyſii libro Meletemata Critica, Notas Criticas in Scriptores Varios ſubiecit.

addas quod vendibiliores faciat, redemtorem librarium conciliare. Quod igitur aliis in simili causa non male cesserat, circumspicere coepi, quemnam Graecorum scriptorum Meletematibus in publicum prodeuntibus comitem adiungerem. Is non diu erat nec longe quaerendus, cum in promtu essent ipsius Dionysii Rhetorica, a Criticis posteriorum temporum, quod satis constat, fere neglecta, quorum si quod mea opera nonnihil expolitum simul ederem, rem Philologis non ingratam me facturum arbitrabar. Ac Τέχνῃ ipsi, ad quam Meletematum ratio me vocare videbatur, quominus manum admoverem, obstabat quae Lipsiae paullo ante prodierat illius libri editio. Quippe parum iucundum erat, et fortasse obnoxium nonnullorum vituperationi, quam Collega telam modo absolverat, eandem continuo redordiri, inprimis cum futurum praeviderem, ut locis aliquammultis in alia omnia mihi eundum esset. Itaque Artis edendae consilio, nisi plane abiecto, certe in tempus longinquum seposito, ad aureolum *μονόβιβλον Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* me converti. In hoc edendo quid efficere voluerim, breviter aperiam.

Ad Graeca Dionysii recensenda, cum codices manuscriptos consulere non lice-

ret *), opibus criticis, quas editiones hanc praegreſſae non contemnendas tenent, diligenter uſus ſum. Has cum priores editores minus quam oportuerat curaſſent, factum eſt, ut inde nunc demum ſalutaris, opinor, medicina locis haud paucis peteretur. Coniecturis perraro tantum tribui, ut in contextum admittendas cenſerem: quod ubicunque auſus ſum, rem arbitror tam liquidam eſſe, ut ne religioſiſſimi quidem reprehenſionem extimeſcam.

Verſionem Latinam novam facere neque otium fuit nec libuit. Itaque priorem, quam Réiskius plane immutatam dederat, ſic repetii, ut paſſim corrigerem aut refingerem. Id ubi commode fieri non poterat, Interpretis errores in annotationibus caſtigavi.

Annotationes priorum editorum dedi integras. Et Sylburgianas quidem petii ex Francofurtana editione, unde nunc pleniores prodeunt, quam ab Hudſono et Reiskio repetitae erant. Hudſonianae duplicis ſunt generis: alias, quas Anglo placuit dicere *Varias*

*) Naviter conſuluerat vir praeſtantiſſimus, Io. Al. Martyni-Laguna, qui novam eamque omnibus numeris expletam huius libri editionem parabat. Hunc quoque rerum optimarum theſaurum, inſigne futurum, ſi prodiiſſet, inſtrumentum ſtudii philologici, flammae atrocitas anno praeterito abſumſit.

Lectiones, paginae textus singulae editionis Oxoniensis tenent; alias libellus singularis *Annotationum* Graeca Dionysii sequens complectitur. Vtrasque, in editione Reiskiana, quod vix laudes, confusas, ad exemplum Hudsonianae discrevi. In Vptonianis repetendis tertiam Vptoni editionem *), ut omnium locupletissimam, secutus sum. Indidem dedi seorsum posita Simonis Bircovii Exempla Latina, quae Hudsonus post eumque Reiskius discerpta suo quodque loco ad Graeca Dionysii retulerant.

Sed quo magis appareret editionis Vptoni ratio, cum inprimis ad eius normam meum laborem direxissem, viri doctissimi praefationem repetendam curavi. Sequuntur eam praefationes Sylburgii et Hudsoni, secundo Tomo Dionysii praemissae. Ambae cum de Rhetoricis Dionysii scriptis tradant quae viros doctos perlibenter lecturos credo, in Reiskii editione, quae Hudsonianâ quidem carere plane non poterat, consilio prorsus improbando omissae sunt.

Scribebam Lipsiae Calendis Septembr. 1808.

*) Prodiit Londini 1747. Prima, qua iam Hudsonus usus est, prodierat ibidem 1702. secunda, item Londini, 1728. Omnes mihi ad manum fuerunt.

IACOBI VPTONI PRAEFATIO.

L E C T O R I.

Non multis ipſo in limine te morabor, dudum introeundi deſiderio captum, ut intima Eloquentiae penetralia, a Dionyſio feliciter recluſa, contempleris. Neque enim mihi perſuadere poſſum, multis opus eſſe, quo arcana haec myſteria, quae fruſtra apud praeſtantiſſimos etiam dicendi magiſtros quaeſiveris, tibi gratiora commendentur. Satis eruditi norunt et argumentum libelli, cuius vere aureoli tibi a me facta eſt iam copia, et libelli Auctorem politiſſimum; cui primas communi prope omnium conſenſu, Ciceronem ſi exceperis et Ariſtotelem, ob graviſſima dicendi praecepta optimi quique detulerunt iudices. Qui cum plurima eruditione ſingulari et exquiſito iudicio ad Oratorem formandum conſcripſerit volumina, nullum quo tantopere ſe iactet, aut cui a nobis plus debeatur, quam tibi quod offerimus de ſtruenda Oratione, ad noſtra usque propagatum eſt tempora. Quem librum, per ſe cum pretii quantivis ſit, ideo pluris etiam aeſtimabunt eruditi, quod ſolus eſt ex omni Antiquitate de Verborum Conſtructione inſtitutus, quem nobis veteres incolumem transmiſerint, praeterea nullum. Alia quae rei literariae iniuria temporum evenerunt damna, ex aliis aliunde reliquiis reſarciri poſſunt: ſin noſtra haec intercidiſſent vetuſtate abſorpta, nullis nec Graecorum nec Latinorum monumentis iactura eſſet

reparanda. Id enim ſcriptionis genus, id argumentum ſibi illuſtrandum ſumpſit, quod veterum Oratorum nemini ante ſe ne quidem in mentem venerat: nec ſeculis eo mortuo ſubſequentibus, ab ullo artifice praeter Longinum, (cuius itidem duo ſcripta non ſine magno detrimento ſunt amiſſa) ut dilucidius explicari poſſet, de integro ſusceptum eſt.

Sed ut caetera omnia, quae hoc ſcripto continentur Eloquentiae myſteria, et pauciſſimis, ipſo affirmante Dionyſio, ſunt cognita, tacitus praeteream; cum tria ſint praecipua dicendi genera, quae a Graecis Συνθέσεως χαρακτῆρες appellantur, et a veteribus magiſtris aut calamo rudiori ſunt deſcripta, aut temere praetermiſſa; haec notis ſuis ille diſtincta, deſcriptionibus pleniſſimis illuminata, exemplorum ex optimis ſcriptoribus varietate et copia confirmata, adeo luculenter depinxit, ut nemini non poſſint eſſe luculentiſſima. Quae ſi quis cognitione indigna iudicabit, in errores idem ſaepiſſime inter legendum incurrat, vitia pro virtutibus, virtutes pro vitiis habeat, neceſſe eſt.

Haec cum ita ſint, mirum nec immerito quibusdam videatur, quum caeteri omnes, qui Rhetorica praecepta memoriae tradiderunt, in lucem toties prodeant doctiſſimorum laboribus illuſtrati, cur et Dionyſius, nemini eruditione ſecundus, eloquentiae ſtudioſis pari iure non proponatur; et quemadmodum multa ex Graecis Latinisque Oratoribus ſunt ſelecta, itidem et hoc ſcriptum proprio edatur volumine. Equidem nolui, per me ut fieret, (quanquam peritiori manu tractari dignus eſt) quo literis humanioribus iuventus dedita, libello deſideratiſſimo diutius careret. meos adeo qualescunque, caeteris quieſcentibus, labores (ut ſpero) non aſpernabitur.

Iam vero, his ita expositis, quae a nobis tibi sint exspectanda, paucis accipe. Cum primam huic operi manum multis abhinc annis admovimus, aliorum auctoritate inducti, accuratam Friderici Sylburgii Editionem, quae typis Wechelianis excusa est, summa fide secuti sumus, vestigiis illius ubique insistentes. Quod ut facerem, non solum voluntas, sed ipsa me necessitas adigebat, omnibus aliis, excepta Bircoviana, adminiculis destitutum. Hanc autem, rogantibus amicis, mecum humaniter communicavit Ioannes Laughton, bibliothecae Cantabrigiensis eo tempore praefectus; qui cum esset ipse eruditus, et literis unice favebat, et morum facilitate multum laudabatur. Nec quicquam aliud isti adornandae Editioni mihi auxilio fuit, scriptum editumve: prodiit tamen suis haud denudata ornamentis, non solum emaculata, (quod maximi faciendum est) sed in quibusdam ipsa Sylburgiana et auctior et castigatior.

Verum secundis hisce Curis, quae fere, ut dicitur, meliores sunt, (et iam tertia recensentur vice) alia haud contemnenda ad hanc provinciam, quam denuo in nos recepimus administrandam, nacti sumus adiumenta. Quicquid enim ab exteris regionibus, ope clarissimi viri Mich. Lequienii sibi transmissum ad opera Dionysii illustranda, mihi, dum in vivis fuit, amicissimus doctissimusque acceperat Hudsonus, id omne, quantum scilicet ad hunc libellum attinet, suis locis distributum reperies. Quo factum est, ut multa prius aut mutila aut luxata, e codicibus calamo exaratis, duobus praecipue Regiis et uno Colbertino, feliciter in hac impressione in integrum restituantur.

Versionem huius libri suscepit olim Simon Bircovius, in Academia Samoscensi centum et

triginta abhinc annis professor; sed infelici admodum successu. Est enim, si qua alia, non tantum inepta, sed in plurimis a sensu Auctoris aliena, et scriptori quae politissimo adiungeretur, prorsus indigna. Sane hunc hominem Hegesiae Magnesio, si scripta extarent, idoneum vix iudices interpretem. Quod igitur ad Versionem attinet, aut novam a me habes, aut veterem instar Theseae navis adeo immutatam, ut pristinae, si ulla, pauca admodum reperiantur vestigia. De fide non sum adeo solicitus, ne eam cuivis utriusque linguae perito non adprobem: elegantiam viri eloquentissimi, cuius ex oratione venustates Atticae imprimis efflorescunt, ne in votis quidem fuit exprimere, aut dicendi gratiam exaequare.

Integras Sylburgii notas, docti imprimis et eruditi viri, singulis paginis subiectas exhibemus: de quibus ipse non veretur ita scribere: „Quicquid Victorius, Muretus, Brodaeus, Leopardus, Stephanus, Canterus in Variarum Lectionum et Emendationum libris notarant, diligenter excerpsi: e Camerarii item, Xylandri et Wolfii libris quae amici nobis suggesserant, eodem adhibui.“ Haec ille: nec est, cur iactantiorem credas: etenim promissis exsolutum reperies, plura etiam quam quae pollicitus est, impertientem. Quem tamen si nonnunquam errantem deprehendimus, venia omnino danda est; cum longo in opere fas somnum sit obrepere. Sed cum ad calcem ille notas reiecerit, et brevitatis studiosus Lectorem, pagina versuque indicatis, ad alia subinde loca aliis Dionysii libris tractata, amandet; ea nos inseruimus, ne plurimis, qui integra Dionysii opera non haberent, a viro doctissimo annotata forent inutilia. Locum itidem quem citat ex Herodoto pag. 26,

cum esset longior quam ut notis commode immisceri posset, omisimus. Haec dicenda iudicavi, ne quis fidem suspicaretur. Quas insuper notas adiecimus, aut ad difficiliora explicanda e Casaubono, e Vossiis, et patre et filio, aliisque eruditione pariter et iudicio praestantibus viris, aut e nostro etiam penu, ut, si quid uspiam a nobis in contextu mutatum sit, fideliter indicent, depromptas habes.

Exempla Latina, Graecis Dionysii respondentia, a Bircovio sunt collecta: quae cum aliquem usum essent habitura, nolui aut eorum utilitate studiosi iuvenes, aut sua laude Bircovius fraudaretur. Hoc tamen scias velim, me omnia recensuisse, cum optimis Editionibus collata, et passim foedissimos (sive id incuria, sive ignorantia factum) errores sustulisse. Duos etiam Indices, et Graecum et Latinum, ad finem habes adiectos: quos quidem composuit Sylburgius, quandam totius libri Synopsin non inutilem; nos autem utrumque locupletiorem fecimus.

Haec sunt, amice Lector, quae tua nonnihil interesse ut scires iudicavi: nec habeo, quod ulterius te monitum velim, nisi aequum videri, ut te mihi candidum fore vicissim sperem, quemadmodum me tui causa diligentem praestiti; idque eo aequius, ubi scieris, me Amicorum potius hortatu quam mea voluntate hoc munus suscepisse, ut ipse laborem molestiamque, alii fructum ex eruditissimo scriptore perciperent. Vale.

GENEROSO ET MAGNIFICO V.

ANDREAE DVDITHIO

AB HORENOWIZA, DOMINO SMIGLAE, S. CAES. MAIEST. CONSILIARIO ET ORATORI,

FRIDERICVS SYLBVRGIVS

S. ET F. P.

Cum ſuperiore panegyri catalogum ederem eorum librorum quos in hoc altero tomo daturus eſſem, in mentem venit eius fabulae quae de adoleſcentibus cauponam ſine pecunia ingreſſis vulgo narratur. quemadmodum enim illi, cum ſymbolas hoſpiti contribuere non poſſent, pollicebantur quidem ſe in vicinam ſilvam exituros, confectoque ibi quem vidiſſent immani urſo, ampliſſime ſatisfacturos; ſed venatum egreſſi, tantum abfuit ut urſum ceperint, ut contra ipſi a bellua interempti fuerint: ita ego quoque in illa promiſſione mea verebar ne conatu fruſtratus, in audaciae pariter ac vanitatis crimen incurrerem: praeſertim cum eorum quae pollicebar, bona pars multis paraſangis a nobis abeſſet, et conſequendi ſpes ſe parum certa oſtenderet. Non tamen deſperandum arbitrabar; ſed potius collectis omnibus tum animi tum corporis viribus, rem alacriter aggrediendam, Deoque opti-

mo maximo, qui honeſtos conatus proſperare ſoleret, committendum exitum. Itaque paulo poſt mercatum, cum ad penſum redirent operae, quidquid Dionyſianorum opuſculorum conquirere potueram, in eum ordinem qui aptiſſimus eſſe videbatur, digeſſi; ita ut Stephani exemplo a Rhetoricis inciperem, et Critica his ſubiungerem. Admota operi manu, tanto ardore proceſſit negotium, ut omnia illa quae ante diverſis in locis, diverſis temporibus, forma etiam diverſa, in lucem fuerant edita, fere intra ſextam hebdomadem expedirentur. Quae cum ad finem properarent, necdum advenirent ea ſine quibus hic tomus non emittendus videbatur, metus ille meus, de quo ante dixi, magis ac magis augeri coepit. Etſi enim de exſpectatione mihi facta nihil plane dubitabam; tamen cum tempus laberetur, et nuntii ſubinde longiores minarentur moras, ſpe paululum vacillante, aliam mihi rationem ineundam iudicabam. Sicut igitur figulo Horatiano, cum amphora coepiſſet inſtitui, rota currente urceus exit: ita putabam mihi quoque annitendum, ut ſi forte Dionyſium non poſſem, ſaltem alium non minus deſideratum ſcriptorem pro illo ederem. Simulatque ergo Dionyſii libris, quos nanciſci potueram, extrema fuit manus impoſita, ad Ariſtotelem reverti; et Politica cum Oeconomicis, quorum iamdudum a nobis poſcuntur exemplaria, in manus ſumpſi. Sex tantum ſupererant folia, cum praeter opinionem, velut ἀπὸ μηχανῆς, adveniunt ea quae ad perficiendum Dionyſium deſiderabantur; tui ſcilicet codices, DVDITHI; quos ante aliquot menſes nobis promiſeras, ſed fatalibus impedimentis prohibitus, citius mittere non potueras. Quibus evolutis, ut comperio te pollicitis plura et maiora nobis impertiſſe, quatuor ſcilicet tractatus iam ante publica-

tos, et duos nondum vulgatos, intermiſſo Ariſtotele, confeſtim ad Dionyſium redii: áſſumptoque mihi Achate meo, Moyſe Quadrato, quanta celeritate potui, partim ea quae expreſſa iam erant, contuli; partim ea quae prelo erant mandanda, exſcripſi. Quae dum ſatis feliciter ſuccedunt, et de opere mature abſolvendo bona ſpes eſt, ecce novum ſe offert impedimentum. primum enim Achates ille meus invaletudine obruitur: octiduo poſt ipſe quoque febri corripior. Ibi omen illud, de quo modo dixi, acrius mentem ſubit, timorisque ſtimulos magis exacuit. Sed ut ante, ita tunc quoque in extrema ſpei lucta, Deus ſe iterum ἀπὸ μηχανῆς benignum exhibet, viribusque noſtris paululum corroboratis, animos ad reliquias operis perſequendas rurſus accendit; efficitque ut id tandem ad exitum perducamus. Quae iccirco tibi narro, vir ampliſſime, ut et ipſe et alii tecum videant, quam difficile ſit promiſſis ſe exſolvere, in iis praeſertim rebus quae non ſunt noſtri arbitrii. Cum enim Ancaeo calicem iam manu tenenti, nec quidquam amplius obſtare cenſenti quominus vineae ſuae fructum deguſtaret, nihilominus πολλὰ μεταξὺ πέσον κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου: multo magis in illis quae longiſſimo locorum intervallo a nobis ſunt remota, variisque fortunae caſibus discludi a nobis poſſunt, incerta ſunt conſilia et promiſſa noſtra. Nec ego tunc me nexibus illis induiſſem, niſi quaedam ut id facerem neceſſitas coegiſſet. Cuius vinculis cum tandem per te DVDITHI ſim liberatus, me tibi arctius adſtrictum ut ſentio, ita libens profiteor. Porro ut his omiſſis, breviter tibi exponam quid in hac editione praeſtiterim, vel potius praeſtare conatus ſim, primum id operam dedi, ut quae Stephanus uterque, Robertus pater, et Henricus

filius, demum etiam P. Victorius edidiſſent, quam fideliſſime et diligentiſſime repraeſentarem. Deinde, quoniam a doctiſſimis hominibus non pauca ad huius tomi emendationem annotata comperiebam, ea quoque diligenter huc conferre ſtudui. Quidquid ergo Victorius, Muretus, Brodaeus, Leopardus, Stephanus, Canterus, in Variarum lectionum et Emendationum libris notarant, diligenter excerpſi. E Camerarii item, Xylandri et Wolfii libris, quae amici nobis ſuggeſſerant, eodem adhibui. Siquid etiam ex interpretum verſionibus coniectura deprehenderem, et ipſum cum ſuperioribus coniunxi. Auctorum loca quae multa paſſim citantur, ſicubi ſuſpecta eſſent, ad fontes ipſos, quantum per otium licuit, revocavi. Prae ceteris vero diligenter conſului Atticorum oratorum volumen ab Aldo et Stephano editum; Wolfii Iſocratem ac Demoſthenem; Stephani Herodotum, Thucydidem, Platonem. Hisque auxiliis adiutus, ſi manifeſtae occurrerent mendae, correctionis libertate uti non ſum veritus: ſi qua vero dubia vel ſuſpecta ſe offerrent loca, ſeorſum in Notarum libro vel meas vel alienas de illis coniecturas expoſui; in quo etiam plerarumque omnium emendationum rationem reddidi, atque alia quae ad Graeci textus expolitionem facerent, adieci. Scriptum codicem initio unum dumtaxat habui, eius libelli quo τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες exponuntur; quem Bononia Pompilius Amaſaeus ad nos miſerat. Poſtea quatuor alios tractatus calamo exaratos e tua bibliotheca nactus ſum; de Iſaeo ſcilicet, de Dinarcho, de Demoſthene, an is ex Ariſtotelis praeceptionibus artem oratoriam didicerit; et de Platonis elocutione. Demum etiam ſextus acceſſit, quo τέχνης novem priora capita continentur. Sed cum ſerius adveniſſent, non licuit mihi editionem noſtram

cum omnibus conferre, et emendationes diversitatesque inde adnotatas in Notarum libellum iam magna ex parte confectum, inferere. Seorsum igitur haec brevi post tempore dabo, cum primi tomi spicilegio, et huius secundi (ni amicorum me pollicitationes fallent) auctario. In postremis duobus libris, qui nunc primum tuo beneficio in lucem exeunt, ubi me vulgatae Thucydidis, Platonis, Isocratis, Demosthenis, et aliorum qui citantur auctorum editiones, et interpretum versiones destituebant, coniecturis plerumque ac divinationibus agendum fuit: non in textu; nisi evidens esset librariorum alucinatio; sed in notationibus. non enim nimium licentiae in textum mihi usurpare volui; tutius in Notis coniectationum pericula subiri posse censui. Prae ceteris autem postremus mihi tractatus multum exhibuit negotii, qui non tantum e mendosiore codice, sed ab indoctiore etiam librario exscriptus erat. Ad versiones quod attinet, non fuit mihi tantum otii ut cum Graeco textu eas conferre potuissem. quapropter admodum pauca in illis ad marginem notavi: nonnulla etiam in Notarum libello attigi. In tua versione nihil fere mihi licere volui. satis esse videbatur, quae tu ipse vel in contextu mutasses, vel ad oram adiecisses, lectoribus exhibere. Ad extremum, quoniam Index cuiusque libri brevis quaedam synopsis est, et in multis eiusdem interpres, existimavi, ut in superiore, ita in hoc etiam tomo, geminum addendum esse Inventarium, Graecum et Latinum. Quin et praecipua cuiusque libri capita, quanta brevitate ac perspicuitate fieri posset, verbis e textu desumptis, margini apponenda iudicavi. Haec sunt, DVDITHI amplissime, quae in hoc tomo praestiti, vel potius tentavi. In quibus conficiendis cum et brevi temporis spatio sim usus, et multa insuper

expertus adversa, spero te doctosque omnes, in iis quae oculos et animum meum fugerint, facile mihi daturos veniam: praesertim quia, ut ipsius Dionysii verbis utar, οὐδεμία αὐτάρκης ἀνθρώπου φύσις, οὔτ' ἐν λόγοις, οὔτ' ἐν ἔργοις, ἀναμάρτητος εἶναι· κρατίστη δὲ, ἡ πλεῖστα μὲν ἐπιτυγχάνουσα, ἐλάχιστα δὲ ἀστοχοῦσα. Sub tui vero nominis patrocinio cur haec in lucem exire voluerim, graves ac iustae fuerunt caussae. Cum enim is χαρίτων sit nexus, ut iunctis manibus capiant reddantque vicissim; tu vero maximam huius tomi partem in veteribus chartis nobis et per nos reipublicae communicaveris, nonne ingratus fuissem, si ad alium potius quam ad te istius beneficii gloriam redundare voluissem? Deinde quia tali ad hoc negotium patrono erat opus, qui et rem probe intelligeret, et auctoritate sua eandem tueri posset, quemnam te invenire potuissem aptiorem? Vt enim uno verbo dicam quod res est, ea es tum doctrinae praestantia, tum rerum experientia, ut et doctissimi quique iudicium tuum admirentur, et potentissimi monarchae consiliis tuis gaudeant: quippe qui, ut apud Thucydidem Pericles, οὐδενὸς ἥττων εἶ γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα. Praeterea cum unum e praecipuis huius tomi tractatibus ante aliquot annos verteris, eundemque nunc recognitum cum Graeco textu per nos invulgaris, ad quemnam iustius tum illius ipsius, tum ceterorum patrocinium pertineret? Ac ut maior huius tomi pars e bibliotheca tua promanavit, ita te quoque magis quam alium sibi patronum deposcit. Meretur hoc etiam ipsius auctoris dignitas: cuius, ut ipse nosti, tanta est praestantia, ut de eo silere quam pauca differere praestet. Hoc tamen reticere hic non possum, siquis solidam sibi vel oratorum veterum vel historicorum γνῶσιν καὶ κρίσιν sine huius ductu com-

parare conetur, eum, ut Horatianum aemulatorem Pindari, ceratis ope daedalea niti pennis, vitreo daturum nomina ponto. Nam ſive τὸν πραγματικὸν ſive τὸν λεκτικὸν τόπον ſpectemus, tam in hiſtoricis quam in oratoribus adeo accurate ab illo examinantur omnia, ut vix quidpiam cogitari poſſit exquiſitius. Cumque in λεκτικῇ ἰδέᾳ tres ſint praecipuae compoſitionis formae, luculenter docet quid tum in ſublimis dictionis norma Thucydide, tum in tenuis auctore Lyſia deſideretur: tum quibus obſervationibus medium dicendi genus a Thraſymacho inchoatum, et a Platone atque Iſocrate expolitum, Demoſthenes demum ita conſummaverit, ut omnibus et ante et poſt ſe perfectae eloquentiae palmam praeripuerit. Taceo hic alia quae ceteris auctoribus tum in poeſi, tum in hiſtoria, tum in arte oratoria, plurimum lucis afferunt. Dinarchi ſane vita, et alter tractatus de Demoſthene, ad Atticam hiſtoriam conducunt plurimum. Tu ergo, generoſe DVDITHI, hunc tanti viri tomum, a te magna ex parte profectum, a me vero pro meae tenuitatis modulo diligenter expolitum, in tutelam tuam accipe; et, ut coepiſti, nos in aliis reipublicae communicandis gnaviter adiuvare perge. Quod ut luculentius praeſtare poſſis, proſperam tibi valetudinem, et felices rerum ſucceſſus, ab unico bonorum omnium fonte, Deo optimo maximo, ardenti animo precor. Francofurdi Non. Septemb. MDLXXXVI.

IOANNIS HVDSONI

PRAEFATIO

AD VIRVM REVERENDVM DOCTISSIMVMQVE

MICHAELEM LEQVIENIVM,

ORDINIS PRAEDICATORVM.

Redeunt ad te (Vir Clarissime) illa Dionysii opuscula, quorum plerisque, cum duobus Codicibus Regiis et uno Colbertino conferendis, egregiam adeo operam navasti, ut plane ingratus essem, nisi eam libenter agnoscerem, totique orbi erudito quam testatissimam facerem. Equidem quoties mecum reputo, quot curis et negotiis distinebaris, quantum de tuo tempore postulabat Damascenus, cui illustrando studium tuum addixeras, et quam longo intervallo disiunctus eras ab illa beata Musarum sede, quae, rara Regis vestri munificentia, tot pretiosissima rei literariae possidet cimelia, tui admiratione defixus teneor, quod mihi, tantum tibi oneris imposituro, nihil denegare volueris, si quo modo posset vel minimum lucis aut ornamenti Dionysio afferre. Quas pro singulari adeo beneficio tibi gratias agam, et meo et rei literariae nomine, sane non invenio: illudque mihi non parum dolet, quod nostra Bibliotheca, Damasceni licet exemplaribus satis instructa, tam pauca suppeditet, quae tu visus es desiderasse; et quod mea cura non potuerit in illo opere plus enitescere. Ita tamen mihi perspecta est tua humanitas, ut persuasum habeam, te laboris in mei gratiam suscepti non poenitere, modo tibi in hoc quicquid est Dionysii edendo aliquatenus satisfaciam. Quantum autem ipse praestiterim, cuius penes te iudicium esse volo, mox exponam, ubi nonnulla, quae e re esse

videntur, de Dionyſii operibus veluti in transcurſu praelibavero.

Cum ad tomum priorem retulerim Antiquitatum libros XI, qui ex viginti ſuperſunt; quibus (ut indicium facerem operum eius Hiſtoricorum omnium) accenſerem quae iniuria temporis interciderunt, Antiquitatum Epitomen quinque libris comprehenſam, cuius meminerunt Photius et Stephanus Byzant. et librum *) Περὶ χρόνων, quem ipſe Dionyſius innuere videtur p. 59. v. 15. et diſertim laudat Clemens Alexandrinus Strom. I. 1. placuit mihi in hunc tomum poſteriorem ea omnia coniicere, quae de re Oratoria et Critica ſcripta ad nos pervenerunt; eodemque plane modo disponere, quo in editione Sylburgiana reperiuntur. Vt tamen verus eorum ordo a vulgato dignoſceretur, optimum mihi viſum eſt ea veluti in tabella repraeſentare: ita ut ſedem, quam forte acceperunt, numeris Romanis indicarem; quam habere debent, Barbaricis. Libuit etiam ſubnectere librorum deſideratorum titulos: variasque eorum qui conſervantur editiones, ne quis ſe ſui laboris laude a me fraudatum quereretur.

Summa et ſeries eorum quae continentur Tomo II.

I. **) 1. Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, De verborum compoſitione ſeu collocatione; vel (ut quidam malunt) De orationis ſtructura. Exſtat pag. 1.

II. ***) 2. Τέχνη, Ars Rhetorica; ſeu Rhetoricae

---

*) A Suida etiam voce Εὐριπίδης memoratur Διονύσιος ἐν τοῖς χρονικοῖς.

**) Ordinem hunc, quem numeris Barbaricis deſignavimus, verum eſſe conſtat ex p. 314. v. 13. p. 130. v. 10. p. 149. v. 40. p. 179. v. 6. p. 203. v. 43. p. 214. v. 8. p. 221. v. 8. aliisque locis, quae infra memorantur.

***) Hic liber, ſi Tan. Fabro in notis ad Longinum fides habenda, non eſt γνήσιος: ac pro ea opinione facit, quod

praeceptiones: quarum haec ſunt capita: I, Περὶ τῶν πανηγυρικῶν, Panegyricarum orationum praecepta, p. 61. II, Μέθοδος γαμηλίων, Nuptialium orationum praecepta, p. 63. III, Μέθοδος γενεθλιακῶν, Natalitiarum orationum praecepta, p. 66. IV, Μέθοδος ἐπιθαλαμίων, Epithalamiorum ſcribendorum praecepta, p. 68. V, Μέθοδος προσφωνηματικῶν, Compellatoriarum orationum praecepta: (quomodo ſcilicet praetor a principe aut republ. miſſus, compellandus ſit et excipiendus.) p. 69. VI, Μέθοδος ἐπιταφίων, Funebrium orationum praecepta, p. 71. VII, Προτρεπτικὸς ἀθληταῖς, Quomodo athletae in ſolennibus ludis exhortandi ſint, p. 74. VIII, Περὶ ἐσχηματισμένων, πρῶτον, De figurata oratione, tractatus prior, p. 78. IX, Περὶ ἐσχηματισμένων, δεύτερον, De figurata oratione, tractatus poſterior, p. 92. X, Περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων, De delictis quae in meditandis orationibus committuntur, p. 108. XI, Περὶ τῆς ἐν μελέταις ἀτεχνίας, Meditationis artificium quibus rebus violetur, p. 110. v. 17. Verum hoc caput cum praecedente coniungimus, ut in Notationibus declaratum eſt ad p. 110. v. 15. XII, Περὶ λόγων

Nicoſtratus (laudatus p. 62. v. 26.) idem eſſe videatur cum eo, qui (teſte Suida) aequalis erat Ariſtidis et Dionis Chryſoſtomi. Illud tamen huic opponi poteſt, quod (p. 115. v. 22.) promittatur liber *de Imitatione*, quem Dionyſium ſcripſiſſe certiſſimum eſt ex p. 206. v. 32. et p. 222. v. 1. [Hoc uſi argumento iam dudum alii Dionyſio noſtro Τέχνην vindicarunt. In codice Marciano „ante Caput decimum περὶ τῶν ἐν μελέταις πλημμελουμένων annotatio haec exſtat, eadem quae in codicibus duobus aliis Marcianis et in Laurentiano apud Bandinium T. II. p. 499. Τοῦτο τὸ μονόβιβλον, οἶμαι, Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς συνέταξεν ὁ πρότερος· μέμνηται γὰρ ἐν αὐτῷ ὡς ἐκδεδομένου αὐτῷ τοῦ περὶ μιμήσεως." Iacob. Morellius Biblioth. manuſcr. Gr. et Lat. T. I. p. 295. Τέχνην ut Dionyſii citant Toupius ad Longin. p. 284. auctorque talibus in rebus haud paullo melior Toupio, Ruhnkenius ad eund. p. 247. Schaef.]

ἐξετάσεως, De orationum seu scriptorum examinatione, p. 115.

III. 3. Τῶν ἀρχαίων κρίσις, sive τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες, Quibus veluti notis veterum scriptorum quisque dignosci possit; quidque in singulis imitandum sit, aut fugiendum, p. 122. De iisdem ex M. Fabio Quinctiliano et ex M. Tullio Cicerone, in Annotationum libello ad p. 123. v. 5.

IV. 4. Περὶ τῶν ἀρχαίων ῥητόρων ὑπομνηματισμοὶ πρὸς Ἀμμαῖον, Commentarii ad Ammaeum de Atticis scriptoribus. (Prooemium exstat p. 128.) Eorum prima pars, (ut ipse auctor docet, p. 130. v. 10.) est Περὶ τῶν πρεσβυτέρων, De veteribus oratoribus Atticis: inter quos sunt,

V. 5. Λυσίας, Lysias, de quo iudicium Dionysii, p. 130.

VI. 6. Ἰσοκράτης, Isocrates, de quo iudicium Dionysii, p. 149.

VII. 7. Ἰσαῖος, Isaeus, de quo iudicium Dionysii, p. 166. Altera pars fuit de recentioribus oratoribus Atticis, Demosthene, Hyperide, Aeschine; ut satis luculenter declarat epilogus de Isaeo, p. 178. v. 49. Sed eius partis unus tantum liber exstat, de quo mox n°. VIII. 13. Eiusdem appendix est

VIII. 9. Δείναρχος, Dinarchus, de quo iudicium Dionysii, p. 179. Tertia pars, de Historicis et caeteris scriptoribus Atticis, promittitur quidem p. 130. v. 9. sed an perscripta fuerit, admodum incertum est.

IX. 10. Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀμμαῖον πρώτη, Epistola ad Ammaeum prima, qua refutat eos qui asseverabant, Demosthenem artem Rhetoricam ex Aristotele didicisse, orationibusque suis ad praeceptiones illius conformatis, omnium Oratorum praestantissimum evasisse, p. 191.

X. 11. Ἐπιστολὴ πρὸς Γναῖον Πομπήϊον, Epistola ad Cn. Pompeium de Platone; quo exponit, quid in eius philosophi dictione, et quamobrem im-

probarit, p. 201. Eius appendix est de Historicis, qui prae caeteris imitatione digni sint; videlicet Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philisto, Theopompo, p. 206. v. 29.

XI. 13. Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀμμαῖον δευτέρα περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων, ad Ammaeum altera, de iis quae Thucydidi propria sunt, p. 214.

XII. 12. Περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ συγγραφέως ἰδιωμάτων, De Thucydidis charactere ac reliquis eius proprietatibus, p. 222.

XIII. 8. Περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος, De admiranda vi dicendi in Demosthene, p. 267. qui liber, initio mutilatus, pars fuit tractatus de recentioribus Oratoribus Atticis, nº. VII. 7.

Desiderantur igitur

I. De Lysia tractatus alter, p. 137. v. 21. p. 166. v. 23. quo de Lysiani et Isaeani characteris similitudine, deque internoscendis eorum rationibus agitur.

II. Περὶ τῆς πραγματικῆς Δημοσθένους δεινότητος, De Demosthenis in rerum tractatione admirando acumine ac vi: quem librum pollicetur in fine illius qui est Περὶ τῆς λεκτικῆς αὐτοῦ δεινότητος, p. 321. v. 16. incertum an idem cum eo quem promittit, p. 32. v. 19. p. 192. v. 31. p. 222. v. 27. p. 299. v. 17. p. 320. v. 35. non multum diversi argumenti fuisse videtur is quem a se conscriptum testatur, p. 190. v. 12.

III. In secunda parte de Atticis scriptoribus, in qua de recentioribus oratoribus Atticis disseruit, desiderantur libri duo: alter, de Hyperide; alter, de Aeschine, p. 130. v. 11. p. 178. v. 49. et p. 179. v. 1.

IV. Eorundem commentariorum de Atticis scriptoribus desideratur pars tertia, quae est de Historicis, et caeteris scriptoribus Atticis, p. 130. v. 5. et 8. ac nominatim de Thucydide, p. 214. v. 8. de Platone, p. 203. v. 43. quanquam locus, qui de Platone illic citatur, exstat in eo libello quem

Περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος inſcripſi, p. 270. v. 41.

V. De imitatione ad Demetrium libri tres: quorum primo, de ipſa imitatione disquiritur: ſecundo, quinam imitandi ſint tum poëtae et philoſophi, tum hiſtorici et oratores: tertio, quomodo imitatio fieri debeat, p. 206. v. 32. p. 222. v. 1. Eorum librorum ſive ἐκλογὴ ſive ἐπιτομὴ cenſeri poteſt libellus is quo τῶν παλαιῶν χαρακτῆρες exponuntur, p. 122. Vide p. 111. v. 19. p. 115. v. 22.

VI. Περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων, De electione verborum, promittit librum Rufo Melitio, p. 2. v. 34.

VII. Πρὸς τοὺς τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας ἀδίκως κατατρέχοντας, Adverſus eos qui Politicam philoſophiam inique perſtringunt, librum a ſe editum teſtatur, p. 223. v. 26. — Praeterea Dionyſio Halicarnaſſenſi liber περὶ Ἑρμηνείας tribuitur a Scholiaſte ad Ariſtophanis Nubes. Sed utrum Dionyſium noſtrum intelligat an alterum (nam *) tres fuerunt ex Halicarnaſſo oriundi) incertum eſt. Non tamen ignoro, librum περὶ Ἑρμηνείας, ſub Demetrii Phalerei nomine vulgatum, Dionyſio noſtro adſcribi a **) Menagio, ***) Iſ. Voſſio, et ****) H. Valeſio. Verum (cum Demetrios LII. numeret Ionſius, quibus addi poteſt Demetrius Halicarnaſſeus a Zenobio in Proverbiis laudatus) eo magis propendet animus, ut credam Demetrium Alexandrinum aureoli huius libelli auctorem eſſe; iis rationibus adductus, quibus hanc ſententiam adſtruunt †) Ger. Voſſius et ††) Th. Galeus. Quin et Vitam Homeri, quam omnino Plutarcho abiudi-

*) De quibus adi Meurſium ad Helladium, p. 36.
**) In Annott. ad Diog. Laërt. p. 59. et 222.
***) In notis ad Catullum, p. 153. et de Poëmatum cantu.
****) Ad Polybii et aliorum Excerpta, p. 65.
†) In Inſtitut. Orator. l. 2. c. 2.
††) In Praefat. ad Demetrium, quem edidit Oxonii, anno MDCLXXVI.

eandam censeo, Dionysii foetum genuinum esse contendit *) Cl. Galeus. Sed quum nemo veterum, quod sciam, huic opinioni faveat, nec Dionysius ipse (qui solet crebro suorum operum mentionem facere) huius meminerit, nihil hac de re pronunciare volo.

Variae Dionysii operum Rhetoricorum et Criticorum editiones a primis artis Typographicae incunabulis ad hunc usque diem.

I. 1. Primum Graece prodiit. Venetiis apud Aldum, 1508. f. Parisiis per Robertum Stephanum, 1547. f. Argentorati 1550. 8. et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Graece et Latine ex versione et cum Latinis Exemplis Bircovii, 8. Samoscii, 1604. et Londini, 8. 1702. cum notis Iac. Vptoni, Latinis Exemplis Bircovii, eiusdemque Versione ubique fere emendata a Cl. Vptono.

II. 2. Graece, Venetiis apud Aldum, 1508. f. et Parisiis per R. Stephanum, 1547. f. et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. cum quatuor priorum capitulorum versione, quam ab Ant. Antimacho adornatam et Basileae anno 1539. excusam repererat. Lat. Hanoviae, 1615. 8. capitibus I. II. III. IV. ab Ant. Antimacho versis: capitibus V. VI. a Guil. Gratio: capitibus VII. et VIII. ab Andrea Schotto: capitibus IX. et X. a G. Gratio: cap. XI. ab Andr. Schotto.

III. 3. Graece, Lutetiae per H. Stephanum, 8. 1554. et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Lat. interprete Stanislao Ilovio, Basileae, 1557. 8. et Hanoviae, 8. 1615.

IV. 4. Graece, Lutetiae p. H. Stephanum, 8. 1554. et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Lat. ex versione Matthiae Martinez, Hanoviae, 8. 1615.

V. 5. Graece, Venetiis apud Aldum, 1513. f.

---

*) In Praefat. ad Opusc. Mythologica.

Parisiis per Rob. Stephanum, 1547. f. et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Lat. ex versione Matt. Martinez, 8. Hanoviae, 1615. Gr. Lat. cum Lysiae orationibus, Hanoviae, 8. 1615.

VI. 6. Graece, Venetiis apud Aldum, 1513. f. Parisiis per Rob. Stephanum, 1547. f. Gr. et Lat. ex Wolfii versione, Francofurti per Sylburgium, 1586. f. et cum variis Isocratis editionibus.

VII. 7. Graece, Lugduni, 1580. 8. ex recensione P. Victorii, et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Lat. Andr. Schotto interprete, Hanoviae, 1615. 8. et Gr. Lat. Hanoviae, 1619. 8. cum Isaei orationibus.

VIII. 9. Graece, Lugduni, 1580. 8. per P. Victorium, et Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Lat. ex versione Matt. Martinez, Hanoviae, 1615. 8.

IX. 10. Graece, Lutetiae, 1554. 8. per H. Stephanum. Gr. Lat. ex Wolfii versione, Francofurti, 1586. f. per Sylburgium. et Lat. Hanoviae, 1615. 8. interprete Andr. Schotto.

X. 11. Graece, Lutetiae, 1554. 8. per H. Stephanum. Lat. Stanislao Ilovio interprete, Basileae, 1557. 8. et Hanoviae, 8. 1615. et Gr. Lat. eadem versione, Francofurti per Sylburgium, 1586. f.

XI. 13. Graece, Venetiis apud Aldum, 1508. f. et cum variis Thucydidis editionibus, et Parisiis per R. Stephanum, 1547. f. Lat. ex versione M. Martinez, Hanoviae, 8. 1615.

XII. 12. Latine, Venetiis apud Aldum, 1560. 4. et Basileae, 1579. 8. interprete Andr. Dudithio. et Gr. Lat. eadem versione, Francofurti per Sylburgium, 1586. f.

XIII. 8. Graece, Francofurti per Sylburgium, 1586. f. Lat. Hanoviae, 1615. 8. interprete Mathia Martinio.

Iam, ut eo unde digressus sum revertar, instituti mei ratio postulat, ut ostendam, quid demum ipse operae contulerim, ut quod Dionysii

supereſt ex Rhetoricis et Criticis, ad uſum melius et ad ornatum magis expolitum prodiret. Quod, qualecunque ſit, ut paucis a me accipias lubentique animo, te obſecro atque obteſtor. In *universis* illud quidem egi, ut textum Graecum ſumma fide ad editionem Sylburgianam (utpote omnium optimam) conformarem, et a mendis (quoad eius fieri potuit) liberarem; Latinumque in nonnullis leviter, in aliis (ubi res poſtularet, et exemplarium Graecorum vitia non obſtarent) licentia paulo maiori uſus emendarem; utque Sylburgii Annotationes, e ſuis *) aliorumque obſervationibus concinnatas, unicuique paginae ſimiliter ac in priore Volumine ſubiicerem. *Singulis* autem quantum cultus aut nitoris attulerim, aut potius afferre conatus ſim, breviter tibi enarrabo. I. In libro *de Compoſitione verborum*, eas adhibui Lectiones variantes, quas, ex tribus Codicibus ſupra memoratis, ad me benigne miſeras: quibus ſane acceptum debet Dionyſius, quod plurimae hinc inde deleantur maculae, et loca aliquot lacunis deformata integritati reſtituantur. Hisce pro more, praeter Sylburgii Annotationes, quicquid ipſe obſervaveram, aut ad textum emaculandum praeclare notaverat amiciſſimus Vptonus, adiectum eſſe volui. Quin et verſione ab illo feliciter adornata uſus ſum: quam ſi alicubi paululum immutatam invenerit, velim ſciat Vir Clariſſimus, id non aliam ob cauſam factum eſſe, quam ut Graeca Latinis ad imum cuiuslibet paginae reſponderent. II. In libro qui *Ars Rhetorica* inſcribitur expoliendo, quem omnium mendoſiſſimum eſſe ſuſpicor, praeter tres Gallicanos ad manus habui etiam duos alios Codd. MSS. quorum unum mecum communica-

*) Sc. Victorii, Mureti, Brodaei, Camerarii, Xylandri, Canteri, Wolfii, et H. Stephani.

vit Cl. Iamesius, S. Theologiae apud Cantabrigienses Professor Regius; alterum benigne mihi obtulit humanissimus Rogerus Galeus, Thomae τοῦ μακαρίτου filius. Verum illi, utpote ex vitiosis et recentioribus exemplaribus descripti, aliquanto rarius discrepantias alicuius ponderis atque auctoritatis exhibuerunt: adeo ut verear, ne loca nonnulla lectoribus negotium facessant, etiamsi adiecti fuerint interpretationibus Antimachi, Gratii, et Schotti, quas passim fere emendatas dedi. III. In *Censura veterum scriptorum et Iudicio de Isocrate* recensendis, nullus mihi aderat liber manu exaratus: nec hac de re mihi in animo est gravius queri, cum parum admodum Manuscripti alicuius auxilio egeant, et optima ambo illustrentur versione, Ilovii et Schotti. IV. *Iudicio de Lysio* subsidio veniunt tuo beneficio duo Codices Regii, illisque *de Isaeo et Dinarcho iudiciis* liber MSS. Bodleianus. In quibus interpretandis tantum fidei, perspicuitatis, et nitoris prae se ferunt M. Martinez et Andr. Schottus, ut (modo Dinarchus integer exstaret) nihil fere amplius ab alicuius ingenio et industria postulare viderentur. V. Ad duas Epistolas *de Demosthene et Platone* unicus mihi profuit, quem subministrasti, Codex Regius; et ad illam breviusculam *de Thucydide* magno adiumento fuerunt duo Regii et unus Colbertinus, quibus etiam tuum non passus es me desiderare studium: nullusque dubito, quin pleniori obsequio mei eruditorumque gratiam demereri volueris, si quid praeterea ad Dionysium elimandum suppeditasset amplissima illa Bibliotheca. Hisce adiunxi versiones, quas summa cura et elegantia adornarunt M. Martinius, Stanislaus Ilovius, et Andr. Schottus; Wolfiana illa *Epistolae primae ad Ammaeum,* suam licet mereatur laudem, insuper habita. Postremo in *Iudicio de Historia Thucydidis,* et in optimo (quem mutila-

tum esse valde dolemus) libello *de Admiranda vi dicendi in Demosthene,* usus sum Codice Bodleiano, cuius in margine quaedam scite admodum annotaverat Savilii (ut puto) manus erudita: atque iis comites dedi interpretationes castissimas fidissimasque: unam a Matthia Martinez confectam; alteram a Clarissimo Dudithio, quae venusta adeo puraque dictione efflorescit, ut legentium animos mira voluptatis suavitate perfundat. Quibus omnibus, Deo iuvante, ad finem perductis adtexui Indices Sylburgianos accuratissimos; et Annotationum libellum, cui inserui Exempla Latina Bircovii, atque Elogia de Scriptoribus Graecis, quae Censurae Veterum in sua editione subiunxerat Sylburgius.

Iam nostro, tui (Vir egregie) ope et auxilio, peracto labore, non nescio fore plerosque, qui nos probri forte incusent, quod, studiis Theologiae multis abhinc annis dediti, huiusmodi rebus bonas horas male collocemus. Verum illis primo operae pretium erit intelligere, non parvi momenti esse ad res Theologicas cum dignitate tractandas, si quis ad eas ingenium afferat humanioribus literis perpolitum. Dein, quod ad me attinet, sciant isti, ut verbis praestantissimi *) Dunaei utar, hoc non tam mea culpa aut inertia contigisse, quam temporum dicam iniquitate, an eorum importunitate, qui, tanquam ipsi soli ad omnia essent idonei, omnia, unde vel minima lucelli spes effulget, invadunt, summaque cum aviditate **) sibimet arripiunt. Vale. Faxitque Deus, ut tuum propediem videamus Damascenum. Oxoniae III. Iduum Iulii MDCCIV.

---

*) Graecae Linguae olim in Acad. Cantabrigiensi Professoris Regii.

**) Querela, quam bene prolixam hac de re instituit, exstat in Epistola suis in Lysiam lectionibus praemissa.

TESTIMONIA DE DIONYSIO

EIVSQVE SCRIPTIS RHETORICIS ET CRITICIS.

[EX EDITIONE HVDSONIANA.]

Suidas voce Διονύσιος.

Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασσεὺς, ῥήτωρ, καὶ παντοῖος [ἴσ. παντοίως] λόγιος. γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, πρόγονος τοῦ ἐπὶ Ἀδριανοῦ γεγονότος Ἀττικιστοῦ.

Dionysius Alexandri F. Halicarnasseus, orator, et omni doctrinarum genere excultus. Sub Caesare Augusto vixit. Fuit autem unus de maioribus Atticistae, qui sub Adriano vixit.

Plutarchus in Vitis X. Rhetorum.

Φέρονται δὲ Λυσίου λόγοι τετταρακόσιοι εἰκοσιπέντε. τούτων γνησίους φασὶν οἱ περὶ Διονύσιον καὶ Καικίλιον εἶναι διακοσίους τριάκοντα.

Lysiae orationes feruntur CCCCXXV. de quibus genuinas affirmant Dionysius et Caecilius esse CCXXX.

Harpocration voce ἐνεπίσκημμα.

Ἔστι δὲ καὶ λόγος τις ἐπιγραφόμενος, Δημοσθένης πρὸς Κριτίαν περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος, ὃν Καλλίμαχος μὲν ἀναγράφει ὡς γνήσιον· Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ὡς ψευδεπίγραφον.

Exstat oratio, cui titulus, Demosthenes adversus Criticam περὶ τοῦ ἐνεπισκήμματος, quam Callimachus pro genuina recenset: Dionysius autem Halicarnasseus pro spuria.

Quinctilianus Institutionum Oratoriarum l. 3. c. 1.

Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa Caecilius, et Halicarnasseus Dionysius.

Idem lib. 9. c. 3.

Haec omnia copiosius sunt exsecuti, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicaverunt, sicut Caecilius, Dionysius, aliique non pauci.

Idem lib. 9. c. 4.

Eademque dicunt Theodorus ac Theophrastus, similia post eos Dionysius Halicarnasseus.

Henricus Stephanus in Operis Variis ad Dionysium Halic.

Eos igitur, qui Dionysii Opera Critica et Rhetorica ante Antiquitatum libros scripta fuisse contendunt, (quae et mea est sententia) hisce argumentis niti oportet: uno, quod multae quae in illis sunt reprehensiones quendam iuvenilis ingenii fervorem prae se ferunt: altero, quod si historiam prius scripsisset, non verisimile sit, quum Thucydidea quaedam in ea imitetur, ex iis etiam quae imitatus esset, nonnulla fuisse postea in ipso Thucydide reprehensurum. Neque tamen interim negaverim, fieri et hoc posse, ut ex variis illis Rhetoricis commentariis aliquem etiam aut aliquos et post impositum historiae finem scripserit.

Andreas Dudithius in Epistola ad Lectorem suae Versioni praemissa.

Dionysius, ut erat iudicio peracri, cum decem summorum apud Graecos oratorum scriptis iudicandis prorsus admirabilem se praebuisset, ad Thucydidem quoque cogitationes convertit. Qui cum omnes, ut Cicero etiam testatus est, dicendi artificio facile vicerit; mirum tamen est, quam non huic nostro satisfaciat. Hac porro censura dum utitur Dionysius, praeclaram omnibus texendae historiae normam proponit, et leges quasdam statuit, quas qui servat, non vulgarem a cunctis laudem feret. Iam in verborum ponderibus examinandis quantus est? Hoc equidem ausim affirmare, quod Graecae linguae peritis non dubie patet, Thucydidis scripta, si hoc libro careamus, neque quod ad sententias, neque quod ad verba attinet, prorsus intelligi posse.

Ios. Scaliger in notis ad Eusebium.

Dionysius eius [Herodoti] popularis, summus dicendi magister, et suavissimus scriptor.

R. Aschamus Epistolarum lib. I. Ep. I.

Et haec mihi, de imitandi ratione cogitanti, gravis saepe subit dolor ob amissos illos libros Dionysii Halicarnassei, quos doctissime et fusissime scripsit de imitatione oratoria et historica. Quos libros ipse Dionysius in eo Commentario, ubi suum iudicium de universa historia Thucydidis explicat, caeteris suis libris omnibus anteponit. Quo Commentario sic omnes Thucydidis virtutes et vitia diligentissime collegit et libere exposuit; ut quicquid in eo, sive in verborum delectu, sive in sententiarum forma et constructione, sive in rerum iudicio et tractatione, vel praedicabile ad eius laudem, vel vituperabile ad similium devitationem scriptum est; id omne et plane et plene ab Halicarnasseo demonstretur. Tanta enim eius est, in singula congerendo diligentia, in considerando doctrina, in ponderando iudicium, ut si ipse iam revivisceret Thucydides, credo equidem non se ipse melius noscere, non de se aut rectius aut aequius statuere potuerit. De imitatione historica, doctius aut accuratius quicquam, credo, nondum exstitit. Et quoties ego hunc lego Commentarium, quod saepe quidem et libenter facio, toties in hanc sententiam adducor, ut plane ipse existimem, neminem, nec Graecum nec Latinum, maiori facultate ad scribendam historiam unquam venisse, quam Dionysium Halicarnasseum. Praesertim, si ad tantam diligentiae, doctrinae, et iudicii praestantiam accessit etiam Augusti beneficio totus et tantus ille Thesaurus Bibliothecae M. Varronis.

Idem Epistolarum lib. I. Ep. XII.

Rogo te, mi Sturmi, quid sentias de Dionysio Halicarnasseo? credo ego illum fuisse, qui docuit in aedibus*) Ciceronis. Equidem non video, quem Graecum, non Plutarchum ipsum excipio, cum hoc Dionysio possis comparare. Cupio scire ex te, an haec opinio mea, tuo iudicio, sit aliqua, an prorsus inanis. Libellus enim ad Tuberonem, de iudicio suo de Historia Thucydidis, mirifice mihi placet.

---

*) Fallitur in hoc, quo modo et illi qui somniarunt, Dionysium fuisse Varronis libertum.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΠΕΡΙ
ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

DIONYSII HALICARNASSENSIS
DE
COMPOSITIONE VERBORVM
LIBER.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

ΤΜΗΜΑ α΄.

Ὅτι τὸ συγγραμμάτιον τοῦτο, τὸ περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων, πᾶσι τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς πολιτικοὺς λόγους ἀναγκαῖόν ἐστι.

2 Δῶρόν τοι ἐγώ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι, καθάπερ ἡ παρ' Ὁμήρῳ φησὶν Ἑλένη ξενίζουσα τὸν Τηλέμαχον,

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ] Melius, opinor, τοῦ Ἀλεξάνδρου. Articulus enim in tali verborum ſtructura vix poteſt abeſſe. Vid. quae ad Boſii de Ellipſibus libellum nuper monui p. 507. Quapropter etiam in Herodoto I. c. 59. m. Λυκούργου τοῦ Ἀριστολαΐδεω ſcribendum ſuſpicor. Schaef.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ] Alii omittunt ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ, atque ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ cum ſimplici σ efferunt, quo modo et apud Herodotum ſcriptum reperitur. Huds. *Var. Lect.* De ſcriptura vocis Ἁλικαρνασσέως v. Meletem. Crit. p. 1. Schaef.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ] Dionyſium Longinum idem argumentum duobus libris (ut ex Sect. XXXVIII. libelli Περὶ Ὕψους conſtare videtur) tractaſſe exiſtimo. Sed cum hi libri iniuria temporis perierint, iacturam aliquatenus reſarcire licet ex Longini Sect. XXXVIII. et XXXIX. et Cicerone de Orat. c. XLIV. Huds. *Annot.*

Multimodis hanc inſcriptionem, eodem licet omnes ſenſu, verterunt viri docti. Alii de Verborum Compoſitione; de Collocatione alii; quidam de Structura Orationis interpretantur. [De Structura Orationis ipſe Vptonus in titulo alibique. Schaef.] Addas ex Cicerone in Orat. de Verborum Conſtructione: *Et ipſa oratio conformanda, non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum.*

Occurrit etiam, ſed rarius vox Συνθήκη hac ſignificatione. Chryſoſtomus in 4to περὶ Ἱερωσύνης, ubi de Paulo Apoſt. agit: Ἀλλ' ἐξέστω καὶ τῇ λέξει πτωχεύειν, καὶ τὴν συνθήκην τῶν ὀνομάτων ἁπλῆν τινα εἶναι καὶ ἀφελῆ. Nec non Lucianus de Conſcribend. Hiſtoria: Καὶ μὴν καὶ συνθήκῃ τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μέσῃ χρη-

DIONYSII ALEXANDRI F. HALICARNASSENSIS DE COMPOSITIONE VERBORVM LIBER.

SECTIO I.

Hunc Dionysii de Compositione Verborum Commentarium viris esse civilibus in primis utilem.

Largior hocce tibi munus, dulcissime fili: (ut apud Homerum Helena Telemachum affatur hospitem) hoc

σίον. [Suidas T. I. p. 259. πρός τε τὸ μέλος καὶ τὴν συνθήκην. Conf. Toup. Emendat. T. III. p. 34. Thomas Mag. p. 823. λέγεται δὲ συνθήκη καὶ ἐπὶ λόγου. ἔτι δὲ καὶ σύνθεσις. ubi Oudendorpius ex Aeliano d. N. A. Epil. extr. citat τῆς συνθήκης τῶν τε ὀνομάτων καὶ τῶν ῥημάτων τὸ κάλλος. Schaef.]

Post Halicarnasseum scripsit etiam hac de re Dionys. Longinus, praeter Sectionem illam in libro περὶ Ὕψους nobis reliquam, duos, sicuti ipse testatur, libros integros, qui vetustate penitus interciderunt. *Dolor ingens,* (verba sunt Fabri) *damnum ingens, quod hi libri perierint. Longe enim acrius est Dionysii nostri iudicium et exquisitius multo, quam Dionysii Halicarn. quod olim fuse ostendam ex iis Scriptorum locis, quos uterque examinavit.* Id opus scripserit Faber necne, haud scio; hoc interim certissimum habeo, omnea omnium aetatum eruditissimos homines hunc Dionysii libellum maximi semper fecisse. Testes proferre, otiosi est. [Longinus p. 138. s. Toup. — ἡ διὰ τῶν λόγων αὕτη ποιὰ σύνθεσις· ὑπὲρ ἧς ἐν δυσὶν ἀποχρώντως ἀποδεδωκότες συντάγμασιν ὅσα γε τῆς θεωρίας ἦν ἡμῖν ἐφικτά, κ. τ. λ. Obiter moneo, falli Harlesium Fabric. Bibl. Gr. T. IV. p. 395. t) ad hos Dionysii nostri Longinique de eodem argumento libros referentem iudicium Ioannis Siceliotae. Imo Graeculus iste eloquentiam Dionysii cum facultate Longini comparat. Vid. Ruhnken. Dissert. de Vita et Scriptis Longini p. 19. 25. s. 33. ed. Oxon. min. Schaef.]

Lemma, quod primae huic Sectioni inscriptum habes, e meo est; reliqua ex ipsis Dionysii verbis ut plurimum collecta, Editionis suae margini apponenda curaverat Sylburgius. Upt.

Δῶρόν τοι κ.τ.λ.] Plenius et for-

πρώτην ἡμέραν ἄγοντι ταυτηνὶ γενέθλιον, ἀφ' οὗ πα-
4 ραγέγονας εἰς ἀνδρὸς ἡλικίαν, ἡδίστην καὶ τιμιωτάτην
ἑορτῶν ἐμοί. Πλὴν οὔτε χειρῶν δημιούργημα πέμπω σοι
τῶν ἐμῶν, ὡς ἐκείνη ἔφη διδοῦσα τῷ μειρακίῳ τὸν
πέπλον, οὔτε εἰς γάμου μόνον ὥραν, καὶ γαμετῆς χάριν
εὔθετον· ἀλλὰ ποίημα μὲν καὶ γέννημα παιδείας καὶ
ψυχῆς τῆς ἐμῆς, κτῆμα δέ σοι τὸ αὐτὸ καὶ χρῆμα

tasse rectius legemus, Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι: ut apud Homerum est Odyss. ο; unde hic locus est desumptus. Sylb.

Integrum locum, ad sequentia etiam illustranda, tibi ob oculos ponere non gravabor [v. 123. ss.]:

—' Ἑλένη δὲ παρίστατο καλλιπάρῃος,
πέπλον ἔχουσ' ἐν χερσὶν, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζεν·
Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι,
μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν, πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην,
σῇ ἀλόχῳ φορέειν.

Hvds. *Var. Lect.*

Versum hunc affert et explicat Scriptor ille de Vita Homeri, quem inter Opuscula Mythologica edidit Cl. Galeus, et Dionysio Halicarnasseo adscribendum esse censet, in Praefationis p. VII. Ed. Amstel. Idem *Annot.*

Sylburgii coniecturam secutus, particulam καὶ, quae huc usque defuit, suo loco inserendam curavi; quam ad rem nonnihil me movet initium, quo Theophylactus suam Παιδείαν Βασιλικὴν ad Constantinum Porphyrogenitum exorsus est:

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ, βασιλεῦ φίλε, τοῦτο δίδωμι,

δῶρον ἐμοὶ διδόναι, καὶ σοὶ λαμβάνειν ἱλαρῶς οἰκειότατον. Dionysium plane aemulari studuit, licet impari successu. Vpt.

Sic Vptonus in secunda tertiaque editione. In prima poëtae verba dederat sine particula καί. Neque ego multum requiram. Secus est in Theophylacti loco, ubi vis oppositionis illam addi poscit: sequitur enim continuo, καὶ τάχα κρεῖττον τῶν ἄλλων, κ. τ. λ. Schaef.

φίλε] Ῥοῦφε Μελίτιε post φίλε adiicit Cod. Reg. 2. Hvds. *Var. Lect.* E margine illatum. Nomina haec paullo inferius apte ponuntur: hic versum Homericum inepte interpellant. Schaef.

ταυτηνὶ] Forma haec reddenda Plutarcho Vit. Demosth. c. 19. T. IV. p. 723. Reisk. ubi editum est ταυτῇ διαλλάξαι τὴν προσηγορίαν. Bene liber Mosc. (v. Wyttenbach. ad Selecta Princip. Historic. p. 426.) ταυτηνί. Plene Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 242. ἀντὶ κρείττονος χώρας ἣν κατέσχον, τὴν χείρονα τύχην διαλλάξασθαι. Schaef.

tuo natali die, quem primum iam, ex quo virilem ad aetatem pervenisti, agis, ex omnibus festis tam iucundissimum mihi, quam honoratissimum. Veruntamen hoc, quod ad te mitto munus, neque manuum mearum opus est, uti illa dicebat iuveni peplum tradens, neque tempori solum nuptiarum uxorisque gratiae conciliandae accommodatum; sed ingenii mei eruditionisque et foetus est et fructus: quod in usum

γενέθλιον] Natalitii titulo Lucianus suum περὶ Μακροβίων libellum Quintillo nuncupavit, ut Censorinus itidem suum de Die natali dedit Q. Cerellio. *Lindenbrog.* ad Censorinum p. 5. Ed. Cantab. quem morem antiquissimum esse pluribus demonstrat. Hvds. *Var. Lect.*

Mos vero antiquissimus, ut amici invicem, et clientes patronis die natali munera mitterent. Exempla passim obvia. Epidicus apud Plautum: *Non meministi me auream ad te afferre die natali Lunulam, atque anellum aureolum in digitum?* Est autem memoriae lapsus, quod ibi in notis ad Censorinum doctissimis Rusum Melitium Dionysii filium Lindenbrogius dicit. Vpt.

Antipater Thessalonic. Epigr. XVII.

Ἀντίπατρος Πείσωνι γενέθλιον ὤπασε βίβλον
μικρήν, ἐν δὲ μιῇ νυκτὶ πονησάμενος.

Leonidas Alexandr. Epigr. XVII.

Θύει σοι τόδε γράμμα γενεθλιακαῖσιν ἐν ὥραις,
Καῖσαρ, Νειλαίη Μοῦσα Λεωνίδεω.

Καλλιόπης γὰρ ἄκαπνον ἀεὶ θύος. εἰς δὲ νέωτα,
ἢν ἐθέλῃς, θύσει τοῦδε περισσότερα.

Schaef.

ἡδίστην] Non agnoscit Reg. 2. Hvds. *Var. Lect.*

ὡς ἐκείνη ἔφη] Operae pretium erit, integrum ex Homero locum ante oculos ponere: — Ἑλένη δὲ παρίστατο — [V. supra Hudsonum.] Amicos autem domum digredientes pretiosissimis ornare muneribus erat olim in usu. Vpt.

κτῆμα] Locum Isocratis ad Demonicum, uti censet Wolfius, in animo noster habuit. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήματα καὶ κτήματα κατασκευάζειν· ἔστι δὲ χρήματα μὲν τοῖς ἀπολαύειν ἐπισταμένοις, κτήματα δὲ τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις. Cicero Epist. ad famil. *Si vales, bene est. Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius.* Lucretius lib. 3.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

Sed ita et Xenophon in Oeconom. τούτοις αὖ οὔτε αἱ ἐπιστῆμαι χρήματά εἰσιν, οὔτε κτήματα. Vpt.

πρὸς ἁπάσας τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας, ὁπόσαι γίνονται διὰ λόγων, ὠφέλιμον· ἀναγκαιότατον ἁπάντων χρημάτων, εἴ τι δὴ κἀγὼ τυγχάνω τῶν δεόντων φρονῶν, ἅπασι μὲν ὁμοίως τοῖς ἀσκοῦσι τοὺς πολιτικοὺς λόγους, ἐν ᾗ ποτ' ἂν ἡλικίᾳ τε καὶ ἕξει τυγχάνωσιν ὄντες, μάλιστα δὲ τοῖς μειρακίοις τε καὶ νεωστὶ τοῦ μαθήματος ἁπτομένοις ὑμῖν, ὦ Ῥοῦφε Μελίτιε, πατρὸς ἀγαθοῦ, κἀμοὶ τιμιωτάτου φίλων.

πρὸς ἀπάσας ἐν] πρὸς ἁπάσας τὰς ἐν Reg. 1. 2. et Colb. Hvds. *Var. Lect.* Articulum primus adſcivit Vptonus in edit. ſec. et tert. quem Reiskius ſecutus eſt. Schaef.

λόγων, ὠφέλιμον] λόγων ὠφελίμων Reg. 2. Hvds. *Var. Lect.*

ὠφέλιμον] Eadem fere ſtructura uſus eſt Polybius lib. 4. Μουσικὴν γάρ, τήν γε ἀληθῶς μουσικήν, πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὄφελος ἀσκεῖν, Ἀρκάσι δὲ καὶ ἀναγκαῖον. Sed verſu priore articulum τὰς auctoritate trium codicum addidi: τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας. Vpt.

εἴ τι δὴ κἀγὼ] Ita Aeſchines contra Cteſiph. quem videtur hoc loco imitatus: Εἴ τι κἀγὼ τυγχάνω γινώσκων. *Si ullo modo aſſequi complectique potuiſſem.* Cicero de Orat. Vpt.

Euripides Iphig. in Taur. v. 43.

λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τόδ' ἔστ' ἄκος.

v. 494.

ὅδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

Hercul. Fur. v. 41.

κἀμ', εἴ τι δὴ χρὴ κἄμ' ἐν ἀνδράσιν λέγειν.

Schaef.

πολιτικοὺς] Πολιτικὸς λόγος aut ad forum, aut ad populum pertinet, tribuiturque εἰς δικανικὸν καὶ δημηγορικόν. Sub genere *dicanico* quid ſit, notum eſt. Sub *demegorico* autem longe plura ſunt, eaque grandiora. Complectitur enim illa omnia, de quibus agi ad populum ſoleat. Item Legatorum orationes, Εὐχαριστήρια ob felicem proeliorum eventum, Laudationes funebres, ducum et imperatorum alloquia, ſeu adhortationes copiarum, etc. uno verbo πολιτικὸς λόγος opponitur rhetorum ſophiſtarumque μελέταις, quales ſunt declamationes, et illae orationes, quae in otio et umbra ſcholarum habentur. Eodem etiam coniicere haud dubitem Panegyricos rhetorum quorundam, qui populi fremitum, ſtrepitum, tumultum ferre non poterant, quod nimiam frontis teneritudinem, nec ſatis firmas aures haberent. Πολιτικὸν λόγον vocare poſſis *virilem et oratoriam eloquentiam*, ut auctor Dialogi de cauſis corruptae eloquentiae. Sed, inquies, ῥητορικὴν et πολιτικὴν eandem eſſe ſcribit Pollux, et ῥήτορα eſſe πολιτικόν. Fateor, ſi

tibi commodumque cedat, ad quaevis vitae munia peragenda, quae possint oratione confici, utilissimum; maxime omnium (si quid sane ego, quod oporteat, cogitando assequor) cum universis, civilem exercentibus eloquentiam, necessarium, quacunque fuerint aetate et profectu; tum in primis tibi adolescenti, et ad studia dicendi nuperrime accedenti, o Rufe Meliti, optimi patris *fili*, mihique amicorum honoratissimi.

rhetoras pro iis accipiat, qui rempublicam administrant; sin aliter, errat. *Faber.* [ad Longinum p. 4. Ed. Tollii.] Vpt. Conf. Ernestii Lexic. Technol. Graec. Rhetor. v. Πολιτικός. Schaef.

ἕξει] Infra p. 55. Reisk. μετὰ τῆς ἄκρας ἕξεως χρώμενον τοῖς ὀργάνοις. p. 210. ἐκ τοῦ ῥᾴστου τε καὶ ἀπὸ τῆς ἕξεως αὐτὰ ἤδη ποιεῖν. p. 211. πᾶν, ὅ, τι ἂν ἐπιδῷ τις βιβλίον, ἀπταίστως διερχόμεθα ἕξει τε καὶ τάχει ἀπίστῳ. Schaef.

ὑμῖν] Haec verba per *communicationem*, ut loquuntur, sunt accipienda, ac si dixerat, καὶ σοὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις μειρακίοις ἅπασι, τοῖς etc. Sic Longinus Sect. 12. ubi Terentianum suum alloquitur: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον ἐπικρίνοιτε. Id est, *Tu et Romani tui.* Vpt. Poterat Dionysius uti formula Graecis cum Gallis communi, τοῖς ἄλλοις ὑμῖν τοῖς νέοις κ. τ. λ. Lucianus T. III. p. 291. ἐγεννήθην μὲν ὁμοία ταῖς ἄλλαις ὑμῖν. Sic iam in Homericis Il. VIII. v. 211. ἡμέας τοὺς ἄλλους. Schaef.

ὦ Ῥοῦφε Μελίτιε] Quia Rufus Latinum est cognomen, haud scio an pro Μελίτιε legendum sit Μινύκιε, seu Μινούκιε. Rufum autem Minuciae familiae cognomen fuisse, testantur in M. Minucii consulatu Sallustius, Eutropius, Fasti Siculi. Et hunc librum Romano adolescenti fuisse inscriptum, non absimilis vero est coniectura: quemadmodum sequentium etiam unum Cn. Pompeio, 125, 30; et alium Q. Aelio Tuberoni dedicavit, 137, 6. Infra in fragmento de Atticorum oratorum charaoteribus, [193, 19. 194, 15. quos locos Wechelianae exemplari quo utor, adscripsit Bünemannus. Schaef.] meminit quidem huius libri περὶ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων: sed eius ad quem librum istum scripsit, nullam mentionem facit. Sylb.

Ῥοῦφε Μετίλιε Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.*

πατρὸς] f. καὶ πατρός. Reisk. Non opus. Subaudi participium verbi substantivi. Homerus Il. XXI. v. 109.

πατρὸς δ' εἴμ' ἀγαθοῖο, θεὰ δέ
με γείνατο μήτηρ.

Odyss. IV. v. 611.

Αἵματος εἰς ἀγαθοῖο, φίλον
τέκος, οἷ' ἀγορεύεις.

Schaef.

6 Διττῆς γὰρ οὔσης ἀσκήσεως, περὶ πάντας, ὡς εἰπεῖν, τοὺς λόγους, τῆς περὶ τὰ νοήματα, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ὧν ἡ μὲν τοῦ πραγματικοῦ τόπου μᾶλλον ἐφάπτεσθαι δόξειεν ἄν, ἡ δὲ τοῦ λεκτικοῦ· καὶ πάντων, ὅσοι τοῦ λέγειν εὖ ϛοχάζονται, περὶ ἀμφοτέρας τὰς θεωρίας τοῦ λόγου ταύτας σπουδαζόντων ἐξ ἴσου· ἡ μὲν ἐπὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἐν τούτοις φρόνησιν ἄγουσα ἡμᾶς ἐπιϛήμη βραδεῖά ἐϛι καὶ χαλεπὴ νέοις, μᾶλλον δὲ ἀδύνατος εἰς ἀγενείων καὶ μειρακίων πεσεῖν ἡλικίαν· ἀκμαζούσης γὰρ ἤδη συνέσεώς ἐϛι, καὶ πολιαῖς κατηρτυμένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσίς ἐϛιν οἰκειοτέρα,

Διττῆς] Hanc operis diviſionem duplicem obſervat et in libro *περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότητος*, ubi multa repetit, quae hoc volumine continentur: *τοῦ λέγειν εὖ διττὴ ἡ διαίρεσίς ἐϛιν, εἴς τε τὸν πραγματικὸν τρόπον, καὶ εἰς τὸν λεκτικόν.* Vpt.

πραγματικοῦ τόπου] *τόπου* vocabulum in hac ipſa ſignificatione repetitur paulo poſt, v. 32: et ſequentis pag. v. 23: nec non infra, 5, 32: 98, 39: 132, 26: 140, 6. Sed Henricus Stephanus Schediaſmatum lib. 2, cap. 14, lectori conſiderandum relinquit, annon *τύπου* nomen in his locis reponendum ſit. Infra certe in *γαμηλίων μεθόδῳ* ſic legimus, 35, 45, *ποτὲ μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ χρηϛέον τῷ τύπῳ τούτῳ, ποτὲ δὲ καὶ ἐπὶ τέλει.* itidemque in Iſocrate, 95, 14, *τοῖς αὐτοῖς τύποις τῶν σχημάτων τὰς περιόδους περιλαμβάνειν.* et rurſum in Xenophonte, 131, 3, *ὁ πραγματικὸς τύπος, καὶ ὁ λεκτικός.* In eodem Iſocr. paulo poſt, v. 37, pro eodem *τύπου* nomine uſurpat etiam *τρόπου* vocabulum, cum ait, *τὰ ἐν τῷ πρακτικῷ τρόπῳ θεωρήματα:* itidemque 114, 31, *εἰς τὸν λεκτικὸν τρόπον:* et mox v. 34, *κατὰ τὸν πραγματικὸν τρόπον* [Sic 194, 34. Bünem.] In Xenophontis et Philiſti comparatione non modo *τύπον*, ſed etiam *χαρακτῆρα* dicit: cum enim eius comparationis initio ſcripſiſſet, 130, 40) *κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικὸν*, paulo poſt, (131, 3) *τοῦ πραγματικοῦ χαρακτῆρος* enarrationem ſic concludit, *καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος:* et *χαρακτῆρος* vocabulum rurſum uſurpat v. 12. Quin et *εἶδος* in hac ſignificatione dicit 69, 36: necnon etiam *ἰδέα*, 130, 11: 146, 22. E quibus locis perſpicuum eſt, non abſurdam eſſe Stephani coniecturam. Sed, ne quid diſſimulem, ut quibusdam in locis *τύπου* vocabulum videtur

Cum itaque duplex ſit exercitatio in omnibus, ut ita dicam, orationibus, altera in ſenſis animi, altera in vocabulis verſata; quarum illa quidem ad locum rerum, haec ad verborum videtur pertinere: cumque omnes, qui dicendo ſtudent excellere, in utramque orationis diſciplinam pariter incumbere ſoleant; illa, quae nos ad res ipſas earumque gerendarum ſolertiam deducit, ſcientia gravior eſt et adoleſcentibus difficilior, adeoque fieri non poteſt, ut in teneram et iuvenilem cadat aetatem. Nam rationi iam adultae * aetatique provectae magis convenit harum rerum cognitio; utpote quae ex multa dictorum

magis conſentaneum, ita in quibusdam magis aptum eſt nomen τόπου: ſicut etiam infra in altero tractatu de Thucydide ad Tuberonem dicit, τὰ περὶ τὸ πραγματικὸν μέρος ἁμαρτήματα, 146, 80: itemque 153, 4: 159, 28. Sylb.

λεκτικοῦ] Pro λεκτικοῦ perperam in Aldina editione legi πολιτικοῦ, adnotavit idem Steph. eodem Schediaſmatum capite. Cognoſcitur idem e loco Dionyſii quem modo citavi ex 130, 40; nec non ex aliis permultis. Sylb.

συνέσεώς ἐςι] Τὸ ἐςὶ videtur abundare; et ſine ullo aut ſenſus, aut periodi detrimento poteſt auferri: poſteriorem [l. poſterius.] uncinis incluſi. Sed aliter hunc locum profert Reg. 2. συνέσεώς ἐςιν ἡ τούτων κατάληψις; et mox pro κατηρτυμένης Colb. κεκοσμημένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσίς ἐςιν ἡ καρτερά. quae vox poſtrema nihili eſt. Vpt.

Vncinis incluſit Vptonus, non ἐςὶ poſt συνέσεως, ſed ἐςὶν poſt γνῶσις, idque demum in tertia editione. Mallem prius incluſiſſet. Niſi totus locus, quod lectionis diverſitas videtur ſuadere, ſic ſcribendus eſt: ἀκμαζούσης γὰρ ἤδη συνέσεώς ἐςιν ἡ τούτων κατάληψις, καὶ πολιαῖς κατηρτυμένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσίς ἐςιν οἰκειοτέρα. Κατάληψις i. q. μάθησις. V. Schol. ad Philoſtrat. Heroic. p. 649. Boiſſ. Inde, πολλῆς πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα, efflоreſcit ipſa γνῶσις. Viri talia diſcunt, ſenes cognita habent. Ceterum κεκοσμημένης, utut uni et item alteri blandiatur, a gloſſatore opinor profectum, vix tamen reddente vim genuinae vocis. Paullo plus enim eſt ad huius loci ſenſum *inſtruere*, quam *ornare*. Alciphron I. ep. 8. ὁ λέμβος — τοῖς πολλοῖς ἐρέταις κατηρτυμένος. Scharf.

* Ad verbum, *aetatis canis capillis inſtructae*. Hvns.

πολλῇ μὲν ἱστορίᾳ λόγων τε καὶ ἔργων, πολλῇ δὲ πείρᾳ καὶ συμφορᾷ παθῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων συγκυξανομένη. Τὸ δὲ περὶ τὰς λέξεις φιλότιμον καὶ φιλόκαλον καὶ ταῖς νεαραῖς πέφυκε συνανθεῖν οὐχ ἧττον ἡλικίαις· ἐπτόηται γὰρ ἅπασα νέου ψυχὴ περὶ τὸν τῆς ἑρμηνείας ὡραϊσμὸν, ἀλόγους τινὰς καὶ ὥσπερ ἐνθουσιώδεις ἐπὶ τοῦτον λαμβάνουσα ὁρμάς· οἷς πολ-

συμφορᾷ] συμφορὰ h. l. non eſt *calamitas*, ſed *Begegniſs*, contingentia, eventus, occurſus, cum tibi aliquid, ſeu proſperum, ſeu adverſum, accidit. Reisk. Euripides Phoenic. Fragm. IX.

καὶ πόλλ᾽ ἁμιλληθέντα μαρτύρων ὕπο
τἀναντί᾽ ἔγνων συμφορᾶς μιᾶς πέρι.

De re laeta Ariſtophanes Equit. v. 406.

Πῖνε, πῖν᾽ ἐπὶ συμφοραῖς.

ad q. l. Kuſterus: „Friſchlinus male: *Bibe cum calamitatibus.* Senſus eſt, *bibe, genioque indulge, ob res laetas et proſperas.* Συμφορὰ enim eſt vox mediae ſignificationis, et interdum de fortuna proſpera dicitur. Hinc interdum iungitur cum epitheto ἀγαθός: ut infra in hac fabula v. 652. et in Lyſiſtr. v. 1278. ubi, συμφοραῖς ἀγαθαῖς.“ Schaef.

φιλότιμον καὶ] Deſunt Reg. 2. et Colb. et mox οὐχ ἧττον non agnoſcit Colb. Hvds. *Var. Lect.*

πέφυκε] de meo dedi, pro vulgari πεφυκός. In οὐχ ἧττον ſubauditur ἢ ταῖς πρεσβυτέραις. nam provectiores quoque aetate, eloquentiae quidem ſtudentes, non minus, quam iuvenes, munditie et ornatu verborum delectantur. Reisk.

ἐπτόηται] De vi vocis ἐπτόηται vide Stephani Schediaſm. l. 2. Sched. 11. et 12. Hvds. *Var. Lect.*

Placet interpretari, *Mens enim fere omnis adoleſcentum inſana quadam elocutionis pulchritudinis admiratione afficitur,* (vel *inſano* eius rei *ſtudio rapitur*) *et ad eam tacito entheoque impetu defertur.* Vide Annott. ad Marcum Antoninum p. 2. Ed. Oxon. et Var. Lect. ad Dionyſium, p. 24. v. 24. Idem *Annot.*

Ita Plato in Phaedone, περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι; et Chryſoſt. in Gen. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαίοις διελέγετο, τοῖς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένοις; et initio primi περὶ Ἱερωσύνης pari modo, περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεις ἐπτοημένον. Vpt. Plutarchus Mor. T. V. p. 611. ἐπτοημένους περὶ τὰ ὄψα. Harpocration p. 3. Gron. τοὺς σφόδρα ἐπτοημένους περὶ τὰ παιδικά. Alia conſtructione aliquantumque diverſo ſenſu Plutarchus ibid. T. I. p. 106. Βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ φιλεῖ ἐπτοῆσθαι. Schaef.

factorumque notitia, plurimo item usu rerum, quae nobis aliisque bene vel male evenerunt, cum annis simul incrementa sumat. Sed verborum elegantiae et nitoris studium etiam puerili non minus aetate solitum est efflorescere. Mens enim fere omnis adolescentum mirifice delectatur elocutionis pulchritudine, incredibili quodam ac veluti entheo impetu ad eam delata: cui sane mode-

ἑρμηνείας] Eodem sensu usus est Demetrius Phalereus; alio Aristoteles. Vide Annott. Huds. *Var. Lect.*

Hoc sensu etiam voce ἑρμηνείας usus est Demetrius Phalereus, quem vide sis cum P. Victorii Commentariis, p. 1. et 2. alio autem Aristoteles, ut nos docet Ammonius initio Commentar. in Aristotelis lib. Περὶ Ἑρμηνείας. Οὐ γὰρ δὴ καθάπερ Δημήτριος τὸ περὶ λογογραφικῆς ἰδέας βιβλίον συγγράψας, καὶ οὗτος αὐτὸ ἐπιγράψας περὶ ἑρμηνείας ἀξιοῖ καλεῖν ἑρμηνείαν τὴν λογογραφικὴν ἰδέαν etc. *Neque enim ut Demetrius, qui librum de forma orationis conscripsit, ita hic* (Aristoteles) *cum librum inscripsit* περὶ ἑρμηνείας, *per* ἑρμηνείαν *intelligi voluit formam orationis conscribendae* etc. IDEM *Annot.*

Demetrius Phalereus eodem etiam sensu Ἑρμηνείας vocabulo usus est; alio autem Aristoteles, qui λέξιν pro *elocutione*, ut alii plerique φράσιν utuntur, teste Fabio lib. 8. Sed et vocem ἀπαγγελίας infra Sect. 20. hac significatione habet: Οὐχὶ συγκατακεκύλικαι τῷ βάρει τῆς πέτρας ἡ τῶν ὀνομάτων σύνθεσις, μᾶλλον δὲ ἔφθακε τὴν τοῦ λίθου φορὰν τὸ τῆς ἀπαγγελίας τάχος; Sic in Μεθόδῳ Προσφωνηματικῶν ad finem. Ita et Chrysostomus in 4. περὶ Ἱερωσύνης· Καὶ οὐδέν μοι φράσεως οὐδὲ ἀπαγγελίας μέλει. Unde lectio ἀπολογίας, margini apposita, nihili est, ex ignorantia nata. UPT. Add. Toup. ad Longin. p. 373. qui etiam de crebra confusione vocum ἀπαγγελία et ἐπαγγελία. (In Pausania IV. c. 19. in. corrig. ἀπηγγέλλετο. Conf. Facius ad T. I. p. 535.) SCHAEF.

ὡραϊσμὸν] Invidioso fere sensu dicitur de lenociniis et ineptiis, opponiturque nativae venustati: Vid. Ruhnken. ad Longin. p. 247. SCHAEF.

ἐπὶ τοῦτον] Deest Reg. 1. ἐπὶ τοῦτο Reg. 2. HUDS. *Var. Lect.*

οἷς] Praecessit singularis νέου. Homer. Hymn. in Vener. v. 285.

φάσθαι τοι Νύμφης καλυκώπιδος ἔκγονον εἶναι,
αἳ τόδε ναιετάουσιν ὄρος, κατειμένον ὕλῃ.

Euripides Orest. v. 907. Pors.

ἄλλος δ' ἀνιστὰς ἔλεγε τῷδ' ἐναντία,
μορφῇ μὲν οὐκ εὐωπός, ἀνδρεῖος δ' ἀνήρ,

λῆς πάνυ καὶ ἔμφρονος δεῖ τῆς πρώτης ἐπιστασίας τε καὶ ἀγωγῆς, εἰ μέλλουσι μὴ πᾶν, ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ, λέγειν, μηδ' εἰκῆ συνθήσειν τὰ προστυχόντα ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐκλογῇ τε χρήσεσθαι καθαρῶν ἅμα καὶ γενναίων ὀνομάτων, καὶ συνθέσει ταῦτα κοσμήσειν μεμιγμένον ἐχούσῃ τῷ σεμνῷ τὸ ἡδύ.

Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος, ὃ δεῖ πρῶτον νέοις ἀσκεῖσθαι, συμβάλλομαί σοι μέρος εἰς τὸν ἔρωτα τὸν περὶ

ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον,
αὐτουργός, οἵπερ καὶ μόνοι σώζουσι γῆν.

ubi vide virum eximium. Sic expedias nonnihil impeditam constructionem Homer. Il. IX. v. 401.

οὐ γάρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον, οὐδ' ὅσα φασὶν
Ἴλιον ἐκτῆσθαι, εὐναιόμενον πτολίεθρον.

Schaef.

ἐπιστασίας] Xenophon Memor. I. 5. 2. ἔργων ἐπιστασίαν. Zeunius: „In locum ἐπίστασιν, quod dubito an uspiam hoc sensu occurrat, substitui lectionem Stobaei et Brodaei.“ Sed Diodorus Sic. XIV. c. 82. μισουμένων γὰρ τῶν Λακεδαιμονίων ὑπὸ τῶν συμμάχων διὰ τὸ βάρος τῆς ἐπιστάσεως. Suidas T. I. p. 789. Ἔπαρχος πραιτωρίων· ὁ τῶν ἔργων τῆς φορολογίας τὴν ἐπίστασιν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις. Usus est Lexicographus loco Theophylacti Histor. VIII. c. 1. p. 197. A. Paris. ubi, quemadmodum in Excerpt. de Legation. p. 52. 24. Comel., editum est τὴν ἐπιστασίαν. Schaef.

μέλλουσι — λέγειν — συνθήσειν — χρήσεσθαι — κοσμήσειν] Advertant tirones coniunctionem infinitivorum diversi temporis. Ceterum εἰ μέλλουσι hic valet, *si velint, cogitent, si sperent id se assecuturos, ut* —. Euripides Med. v. 756. Pors.

πράξασ' ἃ μέλλω, καὶ τυχοῦσ' ἃ βούλομαι.

ad q. l. Brunckius: „πράξασ' ἃ μέλλω, *postquam confecero ea quae meditor.* Vide Musgravium ad Or. 1188.“ ubi ipse Brunckius in Addend. p. 220. „— glossa in Aug. A. μέλλειν, φροντίζειν.“ Conf. Schweighaeuser. Animadvers. in Athen. T. III. p. 349. Schaef.

ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔπος ἔλθῃ] De hoc loquendi genere, ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν, vide quae a Petro Victorio adnotata sunt Var. lect. lib. XI. c. 16. Sylb.

Simile adagium habemus apud Platonem l. VIII. de Rep. ex Aeschylo, et Isocratem in Panathen. Verum huic plane geminum est quod usurpant Athenaeus Deipnosoph. l. V. et Lucianus in lib. de Conscribenda Hist. ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίαν γλῶτταν ἔλθῃ. Hudson. *Annot.*

rando multa admodum prudentique opus est institutione et cura: si sibi cautum esse velint, ne, quicquid in buccam venerit, sermone effutiant intempestivo, nec quaevis temere oblata coagmentent vocabula; sed ut verborum, quae pura sint et propria, delectu utantur, eaque tali illustrent compositione, quae gravitati coniunctam habeat suavitatem.

Ad hanc itaque partem, quae prima iuventuti est exercenda, aliquid tibi *mei etiam laboris* confero; ut amor

Lucianus de conscrib. Hist. ἀναπλάττοντες ὅ, τι κεν ἐπ᾽ ἀκαιρίμαν γλῶτταν, φασὶν, ἔλθῃ. Et, *scribere quicquid in buccam venerit*, loquendi modus a Cicerone non semel usurpatus; valetque, temere, nullo verborum aut sententiarum habito delectu, sensa animi effutire. Ita Isocrates in Panathen. ὅμοιος ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ καὶ φορτικῶς καὶ χύδην, ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ, λέγουσι. Plato auctorem videtur indicare Aeschylum: Οὐκοῦν κατ᾽ Αἰσχύλον, ἔφη, ἐροῦμεν ὅ, τι νῦν ἦλθε ἐπὶ στόμα. At locus in his, quae supersunt Aeschyli fabulae, non apparet. Est autem in Eumenidibus quidam non adeo dissimilis:

— στέργω δ᾽ ὄμματα Πειθοῦς,
ὅτι μοι γλῶσσάν καὶ στόμ᾽ ἐπωπᾷ
πρὸς τάσδ᾽ ἀγρίως ἀπανηναμένας.

Quam rem pulcre sane exprimit Martialis:

Pallentes procul hinc abite curae.
Quicquid venerit obvium, loquamur
Morosa sine cogitatione.

Vpt.

Add. Solanus ad Lucianum T. II. p. 43. ubi Gesnerum miror. „In Operum Luciani duobus voluminibus, nec mirum, centena reliquere corrigenda; illud etiam T. III, p. 20, μὴ μελλήσας λέγε ὅ,ττι κεν ἐπί κε ῥῆμα γλῶτταν ἔλθῃ. Solanum miror non vidisse literas ferme tantum coniungendas, ὅ, ττι κεν ἐπ᾽ ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἔλθῃ· noverat enim aliunde Solanus Aeschyli dictum; saepius a librariis depravatum illud iam ostenderant P. Victorius V. L. XI. c. XVI, et Paul. Leopardus Em. VII, c. 21.“ Valckenar. Diatr. Euripid. p. 288. C. *Intempestive loquax* uno vocabulo ab Origene c. Cels. p. 356. Spenc. dicitur ἀκαιροῤῥήμων, qua voce, ut illa Eustathii ad Homer. Odyss. p. 1857. 2. (p. 684. 38.) ἀκαιροπαῤῥησιαστὴς, Lexica augeri possunt. Schaef.

ἐκλογῇ τε χρήσεσθαι] ἐκλογῇ κεχρῆσθαι Reg. 1. ἐκλογῇ τε χρήσασθαι Reg. 2. Huds. *Var. Lect.*

συμβάλλομαί σοι μέρος] μέρος delendum censet Vpt. utpote vitiose e versu praeced. repeti-

συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, τὴν πραγματείαν οὐκ ὀλίγοις μὲν ἐπὶ νοῦν ἐλθοῦσαν, ὅσοι τῶν ἀρχαίων ῥητορικὰς, ἢ καὶ διαλεκτικὰς συνέγραψαν τέχνας, οὐδενὶ δ᾽ ἀκριβῶς, οὐδ᾽ ἀποχρώντως μέχρι τοῦ παρόντος ἐξειργασμένην, ὡς ἐγὼ πείθομαι. Ἐὰν δὲ ἐγγένηταί μοι σχολὴ, καὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων ἑτέραν ἐξοίσω σοι γραφὴν, ἵνα τὸν λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν πραγματείαν εἰς νέωτα, πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς, προσδέχου, θεῶν ἡμᾶς φυ-

tum. Retinendum esse suadent Codd. MSS. Hvds. *Var. Lect.*

Nihil dubito, quin haec vox μέρος a mala manu sit; cum ad rem parum attineat, et bis vitiose occurrat repetita. Πραγματείαν autem Victorius per *Institutam scriptionem* explicat. Cicero in Orat. *Illud autem est huius institutae scriptionis, ac temporis.* Opus itidem suum Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας eo nomine saepius appellat Dionysius; non longe ab initio Hist. ὅτε πρὸς αὐτὴν ὥρμησα τὴν πραγματείαν. Ita et Iosephus, Dionysii imitator, contra Apionem: πάσης μοι τῆς πραγματείας (de bello Iudaico) ἐν παρασκευῇ γεγενημένης. Vpt. Diodorus Sic. XX. c. 1. κατὰ λόγον ἂν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πραγματείαις εὐδοκιμοῖεν. c. 2. in. ἐκβάλλομεν ἐκ τῆς ἱστορικῆς πραγματείας. ubi al. ex glossemate ἐκ τῆς ἱστορίας. Sic et verbum. Diodorus Sic. XIII. in. ὅμοια τοῖς ἄλλοις ἱστορίαν ἐπραγματευόμεθα. c. 103. extr. Ἀπολλόδωρος δὲ, ὁ τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος. Sextus Empir. p. 228. τοὺς καταλογάδην πραγματευσαμένους. Antigonus Caryst. c. CLXIV. τὸν πραγματευθέντα τὸν ἐκ Μέμφεως ἀνάπλουν. ubi mire Interpres: *qui navigationem a Memphi expertus est.* Schaef.

τὴν πραγματείαν] τὴν abest Reg. 1. et Colb. Hvds. *Var Lect.*

Iam locum integrum videamus. Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος, —— πραγματείαν, ut nos edidimus, habent omnes editiones Reiskianam praegressae. In hac sic legitur: Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος, —— ἔρωτα, τὸ περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, πραγματείαν κ. τ. λ. Reiskius: „Post μέρος [posterius illud, Vptono spurium visum] deesse videtur οὐ μικρόν. Deinde in medio fere huius versus τὸ in neutro dedi, redit enim ad μέρος, pro vulgari τόν. *confero studiis tuis adminiculum haud contemnendum, tractationem puta de compositione vocabulorum.*" Nuper de hoc loco egit Schottus in Commentar. Societat. Philolog. Lipsiens. l. 1. p. 36. s. sic scribendum censens: Εἰς δὴ τούτου τοῦ μέρους, ὃ δεῖ

inde tuus ad haec ſtudia pulchre orationis componendae excitetur: opus, quod non paucis quidem ex veteribus dicendi magiſtris in mentem venit, qui Rhetoricas artes, vel Dialecticas conſcripſerunt; ſed a nemine, uti ipſe arbitror, ea, qua decuit, cura ac diligentia, ne quidem mediocri, ad hanc usque diem pertractatum. Quod ſi mihi otium contigerit, alium inſuper tibi adferam *de Verborum delectu* libellum, ut locum de elocutione plene habeas perfecteque conſcriptum. Illud utique opus anno proximo, natalibus iterum tuis exſpectes, diis ab omni me

πρῶτον νέοις ἀσκεῖσθαι, τὸν ἔρωτα συμβάλλομαί σοι τὸ περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων. *Ad huius partis iuvenibus primum exercendae ſtudium et amorem (tuum) confirmandum alendumque confero tibi.* Mihi quoque licebit coniecturam periclitari. Suſpicor: Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος, —— συμβάλλομαί σοι μέρος εἰς τὴν ἑορτὴν, τὴν περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων πραγματείαν, κ. τ. λ. Supra paullo poſt initium: ἡδίστην καὶ τιμιωτάτην ἑορτῶν ἐμοί. mox: εἰς νέωτα, πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς. ἔροτιν, ἔρωτιν, ἑορτὴν confuſa ſunt in Euripid. Electr. v. 629. Musgr. Vocem μέρος parum eleganter iteratam eſſe fateor: ſed tales adeoque pinguiores repetitiones vel terſiſſimi ſcriptores non fugiunt. In textum, cum res tam incerta ſit, nihil mihi licere putavi. Schaef.

ἀποχρώντως] ἐγχρώντως Reg. 1. Hvds. *Var. Lect.* Illud perſaepe mihi lectum: nunquam hoc. Antiphanes Athenaei T. II. p. 356.

καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.

Euſebius Praepar. Euang. p. 61. A. Ἀλλὰ γὰρ τοσαῦτα καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλήνων θεολογίας ἀποχρώντως ἡμῖν ἀποτετμήσθω. Vid. Toup. Emendat. in Suid. T. I. p. 80. Schaef.

ἐκλογῆς] Hunc librum ſcripſerit Dionyſius necne, quem Ruſo Melitio, non Echecrati, ut ait Gerh. Voſſius memoriae errore, promittit, plane ſub ancipiti haeret. Huic vero dicata eſt Ars Rhetorica. Vpt.

ἐξοίσω] Dionyſius Epiſt. ad Pompei. p. 767. Reisk. ἐκεῖνος μὲν γὰρ κοινὴν Ἑλληνικῶν τε καὶ βαρβάρων [imo βαρβαρικῶν] πράξεων ἐξενήνοχεν ἱστορίαν. Plutarchus Mor. T. I. p. 35. Ἀριστοφάνους δὲ, ὅτε τὰς Νεφέλας ἐξέφερε, κ. τ. λ. Schaef.

εἰς νέωτα] Heſychius, εἰς τὸ ἐπιὸν, ἢ νέον ἔτος. Theocritus in Adoniaz. εἰς νέωτ' εὐθυμήσαις. nec aliter Moſchopulus. Vpt. Conf. Leonidae Alexandr. Epigramma, quod ſupra p. 5. adſcripſi. Schaef.

θεῶν ἡμᾶς κ. τ. λ.] Eodem fere modo, nec minori pietate, ad Ammaeum ſcribit, ad finem libri de De-

λαττόντων ἀσινεῖς τε καὶ ἀνόσους, εἰ δή ποτε ἡμῖν ἄρα τούτου πέπρωται βεβαίως τυχεῖν· νυνὶ δὲ ἣν τὸ δαιμόνιον ἐπὶ νοῦν ἤγαγέ μοι πραγματείαν προσδέχου.

Τῆς πραγματείας ταύτης τὰ κεφάλαια.

Κεφάλαια δὲ αὐτῆς ἐςιν, ἃ πρόκειταί μοι δεῖξαι, ταῦτα· „Τίς τέ ἐςιν ἡ τῆς συνθέσεως φύσις, καὶ τίνα ἰσχὺν ἔχει, καὶ τίνων ςοχάζεται, καὶ πῶς αὐτῶν τυγχάνει, καὶ τίνες αἱ γενικώταται αὐτῆς εἰσι διαφοραὶ, καὶ τίς ἑκάςης χαρακτὴρ, καὶ ποίαν κρατίςην αὐτῶν πείθομαι· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τί ποτ᾽ ἐςὶ τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο καὶ εὔγλωσσον καὶ μελιχρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς, ὃ πέφυκε τῇ συνθέσει τῆς πεζῆς λέξεως παρακολουθεῖν, ποιητικῆς τε κατασκευῆς τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένης λό-

mosthene: Ἐὰν δὲ σώζῃ τὸ δαιμόνιον ἡμᾶς, καὶ περὶ τῆς πραγματικῆς αὐτοῦ δεινότητος ἐν τοῖς ἑξῆς γραφησομένοις ἀποδώσομέν σοι λόγον. Erat autem et eruditione excellens, et religionis cultor obſervantiſſimus. Vpt. Ceterum ex hoc loco ſuſpiceris, Dionyſium hunc libellum ſcripſiſſe valetudinarium. Schaef.

προσδέχου] Aut ſimplex δέχου malim, aut ſaltim παραδέχου. nam de re, in manus iam tradita, non uſurpatur προσδέχεσθαι, *exſpectare*, ſed de futura, cuius ſpes excitatur. Reisk. Praeferam παραδέχου. Permultis locis confuſa παρὰ et πρός. „Saepe in MSS. antiquioribus non animadvertitur differentia inter πρὸς et παρὰ ab imperitioribus.“ Bergler. ad Alciphron. p. 448. Vid. Brunck. ad Ariſtophan. Av. v. 46. et Porſon. Supplem. Praefat. ad Euripid. Hecub. p. LIV. ed. Cantabr. Schaef.

γενικώταται] Lucianus T. II. p. 280. τριῶν γοῦν οὐσῶν τῶν γενικωτάτων ὀρχήσεων. p. 287. τὰς γενικωτέρας αὐτῶν προχειρισάμενος. Ammonius p. 95. Ἐςὶ δὲ μνήμη γενικὴ τύπωσις ψυχῆς. Valckenarius: „Lege: γεννικὴ τύπωσις ψυχῆς.“ Fallitur Docet enim Grammaticus, μνήμην eſſe τὸ γενικὸν, μνείαν τὸ εἰδικόν. Schaef.

ποίαν κρατίςην αὐτῶν πείθομαι] Notanda conſtructio. Similiter Herodotus VIII. c. 81. οἱ πλεῦνες γὰρ τῶν ςρατηγῶν οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. v. 1288. Schaef.

ποιητικῆς τε κατασκευῆς κ. τ. λ.] Valde mihi placet coniectura

periculo incolumem morbisque immunem conſervantibus: ſi modo nobis, id certo ut aſſequamur, fata permiſerint. Nunc vero, quam deus componendam mihi in mentem attulit, hanc inſtitutam ſcriptionem accipe.

Huius libelli quae ſint capita.

Huius vero *libelli* capita, quae mihi ſuscepi demonſtranda, ſunt haec: „Quaenam ſit compoſitionis natura, quam vim habeat, quem finem ſibi propoſitum, et quibus eum modis conſequatur: quae deinde generaliſſimae ipſius ſint differentiae, quis etiam uniuscuiusque character, earumque qualem ego iudicem praeſtantiſſimam: praeterea quid illud tandem ſit poëticum, illa ſuavitas auriumque oblectatio, quae comitari ſoleat ſolutae orationis compoſitionem; quantum etiam robur poëtici ſit apparatus, nudum ſimplicemque imitantis ſermo-

Clariſſ. Vptoni, qui (dum τί ποτε ex ſuperioribus repetit, et αὐτῇ pro αὐτῷ reponit, atque κατορθούσης abſolute accipit) verba hoc modo conſtruit: καὶ τί ποτ' ἐςὶ τὸ κράτος ποιητικῆς κατασκευῆς, τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει αὐτῇ κατορθούσης. Vide ſectiones 25. et 26. Hvds. *Var. Lect.*

Locus difficilior, quantum equidem video. Neque enim liquido conſtat, a quo nomine genitivus κατασκευῆς dependeat. At mihi haec interpretatio videtur optima: καὶ τί ποτ' ἐςὶ τὸ κράτος ποιητικῆς κατασκευῆς, τὸν ἀποίητον ἐκμιμουμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει αὐτῇ κατορθούσης. Nam pro αὐτῷ, αὐτῇ legendum cenſeo (niſi αὐτὸ malueris, ut ad τὸ κράτος referatur) et κατορθούσης abſolute debere accipi. Ita initio de Thucydidis charactere: τῆς δυνάμεως οὐκ ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις κατορθούσης. Vide Sectionem ult. Vpt.

Alia ratio placuit Reiskio. Is ad αὐτῷ: „Sententia poſtulat ὅσον." Mihi placet verba cum Vptono ſtruere, ſic tamen, ut pro αὐτῷ legam, non cum illo αὐτῇ, ſed αὖ, *vicißim*. Infra p. 188. Reisk. ἀλλ' ἐὰν λογίζηται τοὺς ἐξακολουθοῦντας αὖ τοῖς κατορθουμένοις ἐπαίνους. Schaef.

τὸν ἀποίητον — λόγον] Ἀποίητος λόγος nunc eſt, opinor, i. q. πεζὴ λέξις: quae adiectivi huius ſignificatio perrara eſt. Senſu longe diverſo Menander p. 42 Cler.

ἀποίητα πάμπολλ' ἐςὶν ἡμῖν.

h. e. *nondum facta.* Schaef.

γον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει. κατορθούσης αὐτῷ τὸ κράτος, καὶ διὰ ποίας ἂν ἐπιτηδεύσεως γένοιτο ἑκάτερον αὐτῶν." Τοιαυτὶ μὲν δή τινά ἐστιν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ὑπὲρ ὧν μέλλω λέγειν.

ΤΜΗΜΑ β'.

Συνθέσεως ὁρισμὸς, καὶ μέρη, καὶ τὸ ἔργον.

Ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα,
12 ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων· ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι. Ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες,

Ἡ σύνθεσις] Nota hic ellipsin coniunctionis δὲ, vel consimilis: ut infra 10, 35; et 15, 25: necnon alibi. In sequentibus vero Aldina editio coniunctim scribit παράλληλα. Henricus Stephanus Schediasmatum lib. 2, c. 14, mavult παράλληλος: quamquam paulo post, v. 20, itidem sequitur, οἰκείως θεῖναι τὰ ὀνόματα παρ' ἄλληλα: et infra 27, 33, ἡ τῶν κώλων συμμετρία πρὸς ἄλληλα. Sed Stephano patrocinatur quod infra in Isocrate est, 94, 46, τῶν φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις. Sylb. Παράλληλα Colb. παράλληλος Reg. 2. Huds. *Var. Lect.*

Ἡ σύνθεσις] Collocatio, quam alio vocabulo, ut et Longinus, ἁρμονίαν vocat, a Scaligero definitur, *aptus ordo partium inter se cohaerentium*. Partes autem sunt, elementa, syllabae, voces. Hac de re fusissime agit Cicero in Orat. perf. ubi partes eius tres esse tradit, compositionem, concinnitatem et numerum. Upt.

Ταῦτα δὲ Θεοδέκτης μὲν κ. τ. λ.] Hunc locum ad verbum paene descripsit Fabius cap. 4, lib. 1. *Veteres, quorum fuerunt Aristoteles quoque atque Theodectes, verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, (quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur) in convinctionibus autem complexum eorum esse indicaverunt, quas coniunctiones a plerisque dici scio, sed*

nem, si modo felici successu facta sit imitatio: quibus denique studiis eorum sit utrumque assequendum." Haec itaque sunt, ut ea summatim complectar, de quibus dicturus sum.

SECTIO II.

Compositionis definitio, partes, atque opus.

Compositio, sicuti nomen ipsum indicat, est quaedam orationis partium inter se mutua positio; quas dictionis etiam elementa nonnulli vocant. Haec autem Theodectes et Aristoteles, et qui eorum temporibus philosophiae operam dabant, ad tria produxere; nomina et verba et coniunctiones primas orationis partes esse statuentes. Hos vero qui subsecuti sunt, praecipueque Stoicae sectae principes, ad

haec videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio. Paulatim a philosophis, ac maxime Stoicis auctus est numerus: ac primum coniunctionibus articuli adiecti; post praepositiones, nominibus appellatio; deinde pronomen; deinde mistum verbo participium, ipsis verbis adverbia. Vpt.

Θεοδέκτης] Theodectes, cuius saepe meminit Dionysius, erat orator e Lycia oriundus, Aristandri filius; scripsit etiam Tragoedias. Sed similem locum e libro de Demosth. non pigebit adscribere. Τοῖς πρώτοις μορίοις τῆς λέξεως, ἃ δὴ στοιχεῖα ὑπό τινων καλεῖται, εἴτε τρία ταῦτ' ἐστιν, ὡς Θεοδέκτῃ τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ σύνδεσμοι, εἴτε πλείω, δύο ταῦτα ἀκολουθεῖ, μέλος καὶ χρόνος ἴσα. Sed de hac ultima voce nonnihil dubito. Vpt. Leguntur haec p 1101. Reisk. De Theodecte nonnulla habet Ruhnkenius Hist. Crit. Orator. Graecor. p. LXXXIII. Schaef.

οἱ κατ' ἐκείνους] Ita in Antiquit. de Attio Navio: τοὺς κατὰ τὴν αὐτὴν ἀμείψαντας ἡλικίαν. Lege, οἰωνοσκοποῦντας, seu potius ἀκμάσαντας. Etenim unde sit ἀμείψαντας, nisi a mala manu, non intelligo. Vpt. Ἀμεῖψαι hic pro βιῶναι dictum videtur Sylburgio in Ind. Graec. Conf. Reiskium ad h. l. T. I. p. 632. s. Schaef.

οἱ τῆς Στωϊκῆς] Aristotelis ac Theodectis in Grammatica inventis plurima addidisse philosophos sequentes, praesertim Stoi-

ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα. Εἶθ᾽ οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. Ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς προθέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων, καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ τῶν προσηγορικῶν. Οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν· ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς ἂν εἴη λόγος. Πλὴν ἥ γε τῶν πρώτων, εἴτε τῶν τριῶν, ἢ τεττάρων, εἴθ᾽ ὅσων δή ποτε ὄντων μερῶν πλοκὴ
14 καὶ παράθεσις, τὰ λεγόμενα ποιεῖ κῶλα· ἔπειθ᾽ ἡ τούτων ἁρμονία τὰς καλουμένας συμπληροῖ περιόδους· αὗται δὲ τὸν σύμπαντα τελειοῦσι λόγον.

Ἔστι δὴ τῆς συνθέσεως ἔργα, οἰκείως θεῖναι τά τε ὀνόματα παρ᾽ ἄλληλα, καὶ τοῖς κώλοις ἀποδοῦναι τὴν

cos, cognoscere est ex Cicerone de Offic. l. I. Fabio l. I. c. 6. Diogene Laërtio in vita Zenonis, necnon Apollonio Alexandrino, et nostro etiam Dionysio cap. IV. Vide Menagii notas ad Diog. Laërt. p. 288. Hvds. *Annot.*

De verbis, eorumque significatione atque origine inquirenda multum laboris insumebant Stoici. Cicero in Offic. *Audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta.* Et in Oratore *architectos paene verborum* vocat. Noster etiam Sect. 4. Εἰδὼς τοὺς ἄνδρας, τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, οὐ μικρὰν φροντίδα τοῦ λεκτικοῦ τόπου πεποιημένους. Vpt.

προσηγορικὰ] Theodorus Introduct. Grammat. capite περὶ ὀνόματος ita scribit: Ὄνομα δέ· τὸ μὲν κύριον, οἷον Σωκράτης· τὸ δὲ προσηγορικὸν, οἷον ἄνθρωπος· τὸ δὲ ἐπίθετον, οἷον ἀγαθός. Quam vocem alii *vocabulum*, alii *appellationem* interpretantur. *Vocabulum an appellatio dicenda sit* προσηγορία, *et subiicienda nomini, necne, quia parvi refert, liberum opinaturis relinquo.* Quintil. lib. I. Servius ad hunc Maronis versum 4. Georgic. *Corycium vidisse senem.* „Male quidam *Corycium* proprium asserunt esse nomen, cum sit appellativum eius, qui more *Corycio* hortos excoluit.“ Vpt.

quatuor usque promoverunt, articulos a coniunctionibus separando. Qui vero deinceps eos exceperunt, seiungendo appellativa a * nominibus ipsis, quinque primas esse partes ostendebant. Alii autem, et pronomina disiungendo a nominibus, sextum et hoc orationis fecerunt elementum. Alii item et adverbia a verbis, et praepositiones a coniunctionibus, et participia ab appellativis divisere. Aliqui, et alias praeterea inducendo sectiones, multas inde fecerunt vocum partes; de quibus longum esset dicere. Hae vero primae partes, seu tres, seu quatuor, sive quo alio fuerint numero, sibi ipsis connexae ac compositae, efficiunt illa, quae in oratione dicuntur membra. Dein horum iunctura illos orbes, quae periodi vocantur, constituit: ex quibus absoluta omnis perficitur oratio.

Est autem compositionis, aptissime inter se verba componere, propriam membris tribuere harmoniam,

ὀνοματικῶν] Malet forsan aliquis ὀνοματικῶν. Sed ὀνοματικῶν vocabulum in hac ipsa significatione usurpatum est infra, 10, 47, et alibi. ὀνοματικὰ vero hic vocat Nomina, seu Quae a nominib. sunt declinata: ut infra 23, 45, imperativum πέμπετε, a verbo πέμπω deflexum, vocat ῥηματικόν. Infra 6, 27, ὀνοματικὰ vocat nomina substantiva, et quae illorum vice funguntur. nec multum absimiliter 10, 47. Sylb.

* *Al.* derivatis. Hvds.

ἀντωνυμίας] ἀντωνομασίας Reg. 1. Hvds. *Var. Lect.* Eadem diversitas infra p. 37. Reisk. Sed scribere debebant ἀντονομασίας.

Pronominibus uti Eustathius dicit ἀντονομάζειν ad Iliad. p. 103. 22. (p. 77. 41.) Scharf.

Ἔστι δὴ τῆς συνθέσεως κ. τ. λ.] Cicero de Orat. lib. 3. cap. 43. *Sequitur continuatio verborum, quae duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat. Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et laevis:* et quae sequuntur. Vpt.

παρ' ἄλληλα] παράλληλα Reg. 2. Colb. Hvds. *Var. Lect.*

προσήκουσαν ἁρμονίαν, καὶ ταῖς περιόδοις διαλαβεῖν αὐτὸν ὅλον τὸν λόγον. Δευτέρα δὲ οὖσα μοῖρα τῶν περὶ τὸν λεκτικὸν τόπον θεωρημάτων κατανοοῦντι τὴν τάξιν· ἡγεῖται γὰρ ἡ τῶν ὀνομάτων ἐκλογὴ, καὶ προϋφίσταται ταύτης κατὰ φύσιν· ἡδονὴν καὶ πειθὼ καὶ κράτος ἐν λόγοις οὐκ ὀλίγῳ κρείττω ἐκείνης ἔχει. Καὶ μηδεὶς ἡγήσηται παράδοξον, εἰ, πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεωρημάτων περὶ τὴν ἐκλογὴν, ὑπὲρ ὧν πολὺς ἐγένετο φιλοσόφοις τε καὶ ῥητορικοῖς ἀνδράσι λόγος, ἡ σύνθεσις, δευτέραν ἔχουσα χώραν τῇ τάξει, καὶ λόγων οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, τῶν ἴσων ἐκείνῃ τυχοῦσα, τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει καὶ δύναμιν, ὥστε περιεῖναι πάντων τῶν ἐκείνης ἔργων καὶ κρατεῖν· ἐνθυμούμενος, ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, ὅσαι διαφόρους ὕλας λαμβάνουσαι, συμφορητὸν ἐκ τούτων ποιοῦσι τὸ τέλος,

διαλαβεῖν] Infra p. 116. Reisk. ῥυθμοὶ δὲ, οἱ ταῦτα διαλαμβάνοντες, οἵδε. p. 120. διαλαβόντες τοῖς κρείττοσι τοὺς χείρονας. Schaef.

τόπον] De τόπου nomine dictum ad pag. praeced. v. 15. Sylb.

κατανοοῦντι] κατὰ γοῦν de meo dedi, pro vulgari κατανοοῦντι. cum concedit, hanc partem ordine naſcendi ſecundariam eſſe, tum vi et efficacia ait eſſe primariam. Reisk. Revocavi quod priores editiones habent omnes. Dativus abſolutus virum eximium videtur offendiſſe. Tales autem dativi ſaepiſſime leguntur; idque ipſe Reiskius bene norat: ſed nimirum in Dionyſio noſtro feſtinabat haud lente. κατανοοῦντι τὴν τάξιν, *ſi conſideres* naturalem *ordinem*. Schaef.

καὶ προϋφίσταται] Ideo dixit Caeſar, *Verborum delectum originem eſſe eloquentiae*. Cic. de claris Orat. Vpt.

λόγων] Sunt h. l. disputationes, ſcripta aliquod argumentum tractantia. quum multum abſit, ut de compoſitione tot edita ſint ſcripta, quot ſunt de verborum delectu. Reisk.

* Vt omnem vim, quae in delectu verborum eſt, ſuperet. *Schottus*. Hvds.

περιεῖναι] Περιεῖναι eodem ſenſu occurrit Antiqq. l. 7. p. 421. v. 18. et ſaepiuſcule apud Homerum, ut Iliad. α. v. 258. Hvds. *Var. Lect.*

ſuisque adeo periodis totam orationem diſtinguere. Et quanquam haec ſit pars poſterior, ſi praeceptionum, quae ad locum elocutionis pertinent, ordinem conſideres: (praeit enim verborum delectus, ac illius eſt natura fundamentum) voluptatem tamen, et ſuadam, et vim in dicendo, delectu longe praeſtantiorem obtinet. Nec vero id cuiquam mirum videbitur, ſi, cum de vocabulis ſeligendis multa fuerint tradita et gravia praecepta, qua de re tam philoſophi, quam rhetores, ſcripſerunt plurima, compoſitio, locum ordine poſteriorem ſortita, nec pares illi (multum enim abeſt) conſecuta ſermones, tantam vim tamen poteſtatemque habeat, * ut omnia illius opera immane quantum ſuperet et vincat: ſecum modo conſideret, quod et in aliis artibus, quae diverſam multiplicemque materiem recipiunt, et collatum inde finem conſtituunt, (veluti archi-

* Quo ſenſu Homerus ſaepiſſime. Iliad. ά. v. 258.

οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

Vpt.

Philoſtratus Her. p. 52. ſ. Boiſſon. *ἠρώτα τὸν Πρωτεσίλεων, ὅ, τι πράττων περιέσοιτο τῶν ἀντιπάλων.* Schol. *περιγένοιτο ἄν.* Idem, Homerica illa paullum mutata reddens, p. 182. *Αἰνείαν δὲ, μάχεσθαι μὲν τούτου ἧττον, ξυνέσει δὲ περιεῖναι τῶν Τρώων.* Schol. *νικᾷν, περιγίνεσθαι, κρατεῖν.* Schaef.

αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν] Scripſit, opinor, aut *αἱ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας*, aut *αἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν*. Ex ambabus lectionibus, quarum eadem vis, noſtra, ut videtur, conflata. Simile quid de praepoſitione *κατὰ* notavi ad Longi Paſtor. p. 330. Ceterum de hoc uſu praepoſitionis *περὶ* accuſativo iunctae iam egi in Iulianeis p. VI. Plutarchus T. IV. p. 18. Reisk. *ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις.* Philoſtratus Her. p. 170. *Τάς τε λύπας, ὁπόσαι περὶ τὸν Ἀχιλλέα, κ. τ. λ.* i. e. *ὁπόσαι τοῦ Ἀχιλλέως.* Ibid. p. 208. ſcribendum *τὸ περὶ αὐτὴν θαῦμα.* v. Boiſſonad. p. 601. Item p. 222. corrigendum *τὴν μὲν λεγομένην ἀθανασίαν περὶ αὐτοὺς εἶναι.* coll. var. lect. p. 615. Schaef.

συμφορητὸν] Dionyſius T. VI. p. 1067. *ὁ συμφορητὸς ὄχλος.* ut Ant. Rom. T. I. p. 434. *ἡ δ' ὑμετέρα πόλις —— ἐκ πολλῶν συμφορητὸς ἐθνῶν.* ubi Vat. *συμφορητή*, quod praefero. T. II.

ὡς οἰκοδομικὴ τε καὶ τεκτονικὴ, καὶ ποικιλτικὴ, καὶ ὅσαι ταῖς τοιαύταις εἰσὶν ὁμογενεῖς, αἱ συνθετικαὶ δυνάμεις, τῇ μὲν τάξει δεύτεραι τῶν ἐκλεκτικῶν εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει πρότεραι· ὥστ᾽, εἰ καὶ τῷ λόγῳ τὸ αὐτὸ συμβέβηκεν, οὐκ ἄτοπον ἡγητέον. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πίστεις παρασχεῖν τοῦ προκειμένου, μή τι δόξωμεν ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν τῶν ἀμφισβήτησιν ἐχόντων λόγων.

ΤΜΗΜΑ γ΄.

Λέξεως γένη· καὶ ποία ἡ τῆς συνθέσεως δύναμις.

16 Ἔστι τοίνυν πᾶσα λέξις, ᾗ σημαίνομεν τὰς νοήσεις, ἡ μὲν ἔμμετρος, ἡ δὲ ἄμετρος· ὧν ἑκατέρα, καλῆς μὲν ἁρμονίας τυχοῦσα, καλὸν οἷα τ᾽ ἐστὶ ποιεῖν τὸ μέτρον καὶ τὸν λόγον· ἀνεπιστάτως δὲ καὶ ὡς ἔτυχε ῥιπτομένη, προσαπόλλυσι καὶ τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον. Πολλοὶ γοῦν ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, φιλόσο-

p. 793. ἐκ πολλῶν εἰσι συμφόρητοι (imo συμφορητοὶ) τῶν τόπων. (ubi al. σύμφοροι. Ex hoc loco in Lexica nostra irrepsit spuria significatio adiectivi σύμφορος, *congestitius*.) Diodorus Sic. XX. c. 72. θρῆνος ἐγίνετο συμφορητός. SCHAEF.

οἰκοδομικὴ τε — ποικιλτικὴ] Sic Plato T. VI. p. 291. καὶ ποικιλία, καὶ οἰκοδομία. Timaeus Lex. Plat. p. 219. Ποικιλτική. ποικίλον ὕφασμα, ἡ ὑφαντικὴ ποικίλων. Add. Herodian. Philetaer. p. 446. ibique Pierson. SCHAEF.

αἱ συνθετικαὶ] Articulus αἱ πλεονάζει, perspicuitatis gratia: nam superius dixerat, αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. VPT.

ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν] Sic infra p. 15. Reisk. ἐξ ἑτοίμου λαβών. Suidas T. III. p. 419. Σχέδιον. ἐκ τοῦ ἑτοίμου. Simile ἐν ἑτοίμῳ. Hesychius T. II. c. 1329. Σχεδιάζειν. — ἐν ἑτοίμῳ λέγειν. Conf. Toup. Emendat. in Suid. T. II. p. 582. s. SCHAEF.

ἀνεπιστάτως] Ἀνεπιστάτως, ἄνευ ἐπιστασίας *sine consideratione. Suid.* HVDS. *Var. Lect.*

Suidas, ἄνευ ἐπιστασίας: cuius rei hoc profert exemplum, tacito auctore: οὐκ ἄξιον ἀνεπιστάτως παραδραμεῖν περὶ τῶν τοιούτων. Sed et Longinus eadem voce

tectura, et ars fabrilis, et illa acu pingendi, ac si quae aliae ſunt eiusmodi) facultates componendi ordine poſteriores ſint iis, quae in delectu conſiſtunt, virtute vero priores: id quod orationi ſi contigerit, minime abſurdum eſt putandum. Nihil vero impedit, quo minus fidem propoſitae rei adſtruamus: ne temere quicquam, quod ambiguum ſit, pro manifeſto ſumere videamur.

SECTIO III.

Dictionis genera: et quae compoſitionis poteſtas.

Eſt igitur omnis dictio, qua ſenſa animi ſignificamus, aut numeris ligata, aut ſoluta et proſaïca; quarum utraque, ſi pulchram fuerit conſecuta iuncturam, fieri nequit, quin pulchrum etiam efficiat et carmen et orationem: quod ſi nullo adhibito ſtudio temere proiiciatur, etiam animi praeclara cogitata corrumpit. Multi ſane poëtae et hiſtorici, philoſophi

uſus eſt Sect. 53. παροράματα δι' ἀμέλειαν εἰκῆ που, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὑπὸ μεγαλοφυΐας ἀνεπιστάτως παρενηνεγμένα. Ita et Polybius lib. pri. μηδ' ἐᾶσαι παρελθεῖν ἀνεπιστάτως τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης. Vpt.

Πολλοὶ γοῦν] Hunc locum, ut notat Tollius, tantum non αὐτολεξεὶ deſcripſit Longinus Sect. 39. Ἀλλὰ μήν, ὅτι τε πολλοὶ καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν, οὐκ ὄντες ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε δὲ καὶ ἀμεγέθεις, ὅμως κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι, καὶ οὐδὲν ἐπαγομένοις περιττὸν, ὡς τὰ πολλὰ συγχρώμενοι, διὰ μόνου τοῦ συνθεῖναι καὶ ἁρμόσαι ταῦτα, ὅμως ὄγκον καὶ διάστημα, καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι, περιεβάλοντο, (καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Φίλιστος, Ἀριστοφάνης τε ἔν τισιν, ἐν δὲ τοῖς πλείστοις Εὐριπίδης) ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται. Vpt.

συγγραφεῖς] Anguſtius hîc intelligendum de *hiſtoricis*, cum ſequatur, φιλόσοφοί τε καὶ ῥήτορες. Lucianus T. I. p. 733. ἔκ τε ποιητῶν καὶ συγγραφέων καὶ φιλοσόφων. p. 834. Καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους λέγω σοφιστὰς καὶ συγγραφέας καὶ λογογράφους, κ. τ. λ. Schaef.

φοί τε καὶ ῥήτορες, λέξεις πάνυ καλὰς καὶ πρεπούσας τοῖς ὑποκειμένοις ἐκλέξαντες ἐπιμελῶς, ἁρμονίαν δὲ αὐταῖς περιθέντες εἰκαίαν τινὰ καὶ ἄμουσον, οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαυσαν ἐκείνου τοῦ πόνου· ἕτεροι δὲ, εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συνθέντες δὲ αὐτὰ ἡδέως καὶ περιττῶς, πολλὴν τὴν Ἀφροδίτην τῷ λόγῳ περιέθηκαν. Καὶ σχεδὸν ἀνάλογόν τι πεπονθέναι δόξειεν ἂν ἡ σύνθεσις πρὸς τὴν ἐκλογὴν, ὃ πάσχει τὰ ὀνόματα πρὸς τὰ νοήματα. Ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος διανοίας ἐστὶ χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον
18 ἀποδώσει καλῆς ὀνομασίας, οὕτω κἀνταῦθα οὐδέν ἐστι

περιθέντες] *ἀποδόντες* Reg. 2. Huds. *Var. Lect.* Hoc praetulerim: displicent enim in vulgata lectione tam brevibus disparata spatiis, *περιθέντες*, *συνθέντες*, *περιέθηκαν*. Sic mox: *εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον ἀποδώσει καλῆς ὀνομασίας*. ubi item sequitur alterum verbum, *περιθήσει*. Schaef.

περιττῶς] *artificiose, magna cum arte*. Euripides Hippol. v. 948. *ὡς περισσὸς ὢν ἀνήρ*. ubi v. Valckenar. Epigr. adesp. DCLXIX. *ἰχθυβόλος ὁ περισσὸς ἐν ἀνδράσιν*. Schaef.

Ἀφροδίτην] Lucianus ad finem Scythae: *Τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει*. Est autem translatio non invenusta. Sic Horat. in Arte, *Ordinis haec virtus erit, et Venus*. Qua usus est figura Halicarn. in *Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος*. Oratio ibi Demosthenis ob secretam numerorum suavitatem Sirenibus ab Aeschine comparatur: *ὥστε καὶ τῶν φανερῶν αὐτὸν ἀδικημάτων ἀφεῖναι διὰ τὰς Σειρῆνας τὰς ἐπὶ τῆς ἁρμονίας*. Nec pulcherrimus iste versus Euripidis omittendus est in Phoenissis:

> *Ἔχουσιν Ἀφροδίτην τιν' ἡδεῖαν θεόν*.

ἐπίμπρατο] Activa ſignif. accipiendum hic videtur pro *accendebat*. vel legendum *εἰς δὲ τοὺς ἄλλους*. [Si locus vitioſus eſt, ſcribam: *τοῖς δὲ ἄλλοις ὀ, π. ἐ.* quod etiam Reiskio placuiſſe video, qui haec adſcripſit: „*τοῖς δ' ἄλλοις — ἐπίμπρατο* legendum videtur, aut *τοὺς δ' ἄλλους — ἐπίμπρα*." Schaef.] Curtius de Alexandro, *Inter primores*, inquit, *dimicat; ira quoque accenſus, quod duo in obſidione urbis eius acceperat vulnera*. Praecedentis periodi mutilae (ut videtur) ſententia ex eodem Curtio peti

ἐξέςησεν ἡ τοῦ τολμήσαντος ἀπόνοια, τῶν μὲν ἰδόντων, τῶν δ' ἀκουσάντων, ὥστε ἑξακισχιλίους ὑπὸ τὴν σάλπιγγα ἐκείνην τῶν βαρβάρων κατακοπῆναι. Τὸν μέντοι βασιλέα αὐτὸν ἀνήγαγον ζῶντα Λεωνάτος καὶ Φιλωτᾶς. Ἰδὼν δὲ πολύσαρκον, καὶ μέγαν, ὡς βδελυρώτατον· μέλας γὰρ ἦν καὶ τὸ χρῶμα· μισήσας ἐφ' οἷς ἐβεβούλευτο, καὶ τὸ εἶδος, ἐκέλευσε διὰ τῶν ποδῶν χαλκοῦν ψαλίον διείραντας, ἕλκειν κύκλῳ γυμνόν. Πιλούμενος δὲ κακοῖς περὶ πολλὰς τραχύ-

potest: cuius lib. 4 haec sunt verba: *Arabs quidam, Darii miles, maius fortuna sua facinus ausus, clypeo gladium tegens, quasi transfuga genib. regis advolvitur. Ille assurgere supplicem, recipique inter suos iussit. At gladio barbarus strenue in dextram translato, cervicem appetit regis: qui exigua corporis declinatione, in vanum manum barbari lapsam amputat gladio.* Sylb.

Locum mutilum esse indicant Reg. 1. et Colb. in quibus vacuum reperitur spatium. Hvds. *Var. Lect.*

ἰδόντων] Exemplar habet ἰδόντων: errore ambiguo. Sylb.

ἑξακισχιλίους] τετρακισχιλίους Reg. 1. et Colb. Hvds. *Var. Lect.*

ὑπὸ τὴν σάλπιγγα ἐκείνην] i. e. ὑπὸ τὸ σάλπισμα ἐκεῖνο. quae vocis huius significatio rara est neque Lexicographis notata. Aristoteles Art. Rhetor. III. c. 6. extr. οἷον τὸ φάναι, τὴν σάλπιγγα εἶναι μέλος ἄλυρον. „ubi notandum est τὸ ΣΑΛΠΙΓΞ pro Σάλπισμα usurpari.“ Tyrwhittus ad Aristotel. Art. Poët. p. 177. Schaef.

αὐτὸν] Accus. αὐτὸν legitur etiam v. 33. Si quis utrobique αὐτῶν malit, fruatur suo iudicio. Sic certe Curtius: *Betim deseruerant sui.* Arrianus historiam hanc leviter attingit, at Curtius multo luculentius: quem hic cum Hegesia confer. Sylb.

In Ed. Steph. βασιλέα αὐτοῦ. Βαῖτιν αὐτοῦ Reg. 1. Βαίτιον αὐτοῦ Colb. Hvds. *Var. Lect.*

Regis nomine Betim intelligit Freinshemius; et recte: quanquam aliter sentiat Pitiscus, qui regem intelligit Alexandrum. Nec Sylburgii αὐτῶν hoc loco admittendum videtur. Nihil enim Curtii verba probant. Vpt.

Λεωνάτος] Λεόνατος Reg. 1. et Colb. Hvds. *Var. lect.*

In Diodori Siculi Bibliotheca scribitur Λεοννάτος: et Φιλώτας. Neque aliter in Arriani Anabasi. Schaef.

adeo misericordiam immutarat hominis audacia perdita, non solum eorum, qui praesentes viderant, sed qui ab aliis rem acceperant, ut ad illum tubae sonitum sex millia barbarorum interficerentur. Ipsum vero regem Leonatus et Philotas vivum adduxerunt. Quem ubi obesum conspexerat Alexander, et vasto corpore, ut nihil foedius, (erat enim nigro colore) odio, non tantum ob ea, quae molitus esset, facinora, sed etiam ob formam, concepto, iussit, ut unco pedes traiectus aereo nudus in orbem raptaretur. Quibus malis gravatus, nimia doloris acer-

εἰς βδελυρώτατον] Suspicor *καὶ β.* V. Meletem. Crit. p. 73. Sequentia sic distinguam: *μέλας γὰρ ἦν· καὶ τὸ χρῶμα μισήσας ἐφ' οἷς ἐβεβούλευτο, καὶ τὸ εἶδος, κ. τ. λ.* Schaef.

βδελυρώτατον] *βλοσυρώτατον* Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.* Praestat nostrum, foeditatis notionem adiunctam habens. Schaef.

ἐφ' οἷς ἐβεβούλευτο] Ob militis perfidiam, quem suasu Betis id facinus verisimile est suscepisse: aut quod ipse unius urbis praefectus, Alexandro cum omni exercitu, profligatis iam Darii copiis, restare ausus, cruentam sane Macedonibus victoriam fecisset. Upt.

ψαλλίον] Rectius *ψαλίον*, uno *λ*: sicut etiam praeced. tomi p. 105, 33. Tarpeiam *ἔρως εἰσέρχεται τῶν ψαλίων, ἃ περὶ τοῖς ἀριστεροῖς βραχίοσιν ἐφόρουν οἱ Σαβῖνοι.* itidemque apud Hesychium *Ψαλία, κρίκοι, δακτύλιοι.* alioqui *ψαλία* dicuntur etiam frena: ut apud eundem Hesych. legimus, *Ψαλίον, χαλινὸς, κωλυτήριον.* Apud Suidam in freni significatione *ψαλίον* legitur: at pro armilla sive circulo, *ψέλλιον.* Sylb. At *ψάλιον* proparoxytonws malit Stephanus. Ipse *ψαλίον* in contextum admisi, cum ita legant codices Reg. 1. et Colb. Upt. Uptonum secutus sum. V. Pierson. ad Moer. p. 420. Schaef.

κακοῖς] An *κακῶς*? Sensus verborum videtur hic esse: *Cum autem multis loci asperitatibus foede identidem allideretur.* *Πιλούμενος* pro *πυκνῶς ἀρασσόμενος.* Locutio inepta ac plane abhorrens a gravitate historiae; uno verbo, *Ἡγησιακή.* Ephippum, sed Comicum, decuit scribere (Athenaeus T. I. p. 251.):

πιλοῦν τε πολλὰς πλεκτάνας ἐπιστρεφῶς.

i. e. *mandere*, ut Casaubonus recte interpretatur: nam continuo sequitur:

πίνειν τε πολλὰς κύλικας εὐζωρεστέρας.

Schaef.

τητας ἔκραζεν. Αὐτὸ δ᾽ ἦν, ὃ λέγω, τὸ συνάγον ἀνθρώπους. Ἐπέτεινε μὲν γὰρ ὁ πόνος, βάρβαρον δ᾽ ἐβόα δεσπότην, καὶ ἱκετεύων· γελᾷν δὲ ὁ σολοικισμὸς ἐποίει. Τὸ δὲ στέαρ καὶ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς ἐνέφαινε Βαβυλώνιον ζῶον ἕτερον ἁδρόν. Ὁ μὲν οὖν ὄχλος ἐνέπαιζε, στρατιωτικὴν ὕβριν ὑβρίζων εἰδεχθῆ καὶ τῷ τρόπῳ σκαιὸν ἐχθρόν."

150 Ἆρά γε ὅμοια ταῦτά ἐστι τοῖς Ὁμηρικοῖς ἐκείνοις, ἐν οἷς Ἀχιλλεύς ἐστιν αἰκιζόμενος Ἕκτορα μετὰ τὴν τελευτήν; Καίτοιγε πάθος ἐκείνου ἔλαττον· εἰς ἀναίσθητον γὰρ σῶμα ἡ ὕβρις. Ἀλλ᾽ ὅμως ἄξιόν ἐστιν ἰδεῖν, πόσῳ διενήνοχεν ὁ ποιητὴς τοῦ σοφιστοῦ.

Ἦ ῥα, καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα.
Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντας
Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ᾽ ἐξῆπτεν ἱμάντας,
Ἐκ δίφροιο δ᾽ ἔδησε· κάρη δ᾽ ἕλκεσθαι ἔασεν·
Ἐς δίφρον δ᾽ ἀναβὰς, ἀνά τε κλυτὰ τεύχε᾽ ἀείρας,
Μάστιξεν δ᾽ ἐλάαν· τὼ δ᾽ οὐκ ἀέκοντε πετέσθην.
Τοῦ δ᾽ ἦν ἑλκομένοιο κονίσαλος· ἀμφὶ δὲ χαῖται
Κυάνεαι πίπλαντο, κάρη δ᾽ ἅπαν ἐν κονίῃσι

βάρβαρον] An ἐς τὸ βάρβαρον? *more barbarorum*. Mox pro καὶ ἱκετεύων suspicor καθικετεύων. SCHAEF.

τὸ κύτος τῆς γαστρὸς] Ex his composita vox κυτογάστωρ, quam Toupius certa emendatione restituit Leonidae Tarent. XIV. v. 3. Lexica non habent. SCHAEF.

ἐνέφαινε] ἐνεφαίνετο Reg. 1. et Colb. Eiusdem quidem Hegesiae ineptum ac frigidum dictum in Alexandro refert Plutarchus, ut et Zonoras; et Cicero l. 2. de Nat. Deor. Vide Petrum Victorium l. 13. Var. Lect. c. 20. et Turnebum in Adversf. l. 27. c. 4. *Schottus*. HUDS. *Var. Lect.*

ὑβρίζων εἰδεχθῆ] f. ὑβρίζων εἰς εἰδεχθῆ. REISK. Non assentior. ὑβρίζειν, ut multa alia verba huius generis, duplicem accusativum adsciscit. Hinc passivum, ὕβριν ὑβρίζομαι. V. Euripid. Bacch. v. 1287. Br. SCHAEF.

Ἆρά γε ὅμοια]. Vt Dionysius Hegesiae locum hic cum Home-

bitate clamorem ſustulit. Hoc autem erat, quod dico, cur undique conflueret multitudo. Quum vero magis magisque dolores invaleſcebant, barbara voce clamabat *Dominum*, ſupplicatione adhibita; factoque ſoloecismo, omnes in riſum egit. Ipſo autem abdomine et ventris cavitate ſaginatum aliquod animal Babylonium oculis ſpectantium ſubiecit. Inſultabat itaque multitudo, ac militari affecit contumelia deformem adſpectu et moribus rudem hoſtem.

Haeccine tandem Homericis illis ſimilia, in quibus Achilles mortuum Hectorem contumelioſe tractat? Etſi perpeſſio haec inferior ſit: (corpori enim ſenſu deſtituto iniuria facta eſt) operae tamen pretium erit videre, quantum ſophiſtae poëta antecelluit.

Haec ait: et facinus molitur in Hectora ſaevum.
Lora pedem per utrumque, ferus quos ruperat uncis
A calce ad talos, ferro traiecit: et ipſum,
Pelle boum ſecta raptandum, adnexuit axi
Impius: heu! capite in terram vultuque profuſo.
Tum currum adſcendens, ſumtis fulgentibus armis,
Acer equis ſcutica inſtabat properantibus ultro.
Quo tracto nubes adſurgunt pulveris: atro
Tellurem verrunt concreti ſanguine crines:
Et caput, olim illud ſacrum, vultusque decoros

rico confert, ita Curtius loco citato, *Per talos ſpirantis*, inquit, *lora traiecta ſunt; religatumque ad currum traxere circa urbem equi; gloriante rege, Achillem, a quo genus ipſe deduceret, imitatum ſe eſſe poena in hoſtem capienda.* Sylb.

τένοντας] In vulg. Homeri editionib. dualiter ſcriptum τένοντε. Sylb.

Μάστιξεν] In eisdem H. edit. mutata coniunctione ſcriptum μάστιξεν δ' ἐλάαν. et ſeq. v. πίλναντο pro πίπλαντο. tu non minus apte legeris πίτναντο. Exſtat autem locus Iliad. χ. [v. 395.] Sylb.

Sequor Homeri exemplaria, copulativa δὲ poſt μάστιξεν reiecta. Vpt.

ἀέκοντε] Contracte ἄκοντε vulgatae habent Hom. editt. et κονίσσαλος duplici σσ ſcriptum: et mox pro ὡς εἰ coniunctim ὡσεὶ ἅπασα. Vpt.

Κεῖτο, πάρος χαρίεν· τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσι
Δῶκεν ἀεικίσσασθαι ἑῇ ἐν πατρίδι γαίῃ.
Ὣς τοῦ μὲν κεκόνιτο κάρη ἅπαν· ἡ δέ νυ μήτηρ
Τίλλε κόμην, ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔῤῥιψε καλύπτρην
Τηλόσε· κώκυσεν δὲ μάλα μέγα, παῖδ᾽ ἐσιδοῦσα.
Ὤιμωξεν δ᾽ ἐλεεινὰ πατὴρ φίλος, ἀμφὶ δὲ λαοὶ
Κωκυτῷ τ᾽ εἴχοντο καὶ οἰμωγῇ κατὰ ἄστυ.
Τῷ δὲ μάλιστ᾽ ἄρ᾽ ἔην ἐναλίγκιον, ὡς εἰ ἅπασα
Ἴλιος ὀφρυόεσσα πυρὶ σμύχοιτο κατ᾽ ἄκρης.

Οὕτως εὐγενῶς ἅμα καὶ δεινῶς πάθη λέγεσθαι προσ-
152 ῆκεν ὑπ᾽ ἀνδρῶν φρόνημα καὶ νοῦν ἐχόντων. Ὡς δὲ ὁ Μάγνης εἴρηκεν, ὡς ὑπὸ γυναικῶν ἢ κατεαγότων ἀνθρώπων λέγοιτ᾽ ἄν, καὶ οὐδὲ τούτων μετὰ σπουδῆς, ἀλλ᾽ ἐπὶ χλευασμῷ καὶ καταγέλωτι. Τί οὖν αἴτιον ἐκείνων μὲν τῶν ποιημάτων τῆς εὐγενείας, τούτων δὲ τῶν φλυαρημάτων τῆς ταπεινότητος; ἡ τῶν ῥυθμῶν διαφορὰ μάλιστα, εἰ καὶ μὴ μόνη. Ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ οὐδὲ εἷς στίχος ἄσημος, οὐδ᾽ ἀδόκιμος· ἐνταῦθα δὲ οὐδεμία περίοδος, ἥτις οὐ λυπήσει. Εἰρηκὼς δὲ καὶ περὶ τῶν ῥυθμῶν, ὅσην δύναμιν ἔχουσιν, ἐπὶ τὰ λειπόμενα μεταβήσομαι.

καὶ δεινῶς] Aliud si quaeris exemplum, huiusmodi plenum affectu, Iosephum lege, belli Iudaici lib. 7. Ibi mulier Iudaea, fame compulsa, filium lactantem interimit: interempti partem ipsa devorat, partem militibus epulandam apponit. Nihil huic simile antra habent Cyclopum; nihil coena Thyestaea, quod iure comparari debeat. Ἔργον, ut ipse ait Iosephus, οἷον μήτε παρ᾽ Ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἱστόρηται, φρικτὸν μὲν εἰπεῖν, ἄπιστον δ᾽ ἀκοῦσαι. At quiddam etiam atrocius apud Petronium invenies: *Cum esset Numantia a Scipione capta, inventae sunt matres, quae liberorum suorum tenerent semesa in sinu corpora.* VPT.

Ὡς δὲ ὁ Μάγνης] Si prius ὡς retineas, proxime sequens expun-

Iam ſordes foedant. Ipſis ſic Iupiter iram
Hoſtibus indulget, patriae ſub moenibus urbis.
Hanc ſortem, hos habuit caſus. At regia mater
Infelix evulſa comas, procul abiicit omnem
Ornatum, et miſeris auras ululatibus implet.
Lamentis gemituque pater crudelia clamat
Sidera: nec fletus ceſſant effundere cives.
Non aliter, quam ſi ruat omne a culmine ſummo
Ilium, et infeſtis conſidant Pergama flammis.

Tanta quidem cum dignitate et gravitate enarrandi ſunt affectus, ab hominibus ingenio iudicioque praeditis. Non ſecus autem Magnes ille, ac ſi quid a mulierculis diceretur, aut inſanis et male feriatis hominibus; idque cum rem haud ſerio agerent, ſed per iocum riſumque. Quid ergo rei eſt, cur generoſa videantur haec carmina; iſta autem nugamenta quam viliſſima? numerorum ſcilicet pedumque differentia potiſſimum, etſi ea non unice cauſa ſit. Nam in his ne verſus quidem unus ſua ſine dignitate, aut qui probari non mereatur: at vero in illis ne una periodus, quae non offendat. Cum itaque iam expoſuerim, quantam vim habeant et poteſtatem numeri, ad reliqua dicenda me conferam.

gendum erit, vel in articulum ὁ mutandum: ſic: ὡς δὲ ὁ Μάγνης εἴρηκεν, ὁ ὑπὸ γ. aut priore ὡς ſublato ita legendum: ὁ δὲ Μάγνης εἴρηκεν ὡς ὑπὸ γ. Sylb.

Poſterior Sylburgii emendatio videtur praeferenda. Quod ſi τοιαῦτά ἐστιν, aut aliquid eiusmodi aliud, poſt verbum εἴρηκε ſubintelligis, nulla opus erit emendatione. Vpt.

Pro altero ὡς ſcribam οὕτως. Schaef.

κατεαγότων ἀνθρώπων] *effeminatis hominibus.* Plutarchus T. IV. p. 697. Reisk. αὐλητὴς τῶν κατεαγότων. *tibicen effeminatus.* Schaef.

τῶν ποιημάτων] *verſuum.* V. ad p. 30. Schaef.

Ἐν] Deeſt Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.*

ΤΜΗΜΑ ιθ'.

Μεταβολαῖς ποικίλλειν τὴν σύνθεσιν πῶς δεῖ· καὶ λέξις κρατίστη τίς.

Ἦν δέ μοι τρίτον θεώρημα τῶν ποιούντων τὴν καλὴν ἁρμονίαν ἡ μεταβολή. Λέγω δὲ οὐ τὴν ἐκ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω· πάνυ γὰρ εὔηθες· οὐδέ γε τὴν ἐκ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττω· ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς ὁμοειδέσι ποικιλίαν. Κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα, ὥσπερ καὶ τὰ ἡδέα, μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι· ποικιλλόμενα δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς ὡς ἀεὶ καινὰ μένει. Ἐν τοῖς μὲν οὖν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη γράφουσιν οὐχ ἅπαντα ἔξεστι μεταβάλλειν, ἢ οὐχ ἅπασιν, οὐδ' ἐφ' ὅσον βούλονται. Αὐτίκα τοῖς μὲν ἐποποιοῖς μέτρον οὐκ ἔξεστι μεταβάλλειν, ἀλλ' ἀνάγκη πάντας εἶναι τοὺς στίχους ἑξαμέτρους· οὐδέ γε ῥυθμόν,

Κόρον] Vide Franc. Iunium l. 3. c. 3. de Pictura Veterum, p. 173. Hvds. *Var. Lect.*

ποικιλλόμενα δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς] F. ποικιλλόμενα δὲ ταῖς μεταβολαῖς. Sic infra p. 132. Reisk. ποικίλλειν ταῖς μεταβολαῖς τὴν σύνθεσιν. Schaef.

ὡς ἀεὶ] Hae duae voces in Reg. 1. et Colb. desiderantur. *Ipsae etiam, ut hoc addam, orationis virtutes fastidium pariunt, nisi gratia varietatis adiutae.* Vpt.

Lego: ὡς δεῖ. „Perperam A aut scriptum, aut lectum fuit pro Δ, quod millies contigisse tironibus iam notum." Brunck. ad Aristophan. Concion. v. 293. Schaef.

Ἐν τοῖς μὲν] Idem fere scribit Sect. vicesima sexta: Τοῖς μὲν οὖν τὰ ἔπη καὶ τοὺς ἰάμβους, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοειδῆ μέτρα κατασκευάζουσιν, οὐκ ἔνεστι, κλ. Vnde etiam apparet praepositionem ἐν ex hoc loco tollendam esse. Neque enim sensus est, *in quibusdam rebus.* Error fortasse ex superiori ἐν ταῖς ortum duxit. Quam particulam contextui paullo post, ante ἅπασιν si quis inserat, haud male, ut puto, fecerit hoc modo, ἢ οὐκ ἐν ἅπασιν. Vpt.

Suspiceris: καινὰ ἂν μένειεν. Τοῖς μὲν οὖν κ. τ. λ. Schaef.

ἢ οὐχ ἅπασιν] Verba ἢ οὐχ ἅπασιν sunt delenda: irrepserunt e scholio marginali, quod docere voluit, in aliis codd. pro ἅπαντα

SECTIO XIX.

Quibus mutationibus illustranda sit oratio: tum quae dictio praestantissima haberi debeat.

Erat autem mihi commutatio, ex iis, quae pulchram faciunt orationis structuram, tertia proposita disputatio. Mutationem autem dico, non ex melioribus in deteriora; (id enim fatui hominis esset) nec vero in meliora ex deterioribus: sed eorum, quae sunt eiusdem generis, varietatem. Nam et pulchra omnia, sicuti et dulcia, satietatem habent, quamdiu in eodem statu manent: variegata vero semper veluti nova sunt post mutationes. Iam vero carmina et versus Lyricos scribentibus non omnia licet permutare, nec in omnibus, aut etiam quantum velint. Nequeunt siquidem Epici poëtae mensuram carminis immutare, sed versus omnes sex pedibus constent necesse est; nec

fuisse exaratum ἅπασιν. Reisk. Non deleam. Verte locum: *non omnia licet mutare, aut non omnibus, nec quantum volunt.* Schaef.

τοῖς μὲν ἐποποιοῖς] Forsan inserta rationali coniunctione legendum, τοῖς μὲν γὰρ ἐποπ. Sylb. At si a priore periodo adverbium αὐτίκα seiunxeris, ut a me factum vides, nulla opus erit alia correctione: qua voce saepius initio sententiae, imitatione fortasse Homerica, utitur Dionysius; quod et antea Hudsonum monueram. Upt. In Hudsoni editione hanc legas Uptoni notam Annotationibus insertam: „Ab illo αὐτίκα, quod perperam iungitur cum βούλονται, incipere debet sequens comma, ut constat ex p. 53. v. 14. et p. 56. v. 31." Reiskius: „Sic distinguendum: βούλονται. Αὐτίκα, τοῖς μὲν —. Illud αὐτίκα significat, *exempli gratia, ut hoc utar, ne longe abeam.*" Sequutus sum Uptonianas posteriores. Reiskiana cum ceteris [etiam prima Uptoni] male sic: — βούλονται αὐτίκα. τοῖς μὲν ἐποποιοῖς —. Idem interpunctionis vitium ex Hippocrate expulit Koenius ad Gregor. Corinth. p. 194. b. Ceterum αὐτίκα, quod hic, ut plurimis aliis locis, de *exemplo* dicitur, passim vertendum: *ut hoc argumento utar.* Sic Incertus Auctor de Thucydide p. (10). Duk. Schaef.

ἀλλὰ τοῖς ἀπὸ μακρᾶς ἀρχομένοις συλλαβῆς χρήσονται, καὶ οὐδὲ τούτοις ἅπασι· τοῖς δὲ τὰ μέλη γράφουσι τὸ μὲν τῶν στροφῶν τε καὶ ἀντιςρόφων οὐχ οἷόν τε ἀλλάξαι μέλος, ἀλλ' ἐάν τε ἐναρμονίους, ἐάν τε χρωματικὰς, ἐάν τε διατόνους ὑπόθωνται μελῳδίας, ἐν πάσαις δεῖ ταῖς στροφαῖς τε καὶ ἀντιςρόφοις τὰς αὐτὰς ἀγωγὰς φυλάττειν· οὐδέ γε τοὺς περιέχοντας ὅλας τὰς στροφὰς ῥυθμοὺς καὶ τὰς ἀντιστροφὰς, ἀλλὰ δεῖ καὶ τούτους τοὺς αὐτοὺς διαμένειν· περὶ δὲ τὰς καλουμένας ἐπῳδοὺς ἀμφότερα κινεῖν ταῦτα ἔξεςι, τό τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμόν· τά τε κῶλα, ἐξ

τούτοις ἅπασι] Sensus est: nec tamen his omnibus utuntur Epici poetae, qui a longa syllaba incipiunt: respuit enim Creticos, exempli gratia, carminis heroici mensura; quibus immistis, fiunt Priapeia. Vpt. Sic recte Vptonus in secunda editione ac tertia. In prima minus apte haec adscripserat: „Sensus est, *nec his tamen perpetuo.* nam interdum μέτρῳ ἀκεφάλῳ, ut vocant, utuntur poetae: ut,

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Ponitur etiam pro dactylo seu spondeo anapaestus; ut, *Fluviorum rex Eridanus:* et, *Vehemens et liquidis, puroque simillimus amni.*" Quae cum in Hudsonianam transiissent, hinc in Reiskianam ascita sunt. Scharf.

ἀντιςρόφων] Malim ἀντιςροφῶν: itidemque v. 34. ἀντιςροφαῖς: sicut scilicet v. 35. sequitur ἀντιςροφάς. et contra eod. v. 35. τὰς καλουμένας ἐπῳδούς, ut v. 40. Sylb.

Bene habet ἀντιςρόφων, moxque ἀντιςρόφοις. Platonius Grammaticus de Different. Comoed. καὶ ςροφῆς καὶ ἀντιςρόφου. Schol. ad Aristophan. Plut. v. 253. μεταξὺ τῆς τε ςροφῆς καὶ τῆς ἀντιςρόφου. Mox: ἐὰν ἀντίςροφος ἐπιφέρηται. Add. Metrica ad Pindarum p. 163. Heyn. Rhetor infra p. 221. Reisk. οὔτε ςροφὴν, οὔτ' ἀντιςροφήν. Codices: ἀντίςροφον. vere, opinor. Itaque etiam h. l. paullo post scribam ἀντιςρόφους. Conf. Meletem. Crit. p. 93. Scharf.

ἐναρμονίους] Vide Aristoxeni Harmonic. l. 2. p. 44. Euclidis Introduct. Harm. p. 9. Aristidem Quinctilianum de Musica l. 1. p. 18. et l. 2. p. 111. Macrobii Comm. l. 2. c. 4. et Mart. Capellam de nuptiis Philol. l. 9. Ed. Amstel. Hvds. *Var. Lect.*

Tria haec sunt apud musicos modulandi genera. Macrobius

quidem numeros, cum iis, qui incipiant a longa ſyllaba, uti debeant, nec his tamen omnibus: Lyrici etiam nec ſtropharum poſſunt, nec antiſtropharum cantus immutare; nam, ſeu melodias enharmonicas, ſeu chromaticas, ſeu diatonicas ſcribant, eosdem perpetuo ductus in omnibus, tam ſtrophis, quam antiſtrophis, ſervare oportet: neque adeo pedes ſunt immutandi, quibus ſtrophae et antiſtrophae continentur, ſed iidem ipſi permaneant oportet: verum in epodis appellatis haec utraque, et cantum et numeros, movere licet; membra etiam, quibus ſingulae

Comm. lib. 2. cap. 4. *Cum ſint melodiae muſicae tria genera, enarmonium, diatonum et chromaticum, primum quidem propter nimiam ſui difficultatem ab uſu receſſit; tertium vero eſt infame mollitie. Vnde medium, id eſt, diatonum, mundanae muſicae doctrina Platonis adſcribitur.* Et Martian. Capella, *Enharmonion,* inquit, *dicitur, quod pluribus ſpatiis et anguſtioribus ſeparatur: diatonon vero, quod tonis copioſum: chroma, quod de hemitoniis componitur.* Vpt.

ἀγωγὰς] Strabo p. 959. A. Almel. παραφθείρας τὴν τῶν προτέρων μελοποιῶν ἀγωγήν. Ibidem mox: ἀπεμιμήσατο τὴν ἀγωγὴν τῶν παρὰ τοῖς κιναίδοις διαλέκτων καὶ τῆς ἠθοποιΐας. Schaef.

καὶ ἀντιστρόφας] Poſt ἀντιστρόφας deſiderari videtur μεταβάλλειν ἔξεστι, vel οὐχ οἷόν τε ἀλλάξαι, ut v. 32. Sylb.

Ἀπὸ κοινοῦ repetenda vox eſt ἀλλάξαι, nondum finita periodo. Sed quod monendum eſt, Reg. 1. et Colb. τὰς ἀντιστροφὰς legunt, addito articulo. Vpt.

Recte dant codd. καὶ τὰς ἀντιστροφάς. Nihil hic deeſt, ſed repetitur tacite a communi δεῖ φυλάττειν. Reisk. Scribere voluit vir doctiſſimus δεῖ μεταβάλλειν ἢ δ. ἀλλάξαι. Ceterum addidi articulum ante ἀντιστροφὰς, quem facile paterer abeſſe, ſi verba ſcripta eſſent hoc ordine: τοὺς περιέχοντας ὅλας τὰς στροφὰς καὶ ἀντιστροφὰς ῥυθμούς. Schaef.

ἐπῳδὰς] ἐπῳδοὺς Reg. 1. et Colb. ut mox ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγοις, atque ita legendum eſſe monuit Sylb. Hvds. *Var. Lect.*

Dedi ἐπῳδούς. Rhetor p. 221. Reisk. ἐπῳδόν. Etiam in Metricis ad Pindarum p. 163. extr. Heyn. ſcribam ἐπῳδούς. Erroris cauſa eadem quae tot aliorum ſimilium. V. Meletem. Crit. l. c. Schaef.

ὧν ἑκάστη συνέστηκε περίοδος, ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας δέδοται αὐτοῖς ποικίλως διαιρεῖν, ἄλλοτε ἄλλα μεγέθη καὶ σχήματα αὐταῖς περιτιθέντας, ἕως ἂν ἀπαρτίσωσι τὴν στροφήν· ἔπειτα πάλιν δεῖ τὰ αὐτὰ μέτρα καὶ κῶλα ποιεῖν. Οἱ μὲν οὖν ἀρχαῖοι μελοποιοὶ, λέγω δὲ Ἀλκαῖόν τε καὶ Σαπφὼ, μικρὰς ἐποιοῦντο στροφὰς, ὥστε ἐν ὀλίγοις τοῖς κώλοις οὐ πολλὰς εἰσῆγον
156 τὰς μεταβολὰς, ἐπῳδοῖς τε πάνυ ἐχρῶντο ὀλίγαις· οἱ δὲ περὶ Στησίχορόν τε καὶ Πίνδαρον, μείζους ἐργασάμενοι τὰς περιόδους, εἰς πολλὰ μέτρα καὶ κῶλα διένειμαν αὐτὰς, οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τῆς μεταβολῆς ἔρωτι. Οἱ δέ γε Διθυραμβοποιοὶ καὶ τοὺς τρόπους μετέβαλλον, Δωρίους τε καὶ Φρυγίους καὶ Λυδίους ἐν

ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας] Lucianus T. III. p. 389. λοιδορεῖσθαι τοῖς δεσπόταις ἐπ' ἐξουσίας. [Paullo ante malim ἐφεῖτο pro ἐφίετο.] Vid. Meletem. Crit. p. 83. SCHAEF.

μικρὰς ἐποιοῦντο στροφὰς] Nam, ut ſcribit Hephaeſtion, τοιούτοις χρῶνται τρισὶν εἰς ἑκάστην στροφὴν, εἶτα ἐπιφέρουσι τὸ τέταρτον πεντασύλλαβον. VPT.

ἐχρῶντο ὀλίγοις] Rectius foeminino fine ὀλίγαις, ut v. 35. SYLB.

Vera fortaſſe emendatio; ſunt tamen et Ἐπῳδοὶ maſculino genere, ut ex Hephaeſtione diſcimus; cuius verba, ſumptâ hinc occaſione, proferam, ut tituli ratio, quem *Epodis* ſuis inſcripſit Horatius, magis innoteſcat; de quo tanta inter doctos iamdiu exorta eſt controverſia. Εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρρενικῶς οὕτω καλούμενοι Ἐπῳδοὶ, ὅταν μεγάλῳ στίχῳ περιττόν τι ἐπιφέρηται· οἷον,

Πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε!

Τίς σὰς παρήειρε φρένας;

nempe de morte ſibi conſciſcenda locutus, ut arbitror. Hunc locum a nemine productum miror, niſi a Turnebo, viro ſane doctiſſimo. VPT.

Dedi ὀλίγαις. Neque enim credibile eſt, cum Rhetor hanc carminis lyrici partem paullo ante θηλυκῶς, ut Graeci ſolent, dixiſſet, nunc inſolenter genus immutaſſe. SCHAEF.

Στησίχορον] Qualis fuerit Steſichori dictio, infra dicetur Sect. 24. Hic olim Tiſias vocabatur: ἐκλήθη δὲ Στησίχορος, uti ſcribit Suidas, ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίας χορὸν ἔστησε. Natus eſt Olympiade 37. Himerae in Sicilia,

constant periodi, multa cum libertate variis modis distinguere concessum est, aliis atque aliis magnitudinibus atque figuris illis appositis, usque dum totam absolverint stropham: deinde eadem metra, eadem iterum membra sunt conficienda. Et quidem veteres Lyrici, Alcaeum dico et Sappho, parvas fecerunt strophas; ita ut in paucis membris non crebras mutationes induxerint, atque epodis usi fuerint brevissimis. Stesichorus vero et Pindarus, cum ampliores periodos facerent, in plures versus et membra eas diviserunt, non alius cuiusdam, quam permutationis, amore et studio. Quin et Dithyrambici modos immutarunt, Dorios et Phrygios et Lydios cantico

unde Ἱμεραῖος appellatur. Scripsit poematum, teste eodem Suida, libros 26. ἐν τῇ Δωρίδι διαλέκτῳ, quas Horatius *graves Camoenas* vocat. Et egregie Fabius lib. X. *Stesichorum, quam sit ingenio validus, materiae quoque ostendunt, maxima bella et clarissimos canentem duces, et epici carminis onera lyra sustinentem.* Huius adeo in ore, quum infans esset, cecinisse lusciniam Plinius tradit. Vpt.

Δωρίους] Vide Aristidem Quintilianum de Musica l. 2. p. 25. etc. et Lucianum sub initium Harmodiae [Harmonidae]. Hvds. *Var. Lect.*

Vide Schottum ad Procli Chrestom. p. 44. Idem *Annot.*

Aliter vero Aristoteles: qui lib. 8. Polit. cap. 7. monet Phrygiam potius quam Doricam harmoniam dithyrambis convenire. Est enim Phrygia concitatior, et commovendis ad virtutem animis non inefficax: utrasque coniungit Flaccus, atque inde sibi concentum postulat:

Sonante mistum tibiis carmen lyra,
Hac Dorium, illis barbarum.

Alii autem quatuor, alii quinque veteris musicae modos fuisse principales scribunt: Phrygium, Lydium, Dorium, Ionicum et Aeolium. Qui quatuor solummodo constituunt, sub Dorio videntur Aeolium involvere; qui passim a scriptoribus confunduntur. Hos Lucianus Harmodiae initio ita distinguit, adscripto, unicuique quod proprium videtur: τῆς ἁρμονίας ἑκάστης διαφυλάττειν τὸ ἴδιον· τῆς Φρυγίου, τὸ ἔνθεον· τῆς Λυδίου, τὸ Βακχικόν· τῆς Δωρίου, τὸ σεμνόν· τῆς

τῷ αὐτῷ ᾄσματι ποιοῦντες· καὶ τὰς μελῳδίας ἐξήλλαττον, τοτὲ μὲν ἐναρμονίους ποιοῦντες, τοτὲ δὲ χρωματικάς, τοτὲ δὲ διατόνους· καὶ τοῖς ῥυθμοῖς κατὰ πολλὴν ἄδειαν ἐνεξουσιάζοντες διετέλουν, οἵ γε δὴ κατὰ Φιλόξενον καὶ Τιμόθεον καὶ Τελέστην· ἐπεὶ παρά γε τοῖς ἀρχαίοις τεταγμένος ἦν ὁ Διθύραμβος. Ἡ δὲ πεζὴ λέξις ἅπασαν ἐλευθερίαν ἔχει καὶ ἄδειαν ποικίλλειν ταῖς μεταβολαῖς τὴν σύνθεσιν, ὅπως βού-

Ἰωνικῆς, τὸ γλαφυρόν. Sed legunt ἐν αὐτῷ ᾄσματι Reg. 1. et 2: ἐν τῷ αὐτῶν ᾄσματι Colb. quod reponendum duxi. VPT.

Recte codd. ἐν τῷ αὐτῷ ᾄσματι, REISK. Fallitur Reiskius hanc Codicum scripturam dicens: quam tamen non dubito ipsius Rhetoris fuisse. Itaque sic edidi. SCHAEF.

κατὰ πολλὴν ἄδειαν] Antiquit. Rom. T. II. p. 967. ἐπειδὴ τὴν χώραν αὐτῶν ἐδῄωσε κατὰ πολλὴν ἄδειαν Ibid. T. I. p. 116. ex Vaticano Codice lego: κατὰ πολλὴν ἄδειαν σώζεσθαι τοῖς φεύγουσι παγῆκαν. Idem foret ἐπὶ πολλῆς ἀδείας. V. Meletem. Crit. p. 83. SCHAEF.

ἐνεξουσιάζοντες] Vox insolentior; qua tamen alibi Dionysius utitur de Thucydide, ἐν τοῖς διαρθροῦσι τὰς τῶν νοημάτων δυνάμεις ποιητοῦ τρόπον ἐνεξουσιάζων. *solutus lege, poetarum sibi licentiam assumit.* Id quod egregie exprimit Horatius de Pindaro:

Seu per audaces nova dithyrambos
Verba devolvit, numerisque fertur
Lege solutis.

Ne cuiquam vero locus moram faciat, particulae sequentes οἵ γε δὴ sensu peculiari accipiuntur, pro *scilicet, inquam, praesertim.* VPT.

Excerpta ex Diodoro Sic. de Virtut. et Vit. T. II. p. 608. 57. διὸ καὶ πᾶς τρόπος ἔγεμεν ἁρπαγῆς βιαίου ταῖς τῶν εὐπόρων οὐσίαις ἐνεξουσιαζούσης. SCHAEF.

γε δὴ] *saltem.* Antiquit. Rom. T. I. p. 4. s. τοῖς γε δὴ μὴ παντάπασιν ἀπείρως ἔχουσι τῆς κοινῆς ἱστορίας. p. 15. μαθοῦσί γε δὴ παρὰ τῆς ἱστορίας, ὅτι κ. τ. λ. Art. Rhetor. p. 251. s. Reisk. μάλιστά γε δὴ τοὺς ἑκάστοτε ἐκ βασιλέων εἰς τὰ ἔθνη καὶ τὰς πόλεις τὰς ἡμετέρας παραγινομένους. p. 258. τόν γε δὴ ὁδῷ τινι καὶ ἐπιστήμῃ μετιόντα λόγους. Herodotus II. c. 120. μέλλοντά γε δὴ τῶν παρεόντων κακῶν ἀπαλλαγήσεσθαι. L. III. c. 38. οὐκων οἰκός ἐστι ἄλλον γε δὴ ἢ μαινόμενον ἄνδρα γέλωτα τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι. SCHAEF.

οἵ — κατὰ Φιλόξενον κ. τ. λ.] i. e. *Philoxenus, Timotheus*

adhibentes; alias etiam aliasque fecerunt melodias, modo enharmonicas, modo chromaticas, modo diatonicas; necnon multa usi libertate, seu legibus soluti potius, pedes efformarunt, (Philoxenum dico atque Timotheum et Telestem) cum iam a veteribus constitutus esset Dithyrambus. Oratio vero soluta nullam non habet libertatem, omni sepofito metu, suam, ut voluerit, variis mutationibus ornandi compositio-

et Telestes eorumque aequales. Locutio similis illi notissimae, *οἱ ἀμφί (περί) τινα*. SCHAEF.

Φιλόξενον] Intellige Cytherium: de quo videndus est Vossius in Institut. Poët. l. III. c. 16. HVDS. *Annot.*

Cytherius, Euletidae filius, qui dithyrambos viginti quatuor, ut auctor est Suidas, scripsit: a quo eos esse inventos putavit Pindari Scholiastes; sed G. Vossius magis Herodoto assentitur, qui Arioni Lesbio adscribit. Ex hoc loco satis apparet, antiquiorem his scriptoribus fuisse dithyrambum. Dictio Philoxeni, quemadmodum dicit Casaubonus, lasciva est et ad nugas comparata. VPT.

Τιμόθεον] Genere Milesius fuit, idem poeta et musicus; contra quem insigne Spartanorum exstat decretum, quod veterem musicam, lyrae quibusdam chordis additis factam molliorem, corruperat. Multa, praeter Dithyrambos duodeviginti, ut Suidas testatur, conscripsit. VPT.

Τελέστην] Poeta Comicus ex urbe Selino [Selinunte]; floruit Olympiad. 95. Philoxeno et Timotheo aequalis. Hos itidem poetas coniungit Diodorus Siculus: Ἤκμασαν δὲ κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν οἱ ἐπισημότατοι διθυραμβοποιοὶ, Φιλόξενος Κυθήρειος, Τιμόθεος Φιλήσιος [lege Μιλήσιος], Τελέστης Σελινούντιος, Πολύειδος, ὃς καὶ ζωγραφικῆς καὶ μουσικῆς εἶχεν ἐμπειρίαν. VPT.

Vulg. perperam ὀξυτόνως, Τελεστήν. „Nomina propria hominum et locorum, facta ex appellativis aut adiectivis, ultimam acutam habentibus, gravantur." Reizius de Accent. Inclin. p. 116. Nam omnino „voces huiusmodi, quum ex communi significatione in rei certae proprietatem concedunt, diversitate accentuum separantur." Gellius Noct. Att. XVII. c. 3. extr. Frequentissimus autem error librariorum in harum vocum τονώσει. V. var. lect. ad Diodor. Sicul. XVIII. c. 3. in. et Iacobs. ad Meleagr. LXVIII. v. 2. SCHAEF.

ἄδειαν ποικίλλειν] Sic saepius cum infinitivo. Diodorus Sicul. XX. c. 41. ἄδειαν διδόναι πᾶσιν ἃ βούλοιντο ποιεῖν ἀπαρατηρήτως. Scholiastes ad Philostrati Heroi-

158 λεται. Καὶ ἔστι λέξις κρατίστη πασῶν, ἥτις ἂν ἔχοι πλείστας ἀναπαύλας τε καὶ μεταβολὰς ἁρμονίας, ὅταν τουτὶ μὲν ἐν περιόδῳ λέγηται, τουτὶ δὲ ἔξω περιόδου· καὶ ἥδε μὲν ἡ περίοδος ἐκ πλειόνων πλέκηται κώλων, ἥδε δὲ ἐξ ἐλαττόνων· αὐτῶν δὲ τῶν κώλων τὸ μὲν βραχύτερον ᾖ, τὸ δὲ μακρότερον· καὶ τὸ μὲν αὐτῶν γοργότερον, τὸ δὲ βραδύτερον, τὸ δὲ ἀκριβέστερον· ῥυθμοί τε ἄλλοτε ἄλλοι, καὶ σχήματα παντοῖα, καὶ τάσεις φωνῆς αἱ καλούμεναι προσῳδίαι διάφοροι, κλέπτουσαι τῇ ποικιλίᾳ τὸν κόρον. Ἔχει δέ τινα χάριν ἐν τοῖς τοιούτοις καὶ τὸ οὕτω συγκείμενον, ὥστε μὴ συγκεῖσθαι δοκεῖν. Οὐ πολλῶν δὲ οἴομαι δεῖν λόγων εἰς τοῦτο τὸ μέρος· ὅτι γὰρ ἥδιστόν τε καὶ κάλλιστον ἐν λόγοις ἡ μεταβολὴ, πάντας εἰδέναι πείθομαι.

Παράδειγμα δὲ αὐτῆς ποιοῦμαι πᾶσαν μὲν τὴν Ἡροδότου λέξιν, πᾶσαν δὲ τὴν Πλάτωνος, πᾶσαν δὲ

ca p. 541. Boiss. πολλὴ γὰρ ἄδεια τοῖς μέτροις καὶ προστιθέναι καὶ ἀφαιρεῖν στοιχεῖα. Add. Meletem. Crit. p. 81. Schaef.

ἀναπαύλας] Oraculum ap. Phlegont. Trallian. c. II. v. 10.

οὐδ' ἀναπαύλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.

Ad h. v. Bastius in Epist. Crit. ad Boissonad. p. 46. „On dit ἀνάπαυσις et ἀνάπαυλα; mais je doute qu' ἀναπαύλησις soit un mot grec. Le manuscrit met l'accent de cette manière, ἀναπαυλησισ." Hoc me movet, ut scribendum suspicer:

οὐδ' ἄρ' ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.

Iam agnoscis pannum Homericum. Il. II. v. 379.

εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν, οὐκ ἔτ' ἔπειτα
Τρωσὶν ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται, οὐδ' ἠβαιόν.

Vt autem alibi particulae ἄρ' et ἂν commutatae sunt, (v. Porson. ad Euripid. Phoeniss. v. 1672. ad Med. v. 937.) sic hoc loco prior per ἂν — plane elisa facile potuit evanescere. Obiter Lexicis adde ἀναπαύστρα. Scholiastes ad Lucianum T. II. p. 329. Ὀκλαδίας μὲν δίφρος, ἣν ἀναπαύστραν φασίν. Item ἀναπαυστήριος. Libanius T. I. p. 284. extr. Reisk. τόποις ἀναπαυτηρίοις. Al. ἀναπαυστηρίοις. Schaef.

nem. Illa autem omnium praeſtantiſſima habenda eſt dictio, quae plurimis gaudeat intermiſſionibus et ſtructurae permutationibus; cum quaedam periodo incluſa, quaedam extra periodum efferantur; cumque altera ex pluribus membris periodus, altera ex paucioribus componatur: tum vero ex membris, cum hoc brevius, illud longius; aliud velocius, aliud remiſſius, aliud denique accuratius ſit: numeri praeterea cum diverſi, diverſae figurae, vocisque variae intenſiones, qui accentus vocantur, ſua varietate faſtidium ſatietatemque ſurrepturae. Nec ſua interim gratia caret, quod ita conſtituitur, ut *arte* minime conſtitutum videatur. Neque longo, ut arbitror, ſermone opus eſt, ad hanc partem *confirmandam:* nam in oratione nihil varietate ſuavius eſſe, omnes intelligere perſuaſum habeo.

Cuius mihi exemplo eſt tota Herodoti, tota Platonis, tota denique Demoſthenis locutio: (neque enim

γοργότερον] Eodem ſenſu Hermog. *εὐκίνητος καὶ γοργὸς λόγος,* et *γοργὸς ῥυθμός.* Atque ita explicat Heſychius, *εὐκίνητος, ταχύς.* [Sumta haec ex H. Stephani Ind. in Theſaur. c. 693. B. SCHAEF.] Sed *ἄλλοτε* ſequenti verſu in contextum recepi, trium codicum auctoritate Reg. 1. et 2. et Colb. *ῥυθμοί τε ἄλλοτε ἄλλοι.* VPT.

Gloſſae: *Γοργὸς,* — *pernix.* Ceterum Lexicographi noſtri omiſerunt adverbium *γοργῶς,* quod iam H. Stephanus c. l. E., ſed nullo auctore commemorato, in ordinem receperat. Apollodorus Fragm. p. 1051. *ἀπὸ τοῦ γοργῶς φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς τὰ ἐν ᾠδῷ.* Scholiaſtes ad Ariſtophan. Plut. v. 325. *καὶ σπουδαίως, καὶ γοργῶς.* Euſtathius ad Homer. Od. p. 1468. 25. (128. 26.) *εἰ καὶ σεσίγηται τὸ τῆς ἀκοῆς ἀφελῶς ἢ γοργῶς.* Gloſſae: *Γοργῶς.* *Strenue.* SCHAEF.

τὸ δὲ ἀκριβέστερον] Videtur hic aliquid deeſſe: non enim *τὰ ἀκριβῆ* par ſuum habent. REISK.

ῥυθμοί τε ἄλλοι] Recte codd. *ἄλλοτε* addunt. REISK. Recepi cum Vptono. SCHAEF.

συγκείμενον] Wolf. pro *συγκείμενον* legit *συγκεῖσθαι.* SYLB. Nihil neceſſe eſt, ut Wolfii coniecturam ſequamur. Eſt autem ars maxima, artem celare. VPT.

τὴν Δημοσθένους. Ἀμήχανον γὰρ εὑρεῖν τούτων ἑτέ-
ρους ἐπεισοδίοις τε πλείοσι, καὶ ποικιλίαις εὐροωτέραις,
καὶ σχήμασι πολυειδεστέροις χρησαμένους. Λέγω δὲ
τὸν μὲν, ὡς ἐν ἱστορίαις σχηματισμῷ· τὸν δὲ, ὡς ἐν
διαλόγων χάριτι· τὸν δὲ, ὡς ἐν λόγων ἐναγωνίων χρείᾳ.
Ἀλλ' οὐχ ἥ γε Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων
αἵρεσις ὁμοία ταύταις ἦν· ἀλλὰ καίπερ ἡδέως καὶ
μεγαλοπρεπῶς πολλὰ συνθέντες οἱ ἄνδρες οὗτοι, περὶ
τὰς μεταβολὰς καὶ τὴν ποικιλίαν οὐ πάνυ εὐτυχοῦ-
σιν· ἀλλ' ἔστι παρ' αὐτοῖς εἷς περιόδου κύκλος, ὁμοει-
160 δὴς σχημάτων τάξις, συμπλοκὴ φωνηέντων ἡ αὐτή·
ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα κόπτοντα τὴν ἀκρόασιν. Οὐ
δὴ ἀποδέχομαι τὴν αἵρεσιν ἐκείνην κατὰ τοῦτο τὸ
μέρος. Καὶ αὐτῷ μὲν ἴσως τῷ Ἰσοκράτει πολλαὶ
χάριτες ἐπήνθουν ταύτην ἐπικρύπτουσαι τὴν ἀμορ-

εὐροωτέραις] Ferri poteſt. poteſt tamen admitti etiam *εὐχροωτέραις*. illud pulchrius fluentes, hoc elegantius coloratas ſignificat. Sylb. Fallitur Sylburgius. *εὔροος* hic non eſt *pulchre fluens*, ſed *ubertim fluens*, *uber*, *frequens*. Schaef.

ὡς ἐν ἱστορίας — χάριτι] *ὡς ἐν ἱστορίαις σχηματισμῷ, τὸν δὲ ὡς ἐν διαλόγοις χάριτι* Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.*

Ἰσοκράτους] Theodori filius, Athenienſis; octogeſima ſexta Olympiade natus, anno ante bellum Peloponneſiacum quinto; magiſtrum habuit Leontinum Gorgiam. De ſcribendi charactere, quo uſus eſt Iſocrates, vide Sect. 23. Upt.

τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων] Rarior conſtructio pro vulgari, *τῶν ἐκείνου γνωρίμων*. Scholiaſtes ad Nicandri Ther. v. 3. *ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητῇ* [ſic] *καὶ γνώριμος ἦν*. V. Toup. ad Longin. p. 394. Schaef.

ταύταις] *τούτοις* legendum arbitror; Demoſtheni ſcilicet, Platoni atque Herodoto. Upt. Non opus vulgatam ſcripturam mutare. Si Rhetor, quod ſane potuit, ſcripſiſſet *τούτοις*, eſſet hoc per breviloquentiam dictum pro *ταῖς τούτων αἱρέσεσιν*. Schaef.

ἄλλα πολλὰ] Copulativa particula deſideratur, ut ſit *καὶ ἄλλα πολλά*, ſeu *ἄλλα τε πολλὰ τοιαῦτα*. Exempla ex Iſocrate copioſe Ariſtoteles Rhetor. lib. 3. cap. 9. collegit. Cuiusmodi ſunt:

possumus alios reperire, qui episodiis frequentioribus, qui varietate affluentiori, qui figuris multiformioribus usi sint) illum dico historiae conformatione, alterum suavitate dialogorum, tertium orationum forensium usu. Atqui Isocratis eiusque familiarium secta neutiquam videtur illis comparanda; nam multa quamvis hi scriptores iucundissima componant, et satis cum maiestate; haud tamen in commutanda orationis structura et varietate admodum sunt felices: est enim iis unus idemque periodi circulus, uniformis figurarum structura, eadem vocalium implicatio, aliaque eiusdem generis multa, quae aures offendunt. Qua in parte sectam hanc probare equidem non possum. Fortasse sane multae apud Isocratem efflorescebant gratiae, quae naevos huiusmodi occultent:

Συμβαίνει πολλάκις ἐκ ταύταις, — καὶ τοὺς φρονίμους ἀτυχεῖν, — καὶ τοὺς ἄφρονας κατορθοῦν. Καὶ, πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, — πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης. Τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, — τὸν δ' Ἄθω διορύξας. Καὶ, οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κακῶς ἀπώλοντο, — οἱ δ' αἰσχρῶς ἐσώθησαν. Nec non Homerus: *Οὔρεά τε σκιόεντα, — θάλασσά τε ἠχήεσσα.* Quibus alia sexcenta accumulare cuiusvis est. Vpt.

τὴν αἵρεσιν] *τὴν διαίρεσιν* Reg. 1. et Colb. Hvds. *Var. Lect.*

κατὰ τοῦτο τὸ μέρος] Supra p. 140. Vpt. *καὶ οὐκ ἄν τις αὐτὸν ἔχοι κατὰ τοῦτο μέμψασθαι τὸ μέρος.* T. VI. p. 1006. *οὐ μὴν τελεία γε κατὰ τοῦτο τὸ μέρος.* Scharf.

ἴσως] De re certa. Diodorus Sicul. XX. c. 50. *διεγνωκὼς ἴσως ἰσχυρὸν κατασκευάσαι τοῦτο τὸ κέρας.* Monnimus ad Longi Pastoral. p. 357. Add. Boissonad. ad Philostrati Her. p. 463. Scharf.

ἐπήνθουν] Lucianus T. II. p. 466. *ὁ δὲ πᾶσιν ἐπανθεῖ τούτοις, ἡ χάρις, μᾶλλον δὲ ἅπασαι ἅμα ὁπόσαι χάριτες, καὶ ὁπόσοι ἔρωτες περιχορεύοντες, τίς ἂν μιμήσασθαι δύναιτο;* Ibid. p. 64. *ἔπειτα τὸ σαφὲς ἐπανθείτω τῇ λέξει.* V. Toup. ad Longin. p. 337. Vere Heynius ad Homer. Il. T. IV. p. 239. „Placent sibi in hac voce Attici, inprimis rhetores et sophistae, in his Lucianus, pro *ἐπιπολάζειν, ἐπεῖναι.*" [Lexicis infer *ἐπάνθηρος.* Marc.

φίαν· παρὰ δὲ τοῖς μετ᾽ ἐκεῖνον ἀπ᾽ ἐλαττόνων τῶν ἄλλων κατορθωμάτων περιφανέστερον γίνεται τοῦτο τὸ ἁμάρτημα.

ΤΜΗΜΑ κ΄.

Πρέπουσα σύνθεσις πῶς γίνεται.

Εἷς ἔτι μοι καταλείπεται λόγος ὁ περὶ τοῦ πρέποντος. Ὡς γὰρ τοῖς ἄλλοις σχήμασιν ἅπασι παρεῖναι δεῖ τὸ πρέπον· καὶ εἴ τι ἄλλο ἔργον ἀτυχεῖ τούτου τοῦ μέρους, εἰ καὶ μὴ τοῦ παντὸς, τοῦ κρατίστου γε ἀτυχεῖ. Περὶ μὲν οὖν ὅλης τῆς ἰδέας ταύτης οὐχ οὗτος ὁ καιρὸς ἀνασκοπεῖν· βαθεῖα γάρ τις αὕτη καὶ πολλῶν πάνυ δεομένη λόγων ἡ θεωρία. Ὅσα δὲ εἰς τοῦτο συντείνει τὸ μέρος, ὑπὲρ οὗ τυγχάνω ποιούμενος τὸν λόγον, εἰ μὴ καὶ τὰ πάντα, μηδὲ τὰ πλεῖστα, ὅσα γε οὖν ἐγχωρεῖ, λεγέσθω.

tho VI. v. 343. ἐπανθήραις λιθάκεσσιν, ex emendatione Dorvillii ad Chariton. p. 782. Item ἐπανθοπλοκεῖν. Strato VII. v. 1.

Εἶδον ἐγώ τινα παῖδα ἐπανθοπλοκοῦντα κόρυμβον.

Adde, si is, ἀνθηρόπους. Scholiastes ad Aristophan. Plut. v. 589. Ποδαλείριος, οἱονεὶ ἀνθηρόπους. Et ἀνθοβόλησις. Geoponica X. c. 59. extr. πρὸ τῆς ἀνθοβολήσεως. Denique ἀνθοτρόφος. Hesychius T. I. c. 381. Ἀνθοβόσκον. (l. Ἀνθοβοσκόν.) ἀνθοτρόφον. Neque ἀνθοβοσκὸς in Schneideri Lexico reperias.] SCHAEF.

Ὡς γὰρ τοῖς] Mutila mihi videtur haec sententia, et verba aliquot e contextu post τὸ πρέπον excidisse; veluti ὑπ᾽ ἐμοῦ πρότερον εἴρηται. Ita sane locus multo erit dilucidior. Vide Sectionem 11: Τέτταρά ἐστι τὰ κυριώτατα ταῦτα καὶ κράτιστα, μέλος, καὶ ῥυθμὸς, καὶ μεταβολὴ, καὶ τὸ παρακολουθοῦν τοῖς τρισὶ τούτοις πρέπον: nec non initium Sect. decimae tertiae: Τὸ δὲ δὴ πρέπον εἰ μὴ τοῦ καλοῦ πλεῖστον ἕξει μέρος, σχολῇ γ᾽ ἂν ἄλλου τινός. — VPT.

F. καὶ γάρ. V. Meletem. Crit. p. 73. SCHAEF.

ἀτυχεῖ] Timaeus Lex. Plat. p. 55. Ἀτυχῆσαι. μὴ τυχεῖν. ubi v. Ruhnken. Herodotus IX. c. 111. in. ὅτι ἀτυχῆσαι τὸν χρῆ-

apud eos vero, qui ſecuti ſunt illum, cum multo rarius felici *in ſcribendo* utantur ſucceſſu, id vitium apparet manifeſtius.

SECTIO XX.

Quibus modis decora fiat et argumento accommoda orationis ſtructura.

Adhuc una mihi reſtat quaeſtio explicanda, de Decoro. Reliquis enim omnibus dicendi formis adſit decorum neceſſe eſt: quam partem ſi quod opus non fuerit aſſecutum, etſi haud de toto, re tamen praeſtantiſſima decidet. Sed de genere quidem univerſo ſermonem inſtituere, non huius eſt temporis: nam profunda eſt, et quae copioſa admodum oratione egeat, contemplatio. Quae vero ad hanc partem, de qua mihi nunc ſermo eſt, pertineant, etſi non omnia, neque adeo plurima, quae tamen locus ſibi poſtulat, dicentur.

ζοντα οὔ σφι δυνατόν ἐςι. Idem ſignificat, quod longe rarius occurrit, *ἀτευκτεῖν*. Plutarchus Mor. T. I. p. 938. *τῆς πατρίου ἀγωγῆς ἀτακτήσαντες.* Wyttenbachius: „*ἀτακτήσαντες.* Satis bonum. Melius tamen et forte verum *ἀτυχήσαντες.* J. Venet. *ἀτευκτήσαντες*: quod nec ipſum repudiandum.“ Mihi unice probandum videtur: idemque Schneidero placuit. Conf. Boiſſonad. ad Philoſtr. Her. p. 551. Rarius etiam et Lexicographis omiſſum, eiusdem et originis et ſignificationis verbum, *ἀποτευκτεῖν*. Photius Lex. c. 262. *Οὐκ ἀποτευκτήσεις. οὐκ ἀποτεύξῃ. λέγουσι καὶ οὐκ ἀτυχήσεις.* Schaef.

εἰ μὴ καὶ] Nota *μὴ* interpoſitum inter particulas *εἰ καὶ*, *etſi*. Omiſit hoc Hoogeveenus Doctr. Particul. XVI. 5. 2. Schaef.

γε οὖν] Sic rarius: nam fere legas unâ voculâ *γοῦν*. Antiquit. Rom. T. I. p. 356. *διὰ τοῦτό γε οὖν φασι κ. τ. λ.* Ariſtoxenus Stobaei Serm. LXXVII. p. 457. 21. *θυμουμένοις γε οὖν ὑπείκειν δεῖ.* Marcellinus de Thucydid. Vita p. 6. extr. *διά γε οὖν τὸ ὑψηλόν.* Ariſtophanes Lyſiſtr. v. 950. *ὑπολύομαι γοῦν.* Brunckius: „Male vulgo diviſim *γ' οὖν*.“ Cur male? Ibid. v. 155. *ὁ γῶν Μενέλαος.* Idem paullo mitius: „*ὁ γῶν.* Sic Aug. Vulgo diviſim *ὅ γ' ὦν*.“ Add. Rhetor infra p.

Ὁμολογουμένου δὴ παρὰ πᾶσιν, ὅτι πρέπον ἐστὶ
τὸ τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόζον προσώποις τε καὶ πρά-
γμασιν, ὥσπερ ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων, ἡ μέν τις ἂν
162 εἴη πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις, ἡ δὲ ἀπρεπής, οὕτω
δή που καὶ ἡ σύνθεσις. Παράδειγμα δὲ τούτου χρὴ
παραλαμβάνειν τὴν ἀλήθειαν. Ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν
ἐστιν. Οὐχ ὁμοίᾳ συνθέσει χρώμεθα ὀργιζόμενοι καὶ
χαίροντες, οὐδὲ ὀλοφυρόμενοι καὶ φοβούμενοι, οὐδ' ἐν
ἄλλῳ τινὶ πάθει ἢ κακῷ ὄντες, ὥσπερ ὅταν ἐνθυμώ-
μεθα, καὶ μηδὲν ἡμᾶς ὅλως ταράττῃ μηδὲ παραλυπῇ.
Δείγματος ἢ παραδείγματος ἕνεκα ταῦτα εἴρηκα,
ὀλίγα περὶ πολλῶν, ἐπεὶ μυρία ὅσα τις αἴτια εἰπεῖν
ἔχοι, τὰς ἰδέας ἁπάσας ἐκλογίζεσθαι βουλόμενος τοῦ
πρέποντος. Ἓν δέ, ὃ προχειρότατον ἔχω καὶ κοινό-
τατον εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ, τοῦτο ἐρῶ. Οἱ αὐτοὶ ἄν-

144. Reisk. Conf. Hoogeveen. c. l. T. I. p. 232. Passim dirimuntur interserta particula ἂν Euripides Med. v. 504. Pors.

— — — — καλῶς γ' ἂν οὖν
δέξαιντό μ' οἴκοις, ὧν πατέρα
κατέκτανον.

Ibid. v. 588.

καλῶς γ' ἂν οὖν τῷδ' ἐξυπηρέ-
τεις λόγῳ.

Schaef.

τὴν ἀλήθειαν] veritatem vitae, usum rerum, ea, quae videmus et sentimus quotidie evenire; quatenus opponitur somniis scholarum. Reisk.

ὀργιζόμενοι] Vide Horatium de Arte Poëtic. v. 92. etc. Hyds. *Var. Lect.*

Nam, ut poeta scribit Venusinus, *Tristia moestum vultum verba decent, iratum plena minarum.* Verum ad haec illustranda orationem lege Achillis ira in Agamemnonem efferati: Iliad. α. v. 149. ibi verba χειμάῤῥου δίκην effusa reperies. Quin et apud Maronem Laocoontis, et cursu et indignatione anheli, ita ut uno spiritu versum nequeat absolvere, verba ad finem usque sunt interrupta. Quae autem laetabundis dicendi σχήματα conveniant, docebit Anchisae oratio, viso apud Inferos Aenea. Summa etiam arte Andromache, prae gaudio Aeneae adventantis deliquium passa, animo tandem recepto:

Verane te facies, verus mihi
nuncius adfers,

Cum apud omnes in confesso sit, id decorum esse, quod personis rebusque subiectis convenit; idcirco sicuti delectui verborum, alter ut argumento sit accommodus, alter vero non ita, ita etiam collocationi accidit. Cui rei illustrandae ipsa veritas adducenda est. Quod autem dico, ita velim accipias. Non eadem nos utimur compositione, cum irascimur et cum laetamur, cum lugemus et cum timemus, neque cum in alio quopiam affectu, aut malo versamur, ut solemus, cum nobiscum taciti res reputamus, nihilque nos omnino perturbat, molestiamve affert. Vel monendi, vel illustrandi gratia, haec a me dicta sunt, pro multis pauca: siquidem causae paene sunt infinitae, si quis singulas decori species percensere velit. Vnum autem, quod promtissimum hac de re habeo, et communissimum est, id proferam.

Nate Dea? vivisne? aut si
lux alma recessit,
Hector ubi est?

Vpt.

ὀλοφυρόμενοι] Horat. de Arte,

Telephus et Peleus, quum
pauper et exul, uterque
Proiicit ampullas et sesquipedalia verba:
Si curat cor spectantis tetigisse querela.

Et quae ibi sequuntur. Vpt.

ὄντες] Deest Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.* Ad ὄντες, quod infra post ψυχῆς sequitur, per errorem retulit Vptonus. Schaef.

ἐνθυμώμεθα] F. εὐθυμώμεθα, *hilares simus.* Reisk. Non assentior. Τὸ εὐθυμεῖσθαι nequit cogitari, quin aliquid τοῦ πάθους adiunctum cogites. Schaef.

Δείγματος — ἕνεκα] V. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. I. p. 161. 27. Verba ἢ παραδείγματος si abessent, ego quidem non desiderarem. Schaef.

ὀλίγα περὶ πολλῶν] Sic supra p. 113. Reisk. Similiter Sect. XII. extr. ὀλίγα μὲν ὑπὲρ πολλῶν θεωρημάτων. ubi si nostrae locutionis, quae illam satis superque tuetur, memor fuissem, Reiskii rationem facile repudiassem. Schaef.

αἴτια] suspectum. Reisk. Requiras: ἐπεὶ μυρία ὅσα τις ἂν εἰπεῖν ἔχοι. Schaef.

τοῦτο ἐρῶ] Pronomen omissum in Vptonianis, negligentiâ, ut videtur, operarum. Schaef.

θρωποι ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει τῆς ψυχῆς ὄντες, ὅταν ἀπαγγέλλωσι τὰ πράγματα, οἷς ἂν παραγενόμενοι τύχωσιν, οὐχ ὁμοίᾳ χρῶνται συνθέσει περὶ πάντων, ἀλλὰ μιμητικοὶ γίνονται τῶν ἀπαγγελλομένων καὶ ἐν τῷ συντιθέναι τὰ ὀνόματα, οὐδὲν ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ φυσικῶς ἐπὶ τοῦτο ἀγόμενοι. Ταῦτα δὲ παρατηροῦντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν ποιητήν τε καὶ ῥήτορα μιμητικὸν εἶναι τῶν πραγμάτων, ὑπὲρ ὧν ἂν τοὺς
164 λόγους ἐκφέρῃ, μὴ μόνον κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν. Ὃ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμονιώτατος Ὅμηρος, καίτοι μέτρον ἔχων ἕν, καὶ ῥυθμοὺς ὀλίγους, ἀλλ' ὅμως ἀεί τι καινουργῶν ἐν τούτοις καὶ φιλοτεχνῶν· ὥστε μηδὲν ἡμῖν διαφέρειν γινόμενα τὰ πράγματα ἢ λεγόμενα ὁρᾷν. Ἐρῶ δὲ ὀλίγα, οἷς ἄν τις δύναιτο παραδείγμασι χρῆσθαι ἐπὶ πολλῶν.

ἀλλὰ — ἀγόμενοι] Mutavi interpunctionem. *imitantur res quas narrant etiam in compositione verborum.* Vulgo ſic diſtinguunt: ἀλλὰ μιμητικοὶ γίνονται τῶν ἀπαγγελλομένων, καὶ ἐν τῷ συντιθέναι τὰ ὀνόματα οὐδὲν ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ φυσικῶς ἐπὶ τοῦτο ἀγόμενοι. Hanc rationem, plane alienam, puto, a mente Rhetoris, ſequitur Interpres. Conf. quae ſtatim ſequuntur, it. mox p. 276. Schaef.

οὐδὲν — ἀγόμενοι] Infra p. 199. ſ. R. οὐκ ἐξ ἐπιτηδεύσεως τοῦτο, ἀλλ' ἐκ ταὐτομάτου ἐγένετο. Schaef.

μιμητικὸν] Haec pulcritudo, quae captanda eſt e ſonis vocabulorum, tenuis quidem, ſed tamen iucundiſſima, paucis, ſi Homerum excipias et Virgilium, culta eſt atque elaborata. Et tamen eam conſectetur neceſſe eſt, quisquis naturam imitari ſtudet; ita ut iure optimo reprehendantur, qui pedibus ſenis verba illigare contenti, auribus omnino ſervire neglexerunt. Etenim triſtia flebiliter oportet, incitata celeriter, aſpera aſpere proferantur. Infinita huius generis exempla facile eſt e Graeco Latinoque poetis colligere; quibus rerum ipſarum ſonum, celeritatem, tarditatem, literarum verborumque ſtructura admodum feliciter exprimunt.

Nemo eſt praeter Servium, cui illud, *procumbit humi bos,* non

Iidem homines, quum animorum eadem est constitutio, res gestas, quibus interesse contigit, aliis enarrantes, non simili in omnibus compositione utuntur; sed quae referunt, figuratis gestibus imitari conantur, nullam interim curam verborum structurae habentes, eos ultro ipsa ad id ducente natura. Haec optimo cuique poëtae atque oratori observanda sunt, ut res, de quibus sermonem instituit, non solum verborum delectu, sed orationis etiam structura imitetur. Quod in primis Homerus, ingenii vir divinissimi, facere consuevit; uno quanquam carminis genere uteretur, et pedibus paucissimis: novitatis tamen ubique adeo studiosus est, adeo arti curiosae deditus, ut parum intersit, remne oculis gestam intueamur, an ab eo enarratam. Pauca proferam, quibus exemplorum loco ad multa uti liceat.

eximie placeat. Nam ut singulae voces dempta syllaba decrescunt, ita versus monosyllabo terminatur: quo factum est, ut sonus ille bovis corruentis obtusus excitetur legentibus. Pari etiam artificio versus ille elaboratus:

— — *It clamor, et agmine facto,*
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum:

aures nostras equorum currentium sono verberat. Haec quidem notissima: sed per totum fere poema, si diligentius attenderis, idem artificium se ostendit, eadem felix industria. Upt.

ἐκφέρῃ] Art. Rhetor. p. 296. Reisk. τὴν μίμησιν ἐξήνεγκε. Schaef.

ἐπὶ πολλῶν] Sulpicor περὶ π. De phrasi ὀλίγα περὶ πολλῶν v. supra p. 273. „— In hunc autem Longi locum περὶ, pro ἐπὶ, male irrepsit, quod has praepositiones eodem fere modo in Codd. Manuscriptis, immo et in quibusdam Edd. principibus quas vocant, efformentur; quod et ipsis viris doctis fraudi interdum fuisse, ideoque monendum, observat Raphaël Columbanius in typographicorum mendorum Indice suae Editioni subiecto.“ Villoisonus ad Longum p. 34. Add. Wesseling. ad Diodor. Sicul. T. II. p. 487. 78. et Fischer. ad Palaephat. p. 143. b. 162. a. Schaef.

Ἀπαγγέλλων οὖν πρὸς τοὺς Φαίακας Ὀδυσσεὺς τὴν ἑαυτοῦ πλάνην, καὶ τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν εἰπὼν, τὰς ὄψεις τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀποδίδωσιν. Ἐν δὲ τούτοις καὶ τὰ περὶ τὸν Σίσυφον διηγεῖται πάθη, ᾧ φασι τοὺς καταχθονίους θεοὺς ὅρον πεποιῆσθαι τῆς τῶν δεινῶν ἀπαλλαγῆς, ὅταν ὑπὲρ ὄχθου τινὸς ἀνακυλίσῃ πέτρον τινά· τοῦτο δὲ ἀμήχανον εἶναι, καταπίπτοντος, ὅταν εἰς ἄκρον ἔλθῃ, πάλιν τοῦ πέτρου. Πῶς οὖν δηλώσει ταῦτα μιμητικῶς καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, ἄξιον ἰδεῖν.

Καὶ μὴν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατέρ᾽ ἄλγε᾽ ἔχοντα,
Λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν.
Ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε,
Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον. —

Ἐνταῦθα ἡ σύνθεσίς ἐστιν ἡ δηλοῦσα τῶν γινομένων ἕκαστον, τὸ βάρος τοῦ πέτρου, τὴν ἐπίπονον ἐκ τῆς γῆς κίνησιν, τὸν διερειδόμενον τοῖς κώλοις, τὸν ἀναβαίνοντα πρὸς τὸν ὄχθον, τὴν μόγις ἀνωθουμένην πέτραν. Οὐδεὶς ἂν ἄλλως εἴποι, παρὰ τί γέγονε τούτων ἕκα-
166στον· οὐ γὰρ εἰκῆ, οὐδὲ ἀπὸ ταὐτομάτου. Πρῶτον μὲν

ὅρον] *conditionem.* SCHAEF.

Καὶ μὴν] Locus desumptus est ex Odyss. λ. non longe a fine. Vide Demetrium pag. 49. qui versus hos notavit Καὶ γὰρ ὁ στίχος (Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε, intellige) μῆκός τι ἔσχεν ἐκ τῆς συγκρούσεως, καὶ μεμίμηται τοῦ λίθου τὴν ἀναφορὰν καὶ βίαν. En etiam ex Virgilio locum consimilem; qui non minori artificio Gigantum arduos labores et molimina videtur exprimere:

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
Scilicet, atque Ossae frondosae involvere Olympum.

Synaloephâ bis neglectâ, occursantes sibi invicem vocalium robustissimae operis difficultatem optime depingunt. VPT.

Λᾶαν] Vide Demetrium Phalereum §. 72. et Gellium l. 2. c. 30. et l. 7. c. 20. HVDS. *Var. Lect.*

* Nemo sane efferret singula, supra quam facta sunt. *Bircov.* HVDS.

Vlyſſes ſuos dum Phaeacibus errores narrat, deſcenſu ad inferos explicato, malorum iſtius loci expreſſam oculis imaginem repraeſentat. Inter alia et Siſyphi miſerias recenſet: cui metam hanc calamitatis finiendae deos inferos ferunt conſtituiſſe, ubi ſupra montem quendam ſaxum ingens protruſerit: quod tamen fieri neutiquam poteſt, ſaxo rurſus, ubi ad ſummum pervenerit, relabente. Haec autem qua imitatione expreſſerit per ipſam verborum ſtructuram, operae pretium eſt videre.

Siſyphon adſpexi duros perferre dolores,
Saxum utraque manu geſtantem pondere vaſto.
Ille quidem manibusque humerisque volubile ſaxum
Ad iuga connixus trudit. —

Hic ſtructura eſt eiusmodi, ut oculis res ſingulas ſubiiciat; ſaxi pondus, laborioſum eius e terra motum, Siſyphum modo totis membris connitentem, modo clivum adſcendentem, ſaxumque magno vix demum labore protruſum. * Nemo ſane aliud praeterea dicat, a quo haec ſingula proficiſcantur: neque enim temere, aut caſu facta ſunt. Principio quidem

ἄλλως] Arbitror legendum ἄλλο: fortaſſe etiam hoc modo: Οὐδεὶς ἂν εἴποι παρὰ τί ἄλλο γέγονε τούτων ἕκαστον. Vpt.

Nihil hic deeſt, praeter punctum poſt εἴποι, et ſignum interrogandi poſt ἕκαστον. Duae ſunt ſententiae: οὐδεὶς ἂν ἄλλως εἴποι, *nemo facile hoc infitiabitur.* παρὰ τί γέγονε τούτων ἕκαστον; *ſed unde ſit horum quodque?* Reisk.

In ſcirpo nodum viri docti quaeſiverunt. Senſus: *Alioqui* (niſi haec eſt cauſa) *nemo dicat, quaenam horum omnium ratio ſit:* cauſam autem rationemque eorum quandam eſſe oportet, *neque enim temere aut fortuito facta ſunt.* * Tuetur vulgatam etiam Schottus Comment. Societ. Philol. Lipſ. I. 1. p. 43. Schaef.

Πρῶτον — οἷς] Πρῶτον τοῖς β'. στίχοις, οἷς etc. Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.*

Poſt μὲν videtur praepoſitio ἐν excidiſſe. Schaef.

τοῖς δυσὶ ςίχοις, ἐν οἷς ἀνακινεῖ τὴν πέτραν, ἔξω δυοῖν ῥημάτων τὰ λοιπὰ τῆς λέξεως μόρια πάντα ἐςὶν ἤτοι δισύλλαβα, ἢ μονοσύλλαβα· ἔπειτα ἡμίσει πλείους εἰσὶν αἱ μακραὶ συλλαβαὶ τῶν βραχειῶν ἐν ἑκατέρῳ τῶν ςίχων· ἔπειθ᾽ ἅπασαι διαβεβήκασιν αἱ τῶν ὀνομάτων ἁρμονίαι διαβάσεις εὐμεγέθεις, καὶ διεςήκασι πάνυ αἰσθητῶς, ἢ τῶν φωνηέντων συγκρουομένων, ἢ τῶν ἡμιφώνων τε καὶ ἀφώνων συναπτομένων· ῥυθμοῖς τε καὶ δακτύλοις καὶ σπονδείοις τοῖς μηκίςοις, καὶ πλείςην ἔχουσι διάβασιν, ἅπαντα σύγκειται. Τί δὴ τούτων ἕκαςον δύναται; Αἱ μὲν μονοσύλλαβοί τε καὶ δισύλλαβοι λέξεις, πολλοὺς μεταξὺ χρόνους ἀλλήλων ἀπολείπουσαι, τὸ χρόνιον ἐμιμήσαντο τοῦ ἔργου· αἱ δὲ μακραὶ συλλαβαὶ, ςηριγμούς τινας ἔχουσαι καὶ ἐγκαθίσματα, τὴν ἀντιτυπίαν, καὶ τὸ βαρὺ, καὶ τὸ μόγις· τὸ δὲ μεταξὺ τῶν ὀνομάτων ψύγμα, καὶ ἡ τῶν τραχυνόντων γραμμάτων παράθεσις, τὰ διαλείμματα τῆς ἐνεργείας, ἐποχάς τε καὶ τοῦ μόχθου μέγεθος· οἱ ῥυθμοὶ δὲ ἐν μήκει θεωρούμενοι, τὴν ἔκτασιν τῶν μελῶν, καὶ τὸν διελκυσμὸν τοῦ κυλίοντος, καὶ τὴν τοῦ πέτρου ἔρεισιν. Καὶ ὅτι ταῦτα οὐ φύσεώς

ἐν οἷς ἀνακινεῖ] Versum intellige, Ἤτοι ὁ μὲν σκηριπτόμενος, cum sequente. Quod autem mox addit longas in utroque carmine brevibus syllabis dimidio plures esse, id mihi non satis compertum est: sunt enim numero fere pares; ut carmina pedibus suis metienti constabit. Vpt.

ἐν ἑκατέρῳ τῶν ςίχων] *ἐν ἑκατέρῳ τῷ ςίχῳ* Colb. Hvds. *Var. Lect.*

καὶ δακτύλοις καὶ σπονδείοις] Delenda esse suspicor, quippe profecta a glossatore, qui *ῥυθμοὺς τοὺς μηκίςους καὶ πλείςην ἔχοντας διάβασιν* interpretari vellet. Certe sic posita vitiose dirimunt, quae arcte iungenda sunt, *ῥυθμοῖς τε τοῖς μηκίςοις*. Schaef.

Τί δὴ] Hudsoniana errore operarum, ut puto, *Τί δὲ*, quod in Reiskianam transiit. Schaef.

* Sed quo haec pertineant? *Schott.* Hvds.

duobus verſibus, in quibus ſaxum protrudit, duabus exceptis vocibus, reliquae omnes orationis partes ſunt aut diſſyllabae, aut monoſyllabae: deinde longae brevibus fere dimidio plures ſunt in utroque verſu: omnes praeterea vocabulorum harmoniae latis progrediuntur paſſibus, et ſenſili admodum discrimine diriמuntur, aut colliſis inter ſe vocalibus, aut ſemivocalibus mutisque coniunctis: ex numeris etiam dactylicis ſpondaicisque, qui longiſſimi ſunt latoque incedunt greſſu, tota componuntur. * Quid igitur valent haec ſingula? monoſyllabae quidem et diſſyllabae dictiones, longo a ſe invicem temporum intervallo diſtantes, referunt moram ac diuturnitatem rei: ſyllabae autem longae, ſtabilitate quadam atque tarditate gaudentes, renixum, gravitatem, difficultatemque: facta vero inter vocabula reſpiratio, et denſa literarum aſperrimarum poſitio, operis intermiſſionem, impedimenta, et laboris magnitudinem: numeri denique quoad longitudinem ſpectati, membrorum extenſionem, provolventis molitionem, ſaxique reſiſtentiam obfirmatam repraeſentant. Haec autem non eſſe naturae, ſua

στηριγμούς] Vide Longinum Sect. 39. ubi quosdam ex Euripide verſus examinat, ſtabili firmaque compoſitione laudatos. Vpt.

ἐγκαθίσματα] Infra p. 169. Reisk. *αἵ τ' ἀνακοπαὶ καὶ τὰ πολλὰ ἐγκαθίσματα. Morae vocis tanquam conſidentis.* Schaef.

ψύγμα] Quid *ψύγμα* ſit, dubito: forſan legendum eſt *ψῆγμα*, *ramentum*; ſed nec illud placet. Heſychius certe *ψύγμα* habet errore manifeſto, pro *ψῆγμα*, neque enim *πτύγμα* hoc loco reponi poteſt. Vpt.

F. *ἀνάψυγμα*, *reſpiratio*. Reisk.

Vulgata non mutanda. „*Ψύγμα τὸ μεταξὺ τῶν ὀνομάτων*, *interſpiratio*." Sylburgius in Ind. Conf. H. Stephanus Theſ. T. IV. c. 738. B. et Dorvill. ad Chariton. p. 732. Schaef.

ἐϛιν αὐτοματιζούσης ἔργα, ἀλλὰ τέχνης μιμήσασθαι τὰ γινόμενα πειρωμένης, τὰ τούτοις ἑξῆς λεγόμενα δηλοῖ. Τὸν γὰρ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπιϛρέφοντα πάλιν καὶ καταχυλιόμενον πέτρον οὐ τὸν αὐτὸν ἡρμήνευκε τρόπον, ἀλλ' ἐπιταχύνας τε καὶ συϛρέψας τὴν σύνθεσιν. Προειπὼν γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι·

168 — ἀλλ' ὅτε μέλλοι
Ἄκρον ὑπερβαλέειν —·

ἐπιτίθησι τούτῳ·

— τότ' ἀποϛρέψασκε κραταιΐ̈ ἴς.
Αὖθις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής.

Οὐχὶ συγκατακεκύλιϛαι τῷ βάρει τῆς πέτρας ἡ τῶν ὀνομάτων σύνθεσις, μᾶλλον δὲ ἔφθακε τὴν τοῦ λίθου φορὰν τὸ τῆς ἀπαγγελίας τάχος; Ἔμοιγε δοκεῖ. Καὶ τίς ἐνταῦθα πάλιν αἰτία; καὶ γὰρ ταύτην ἄξιον

ἀπὸ κορυφῆς] Addunt articulum, nec male, ἀπὸ τῆς κορυφῆς Reg. 1. et Colb. quem contextui insertum habes. Vpt.

Recte codd. ἀπὸ τῆς κορυφῆς. Reisk.

Articulum cum Vptono inserui. Schaef.

ἐπιϛρέφοντα] Activum loco medii, ut saepius. Excerpta ex Diodoro p. 241. Vales. (T. II. p. 554. 73.) τῆς πόλεως σχεδὸν ὅλης ἐπ' αὐτὸν ἐπιϛρεφομένης. Probo quod margo habet, ἐπιϛρεφούσης. Schaef.

ἀποϛρέψασκε] ἐπιτρέψασκε Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.*

Rhetor in Poëta videtur legisse ἐπιϛρέψασκε. Arguit hoc et illorum librorum scriptura, quamvis vitiosa, et quod ipse paullo ante posuit, ἐπιϛρέφοντα. Schaef.

κραταιΐ̈ ἴς] Sic Rhetoris editores, non, ut alii in Poëta, κραταιΐς. „ὁ μὲν ἀρίϛαρχος καὶ ἡρωδιανὸς ὀξυτόνως κατὰ συϛολὴν ὡς λικριφὶς ἀμφουδὶς ἐπιρρηματικῶς· ὁ δὲ ἀσκαλωνίτης τὸ πλῆρες κραταιὰ ἴς οἷον ἰσχυρὰ δύναμις. Alterum scholion, τότε ὁ λίθος ὑπέϛρεφε κραταιῶς ὅ ἐϛι ταχέως. τὸ δὲ ὅλον ἐπὶ τοῦ λίθου ἀκουϛέον ὡς ἀρίϛαρχος φησί." Porsonus Var. Lect. e Cod. Harlei. p. 46. f. Schaef.

Αὖθις] Ita hunc locum exhibent et Homeri vulgatae editiones, nisi quod Αὖτις legant. At in tertio Rhetor. aliter Aristoteles citat: Αὖτις ἐπὶ δάπεδόν τε

ſe ſponte offerentis, opera, ſed artis omnino, quae res geſtas imitari conetur, ex his, quae poſtea dicentur, patet. Lapidem etenim e vertice montis relabentem devolutumque non eodem modo expreſſit; ſed numeris ſtructurae uſus incitatioribus et contortis. Nam cum eadem dicendi forma haec eſſet elocutus:

— Sed culmina iamiam
Tacturum —:

huic membro adiungit:

— retro fati vis aſpera vertit:
Fertur ad ima ruens lapis improbus aequora campi.

An non una cum ſaxi gravitate provolvitur ipſa verborum collocatio, ſeu potius lapidis curſum praevertit dictionis volubilitas? Mihi quidem videtur. Quae tandem hoc etiam loco cauſa eſt? (nam eam inveſtigari

κυλίνδετο. Noſtra confirmat examen quod ſequitur: *μονοσύλλαβον μὲν οὐδεμίαν, δισυλλάβους δὲ δύο μόνας ἔχων λέξεις.* Sed Lucretium audiamus, qui libro tertio Siſyphum quoque depingit,

— adverſo nixantem trudere monte
Saxum; quod tamen a ſummo iam vertice rurſum
Volvitur, et plani raptim petit aequora campi.

Vpt.

ἀπαγγελίας] Ἀπαγγελία idem, ac *ἑρμηνεία*, *elocutio*, ut conſtat ex p. 39, 41, et 70. iuxta Ed. Sylb. atque etiam (ut nos monuit Vptonus) ex Chryſoſt. in 4to *περὶ ἱερωσύνης*, hiſce verbis: *καὶ οὐδέν μοι φράσεως, οὐδὲ ἀπαγγελίας μέλει.* Hvds. *Var. Lect.*

Obſerves *ἀπαγγελίαν* idem eſſe ac *ἑρμηνείαν*, et *elocutionem* ſignificare; quo ſenſu ſaepius in hoc ſcriptore occurrit; necnon et apud Chryſoſt. in 4to *περὶ Ἱερωσύνης, Οὐδέν μοι φράσεως, οὐδὲ ἀπαγγελίας μέλει.* Vpt.

V. Toup. ad Longin. p. 373. qui noſtro loco utitur. [Notiſſimo vitio depravatus etiam Pauſanias IV. c. 19. in. ubi corrigendum: *ὑπὸ ἀνδρῶν ἀπηγγέλλετο αὐτομόλων.* Conf. Facius ad c. 22. p. 535. Mox ibid. diſtinguendum: — *ἀναβιῶναι, παρ' αὐτοῦ τοιόνδε Ἀριστομένους ὑπῆρξεν ἐς πίστιν.* Transfugis opponitur *ipſe* Ariſtomenes. Fallitur Kuhnius.] Schaef.

ἰδεῖν· ἡ τὴν καταφορὰν δηλῶν τοῦ πέτρου στίχος, μονοσύλλαβον μὲν οὐδεμίαν, δισυλλάβους δὲ δύο μόνας ἔχων λέξεις. Τοῦτο οὐκ ἐᾷ πρῶτον διεστηκέναι τοὺς χρόνους, ἀλλ' ἐπιταχύνει. Ἔπειθ' ἑπτακαίδεκα συλλαβῶν οὐσῶν ἐν τῷ στίχῳ, δέκα μέν εἰσι βραχεῖαι συλλαβαὶ, ἑπτὰ δὲ μόναι μακραὶ, καὶ οὐδ' αὗται τέλειοι. Ἀνάγκη οὖν κατεσπάσθαι καὶ συστέλλεσθαι τὴν φράσιν, τῇ βραχύτητι τῶν συλλαβῶν ἐφελκομένην. Ἔτι πρὸς τούτοις οὐδὲ ὄνομα ἀπὸ ὀνόματος ἀξιόλογον εἴληφε διάστασιν· οὔτε γὰρ φωνήεντι φωνῆεν, οὔτε ἡμιφώνῳ ἡμίφωνον ἢ ἄφωνον, ἃ τραχύνειν πέφυκε καὶ διϊστάνειν τὰς ἁρμονίας, οὐδέν ἐστι παρακείμενον. Οὐ δὴ διάστασις αἰσθητὴ, μὴ διηρτημένων τῶν λέξεων, ἀλλὰ συνολισθαίνουσιν ἀλλήλαις καὶ συγκαταφέρονται, καὶ τρόπον τινὰ μία ἐξ ἁπασῶν γίνεται διὰ τὴν
170 τῶν ἁρμονιῶν ἀκρίβειαν. Ὃ δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων θαυμάζειν ἄξιον, ῥυθμὸς οὐδεὶς τῶν μακρῶν, οἳ φύσιν ἔχουσι πίπτειν εἰς μέτρον ἡρῷον, οὔτε σπονδεῖος, οὔτε βακχεῖος, ἐγκαταμέμικται τῷ στίχῳ, πλὴν ἐπὶ τῆς τελευτῆς· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες εἰσὶ δάκτυλοι, καὶ οὗτοί

κατεσπάσθαι] Nota hic dissimilitudinem temporum in κατεσπᾶσθαι καὶ συστέλλεσθαι. Sylb.

Erit quidem eadem temporum dissimilitudo, sed verior fortasse lectio, si quis admittendum censeat κατεσπεῦσθαι. Eo sane utitur Longinus Sect. 39. τῷ τὴν ἁρμονίαν μὴ κατεσπεῦσθαι: *eo quod numerus non praecipitetur.* Upt.

Habet utraque lectio, quo se commendet, cum κατεσπεῦσθαι, tum κατασπᾶσθαι: nam sic malim legi, quam κατεσπᾶσθαι. Reisk.

Mutavi accentum. Vulgo κατεσπᾶσθαι. Schaef.

ἄφωνον γίνεται] Forsan verbo γίνεται in sequentem periodum translato sic legendus locus: οὔτε ἡμιφώνῳ ἡμίφωνον, ἢ ἄφωνον, ἃ τραχύνειν πέφυκε καὶ διϊστάνειν τὰς ἁρμονίας, οὐδέν ἐστι παρακείμενον. οὐ δὴ διάστασις αἰσθητὴ γίνεται μὴ διηρτ. τ. λ. Sylb.

Rectius (ut in Reg. 1. et Colb.)

par eſt) verſus *nempe*, qui ſaxi revolutionem exprimit; cum dictionem ne unam quidem monoſyllabam, nec plures duabus habeat diſſyllabas. Id vero inprimis tempora in longum trahi non ſinit, ſed quam citiſſime accelerat: deinde, cum huic verſui ſyllabae ſint ſeptendecim, earum decem ſunt breves, longae ſolummodo ſeptem, nec eae ipſae perfectae. Neceſſe itaque eſt contrahi et coarctari locutionem, ab ipſa ſyllabarum brevitate coactam. Nomen praeterea nullum a nomine intervallo longiuſculo diſtat: neque enim vocali vocalis, neque ſemivocali aut ſemivocalis, aut muta addita eſt, quae ſtructuram orationis aſperare ſoleant et diſtrahere; nihil, *inquam*, horum omnium adiunctum eſt. Nulla etiam ſenſilis eſt diſtantia, divulſis vocibus; ſed eodem omnes lapſu ſecum videntur praecipitari, et deorſum ferri: ut unam quodammodo ex omnibus, ea eſt ſtructurae perfectio, conflatam putes. Quod vero prae aliis egregie admirationem habeat, nullus omnino e longis pes, quorum natura eſt in carmen heroicum incidere, neque ſpondeus, neque Bacchius, praeterquam in fine, verſui admiſcetur: nam reliqui omnes ſunt dactyli, iique ad

abeſſet verbum *γίνεται*. HVDS. *Var. Lect.*

Hanc vocem *γίνεται* e contextu ſuſtuli, plane otioſam, monente etiam Hudſono; cum nec in Reg. 1. codice nec Colb. appareat. VPT.

Delevi cum Vptono. Reiskius cum Hudſono ſervaverat. SCHAEF.

μάλιστα τῶν ἄλλων] i. e. *μᾶλλον τ. ἄ.* Euripides Iphigen. Aul. v. 1603.

ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται.

Muſgravius: „*μάλιστα*. Poni videtur pro *μᾶλλον*, ut Apollon. Rhod. III. v. 91.

πίθοιτό κεν ὔμμι μάλιστα

Ἦ *ἐμοί*.“ SCHAEF.

μέτρον ἡρῷον] Damagetus (ſic rectius, opinor, quam *Damagetas*) Epigr. V. v. 6.

καὶ στίχον ἡρῴῳ ζευκτὸν ἔτευξε ποδί.

SCHAEF.

γε παραδεδιωγμένας ἔχοντες τὰς ἀλόγους, ὥστε μὴ πολὺ διαφέρειν ἐνίους τῶν τροχαίων. Οὐδὲν δὴ τὸ ἀντιπράττον ἐστὶν, εὔτροχον καὶ περιφερῆ καὶ καταῤῥέουσαν εἶναι τὴν φράσιν, ἐκ τοιούτων συγκεκροτημένην ῥυθμῶν.

Πολλά τις ἂν ἔχοι τοιαῦτα δεῖξαι παρ' Ὁμήρῳ λεγόμενα· ἐμοὶ δὲ ἀποχρῆν ἐδόκει ταῦθ', ἵνα ἐγγένηταί μοι καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰπεῖν. Ὧν μὲν οὖν δεῖ στοχάζεσθαι τοὺς μέλλοντας καλὴν καὶ ἡδεῖαν ποιήσειν σύνθεσιν ἔν τε ποιητικῇ καὶ λόγοις ἀμέτροις, ταῦτα κατ' ἐμὴν δόξαν ἐστὶ, τά γ' οὖν κυριώτατα καὶ κράτιστα. Ὅσα δὲ οὐχ οἷά τε ἦν, ἐλάττω τε ὄντα τούτων, καὶ ἀμυδρότερα, καὶ διὰ πλῆθος δυσπερίληπτα γραφῇ, ταῦτ' ἐν ταῖς καθ' ἡμέραν γυμνασίαις προϋποθήσομαί σοι, καὶ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων καὶ ῥητόρων μαρτυρίαις χρήσομαι. Νῦν δὲ τὰ καταλειπόμενα ὧν ὑπεσχόμην, καὶ οὐδενὸς ἧττον ἀναγκαῖα εἰρῆσθαι, ταῦτ' ἔτι προσθεὶς

παραδεδιωγμένας] Παραδιώκειν, H. Stephano omiſſum, in ſolo hoc Rhetoris loco Scottus reperit. Vertunt: *pone ſequi; nebenbey oder auf dem Fuſse folgen.* Vereor ut recte. Hîc quidem *παραδεδιωγμένας* interpreter: *veloci curſu praetervectas.* Schaef.

τὰς ἀλόγους] *συλλαβὰς*, ſcilicet in *πέδονδε*, *κυλίνδετο*. Vide Sect. 17. *οὐκ ἔχοντες δὲ εἰπεῖν πόσῳ, καλοῦσιν αὐτὴν ἄλογον.* Vpt.

τροχαίων] An *τριβραχέων*? Schaef.

εὔτροχον] Ante hanc vocem requiro *μὴ οὐχί*. Schaef.

ἀποχρῆν] Antiquit. Rom. T. I. p. 305. *ἀποχρῆν οἰόμεναι τὴν οἰκείαν δύναμιν.* Thomas Mag. p. 920. *χρῆν καὶ ἐπὶ ἀπαρεμφάτου.* minus recte, puto, addens: *χρῶνται δὲ τούτῳ ποιηταί. λογογράφοι δὲ, τὸ* [l. *τῷ*] *χρῆναι ἀεί.* Schaef.

ἵνα ἐγγένηταί μοι] Mutilam eſſe hanc ſententiam nullus dubito; ſcilicet aut *σχολὴ*, aut *χρόνος* deſideratur. Neque enim abſolute dici poteſt, ut, *ſi liceat, vel concedatur*, interpretemur. Ita ſane Sect. prima, Ἐὰν δὲ ἐγγένηταί μοι σχολή:

naturam *irrationalium* syllabas quam proxime accedentes habent, ut nonnulli a trochaeis non multum absint. Nihil itaque obstat, quo minus volubilis sit oratio, et contorta, ac venuste fluat, quae huiusmodi numeris temperatur.

Multa eiusdem generis ab Homero tractata cuiusvis est proferre: mihi vero sufficere videntur haec, ut caetera etiam explicandi locum habeam. Quae igitur illis curae esse debent, qui pulchram cupiunt et iucundam, tam in ligata, quam soluta oratione, compositionem efficere, haec iuxta meam opinionem longe praecipua sunt et praestantissima. Quae vero his scriptis facile includi nequeunt, eo quod minutiora sint et obscura, aut aegre propter multitudinem assequenda, haec tibi exercitationibus quotidianis proponam, optimorum tam poëtarum, quam historicorum ac oratorum, testimoniis usurus. Nunc ubi ea, quae restant, quaeque eram pollicitus, haud dictu minus necessaria, huic ser-

et infra, ubi agit de *austerae compositionis charactere*, Ἵνα δὲ καὶ περὶ τῶν λοιπῶν εἰπεῖν ἐγγένηταί μοι χρόνος. Vpt. Non meminerat vir optimus, ἐγγίνεται sic absolute positum pro ἔξεστι, *licet*, persaepe se legisse. Noster Antiquit. Rom. T. II. p. 1058. ὦ μακάριοι μὲν, οἷς ἂν ἐγγένηται τὸν ἐκ τοῦδε τοῦ πολέμου θρίαμβον καταγαγεῖν. ubi Portus sine causa malit ἐκγένηται. „Promiscue dicitur ἐγγίγνεται et ἐκγίγνεται, *licet.*" Brunckius ad Aristophan. Equit. v. 851. Add. quae ad Bosii Ellips. p. 149. notavi. Schaef.

οὐχ οἷά τε ἦν] Excidisse verbum aliquod e contextu persuasum habeo, puta λεχθῆναι, περιλαβέσθαι; nisi subintelligi malueris. Est autem carminis hemistichium, δυσπερίληπτα γραφῇ; cui non adeo absimile illud Empedoclis, δυσπερίληπτα νόῳ. Vpt. Excidisse verbum mihi quoque probabile fit. Schaef.

ἐν ταῖς καθ' ἡμέραν] Ex hoc loco apparet, Dionysium Romae aut publice aut privatim Rhetoricen docuisse. Vpt.

προϋποθήσομαι] Malim προσυποθήσομαι. Schaef.

τῷ λόγῳ, παύσομαι· „Τίνες εἰσὶ διαφοραὶ τῆς συνθέσεως, καὶ τίς ἑκάστης χαρακτὴρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τῶν τε πρωτευσάντων ἐν αὐταῖς μνησθῆναι, καὶ δείγματα ἑκάστου παρασχεῖν. Ὅταν δὲ ταῦτα λάβῃ μοι τέλος, τότε κἀκεῖνα διευκρινῆσαι τὰ παρὰ πολλοῖς ἀπορού-
172μενα· Τί ποτ' ἐστὶν, ὃ ποιεῖ τὴν πεζὴν λέξιν ὁμοίαν ποιήματι φαίνεσθαι, μένουσαν ἐν τῷ τοῦ λόγου σχήματι, τὴν δὲ ποιητικὴν φράσιν ἐμφερῆ τῷ πεζῷ λόγῳ, φυλάττουσαν τὴν ποιητικὴν σεμνότητα.“ Σχεδὸν γὰρ οἱ κράτιστα διαλεχθέντες ἢ ποιήσαντες ταῦτα ἔχουσιν ἐν τῇ λέξει τὰ ἀγαθά. Πειρατέον δὴ καὶ περὶ τούτων ἃ φρονῶ λέγειν· ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου.

ΤΜΗΜΑ κα΄.

Συνθέσεως διαφοραί τινες.

Ἐγὼ τῆς συνθέσεως εἰδικὰς μὲν πολλὰς διαφορὰς σφόδρα εἶναι τίθεμαι, καὶ οὔτε εἰς σύνοψιν ἐλθεῖν

μνησθῆναι] Nihil est, a quo regantur infinitivi μνησθῆναι et παρασχεῖν: itaque post μνησθῆναι, βουλόμενος insertum velim; seu ἐν νῷ ἔχων, ad finem periodi. Vpt.

Permira verborum constructio, imputanda illa, opinor, ipsius Rhetoris negligentiae, quam gratam dicere nolim. Nuper hunc locum tractavit Schottus Comment. Societ. Philol. Lips. I. 1. p. 43. ss. „Praestat“ inquit „mea qualicunque sententia, vocabulo βουλομενος vel ante vel post μνησθηναι posito, atque verbis: τινες εισι — παρασχειν ab antecedentibus plane seiunctis, de omni loco ita statuere, ut ante haec verba excidisse aliqua putemus, quae quamquam non accurate restitui possunt, coniectura tamen assequi licet, auctorem fere ita scripsisse: και πρωτον μεν δειξομαι [δειξω], τινες εισι διαφοραι (nam certe particulam μεν desiderare videtur sequens δε, όταν δε ταυτα λαβῃ μοι τελος).“ Schaef.

διευκρινήσαι] Codex Reg. 1. διευκρινῆσαι, nec male; quemadmodum et alii infinitivi prae-

moni addidero, finem dicendi faciam: „Quae ſc. compoſitionis ſint differentiae; quis uniuscuiusque maxima ex parte character et nota; ſcriptorum adeo in ſingulis, qui primas meruerint, mentionem facturus, ſuis cuique exemplis additis. Ea ubi finem acceperint, tunc illa etiam inquiram, de quibus plerique dubitarunt: Quid tandem ſit, quod efficit, ut ſoluta oratio, quamvis permaneat in ſermonis forma, ſimillima tamen carmini videatur; atque ut locutio poëtica pedeſtrem prae ſe ferat ſermonem, cum dignitatem tamen poëticam ipſa tueatur.“ Haec etenim orationis ſunt ornamenta, quae praeſtantiſſimi quique ſcriptores proſaici et poëtae comprehendunt. Nobis igitur conandum eſt, quae de his ſentiamus, ea explicare; initio a primis ducto.

SECTIO XXI.

Quae ſint compoſitionis differentiae.

Equidem compoſitionis ſpeciales differentias oppido multas eſſe concedo; neque eas in compendium,

ceſſerunt. Vpt. Ob infinitivos praegreſſos aſcivi διευκρινῆσαι. Non quid ſcriptor dare debuerit, ſed quid dederit, ſpectandum. Schaef.

τὴν δὲ ποιητικὴν] τί δὲ ποιητικὴν Colb. Hvds. *Var. Lect.*

Minus accurate inſpecta ſcripturae diverſitate, Vptonus: „Colb. τί δὲ τὴν ποιητικὴν, quod probare paene cogor.“ Ego non item. Vid. ſupra p. 225. b. Schaef.

ποιήσαντες] Athenaeus T. V. p. 187. ἐπειδήπερ Περικλῆς ποιεῖν μὲν ἔφη με, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. Philoſtratus p. 829. Olear. ὅτε Πίνδαρος ἐς τὸ ποιεῖν ἀφίκετο. Schaef.

Πειρατέον] Eadem occurrunt verba non longe ab initio Sect. viceſimae quintae. Vpt.

πολλὰς διαφορὰς σφόδρα] „Adverbium σφοδρα non ſuo loco poſitum, ſed ante διαφορας collocandum videtur.“ Schottus Comment. Societ. Philol. Lipſ. I. 1. p. 45. Malim hoc ordine: διαφορὰς πολλὰς σφόδρα. Schaef.

τίθεμαι] Non ignoro uſum verbi τίθεμαι poſiti pro ἡγοῦμαι, νομίζω: hic tamen perlubenter

δυναμένας, οὔτε εἰς λογισμὸν ἀκριβῆ· οἴομαί τε ἴδιον ἡμῶν ἑκάστῳ χαρακτῆρα, ὥσπερ ὄψεως, οὕτω καὶ συνθέσεως ὀνομάτων παρακολουθεῖν, οὐ φαύλως παραδείγματι χρώμενος ζωγραφίᾳ. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἐκείνῃ τὰ αὐτὰ φάρμακα λαμβάνοντες ἅπαντες οἱ τὰ ζῶα γράφοντες, οὐδὲν ἐοικότα ποιοῦσιν ἀλλήλοις τὰ

legam πείθομαι. Sic paullo post: Τὰς μέντοι γενικὰς αὐτῆς διαφορὰς ταύτας εἶναι πείθομαι τὰς τρεῖς. Passim autem confusa haec verba. In Heliodoro p. 345. Cor. nuper editum πείθεσθαι. Vulg. τίθεσθαι. Conf. Valckenar. Diatr. Euripid. p. 9. A. Schaef.

οὐ φαύλως — ζωγραφαίῳ] F. οὐ φαύλῳ παραδείγματι χρώμενος, τῇ ζωγραφίᾳ. nam ω adhaesit e proximo vocabulo ὥσπερ. Reisk.

φαύλως] Malim cum Reiskio φαύλῳ. *exemplo satis luculento utens pictura.* Conf. Meletem. Crit. p. 112. s. Schaef.

ζωγραφαίῳ] In corrupta voce ζωγραφαίῳ duplicis lectionis est vestigium: ζωγραφικῷ et ζωγραφίᾳ: quorum illud antecedenti, hoc sequenti respondet. Sylb.

Ζωγραφιαίῳ Colb. Quod si priorem Sylburgii coniecturam admiseris, post ἐκείνῃ addas licet τῇ τέχνῃ. Upt.

Scripsi ζωγραφίᾳ, quod ipsum ex Colbertini libri scriptura nullo negotio eruas, modo deleveris male repetitam primam literam vocis sequentis. Vidit iam Reiskius. Itaque non erat cur Schneiderus meus ex hoc loco in Lexicon inferret, ut probae notae vocabulum, ζωγραφιαῖος. Rectius inferet haec: Ζωογλύφος. Meleager Epigr. XI. v. 1. XII. v. 1. Conf. Dorvill. ad Chariton. p. 512. — Ζωογράφος. Theocritus XV. v. 81.

ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν;

Valckenarius ad h. l. p. 374. B. „A Theocrito hic plene dicuntur ζωογράφοι· ut in epigr. 26 Anthol. IV. c. VIII.

Ζωογράφων ὦ λῷστε, —"

Est in Epigramm. Glauci V. v. 5. Conf. Dorvill. l. c. — Ζωοστάσιον. Eustathius ad Homer. Il. p. 531, 17. (402, 31.) σταθμοὶ δὲ τὰ ἐν τοῖς ἀγροῖς ζωοστάσια. — Ζωοτύπη. Manetho IV. v. 343.

ζωοτύπης μακάρων ἀποπλάστορας, — —

['Αποπλάστωρ non magis reperies in Lexicis. Ἀποπλάσσω, Lexicographis aut plane neglectum, aut minus curatum quam oportuerat, habent Callimachus Fragm. Bentl. CXCIV. Euenus Epigr. XI. Posidippus Epigr. XV.ª v. 5. Paulus Silentiarius Epigr. VII. v. 10. LIX. v. 2. Add. Dorvill. ad Chariton. p. 551.] — Ζωπονῶ. Philippus Epigr. XLIX. v. 4.

aut in enumerationem accuratam, venire posse existimo. Puto autem, unumquemque nostrum, quemadmodum in visu, sic et in verborum compositione, proprium charactera sequi; haud male exemplo e pictura traducto usus. Nam veluti in ea arte omnes pingendi artifices, sumtis iisdem coloribus, diversas penitus colorum mix-

τέχνῃ δ' ἐξεπόνησεν ὄψιν ἔμπνοον.

ubi obiter in altero pede nota anomaliam metricam. „Constat optimos poëtas ante Z sibi indulsisse." Dorvillius ad Chariton. p. 769. Epigramma adesp. CCCLXXXIX. v. 5.

τὸ ξίφος εἶλ' Αἴαντα μεμηνότα, καὶ πάλι ζωστὴρ
εἵλκυσε Πριαμίδην δίφρια συρόμενον.

Sed in Agathiae Epigr. VII. v. 4. probo quod Codex praestantissimus habet:

οὔτε ζωροτέρῳ μείζονι κισσυβίῳ.

Ceterum ne in Nostri loco ante ζωγραφίᾳ cum Reiskio requiras articulum τῇ, memento, huiusmodi nomina articulo facile carere posse. Conf. Meletem. Crit. p. 4 N. Potuisset Rhetor eodem sensu scribere ζωγραφικῇ. Schaef.

φάρμακα] Colores, quibus utuntur pictores, βάμματα, χρωμάτων σύγκρασις. Horatius:

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Ita et Virgilius 2. Georgic.

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

Upt.

Moeris p. 399. Φάρμακα, τὰ χρώματα τῶν ζωγράφων, Ἀττικῶς. ubi v. Pierson. Add. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 240. [Lexicis accedant: Φαρμακία. Callicter Epigr. II.

Φαρμακίησι Ῥόδων λέπραν καὶ χοιράδας αἴρει·
τἆλλα δὲ πάντ' αἴρει καὶ δίχα φαρμακιῶν.

V. Dorvill. ad Chariton. p. 405. — Φαρμακίστρια. Hesychius T. I. c. 687. Βαμβακεύτριαι. μαγγανεύτριαι. οἱ δὲ φαρμακίστριαι. e quo Glossographi loco etiam μαγγανεύτρια in Lexica inferendum. — Φαρμακοπνευτής. Nicolaus Hydruntinus Epigr. II. v. 4. in Bastii Specim. edit. nov. Epistol. Aristaen. p. 8.

φαρμακοπνευτῶν βασκάνων Ὑδρουντίνων.

V. Bast. p. 9.] Schaef.

οἱ τὰ ζῶα γράφοντες] Una voce οἱ ζωγραφοῦντες. Barbaro ζωαγράφος, cuiusmodi composita furcillis eiicienda e Lexicis, nollem Schneiderus pepercisset. Nititur illud vitiosa scriptura loci Herodotei IV. c. 88. ἀπ' ὧν δὴ Μανδροκλέης ἀπαρχὴν, ζωαγραφάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου — ἀνέθηκε. „Valla: *Ex cuius primitiis Mandrocles*

T

μίγματα· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν ποιητικῇ τε διαλέκτῳ
καὶ τῇ ἄλλῃ ἁπάσῃ, τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι χρώμενοι
πάντες, οὐχ ὁμοίως αὐτὰ συντίθεμεν. Τὰς μέντοι
γενικὰς αὐτῆς διαφορὰς ταύτας εἶναι πείθομαι τὰς
174 τρεῖς, αἷς ὁ βουλόμενος ὀνόματα θήσεται τὰ οἰκεῖα,
ἐπειδὰν τούς τε χαρακτῆρας αὐτῶν καὶ τὰς διαφο-
ρὰς ἀκούσῃ. Ἐγὼ μέντοι κυρίοις ὀνόμασιν οὐκ ἔχων
αὐτὰς προσαγορεῦσαι, ὡς ἀκατονομάςους, μεταφορι-
κοῖς ὀνόμασι καλῶ, τὴν μὲν αὐςηράν, τὴν δὲ γλαφυ-
ρὰν ἢ ἀνθηρὰν, τὴν δὲ τρίτην κοινήν. Ἣν ὅπως ποτὲ
γίνεσθαι φαίην ἂν ἔγωγε, ἀπορῶ, καὶ δίχα μοι
νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν, εἴτε κατὰ τὴν ςέρησιν τῶν

pictis animalibus commiſſionem Bospori — dedicavit. Haud ille quidem bene, teſtatus tamen legiſſe ſe disiunctim, ζῶα γραψάμενος, ut veteres ſolebant, picturae ex animalium delineatione, initia indicantes. Nihil abit a Laurentio Codex Arch., nec *) Euſtathius, ὅμοια δὲ τούτοις, καὶ τὸ κενὴ δόξα, ἡ κενοδοξία· καὶ παρ' Ἡροδότῳ τὸ, ὁ δὲ νεκρὸς ἦν θέης ἄξιος, IX, 25., ἤτοι ἀξιοθέατος, καὶ ζῶα γραψάμενος, ἤγουν ζωγραφήσας. Quorum quidem in iudicio cur acquieſcere detrectabimus?" Weſſelingius Diſſert. Herodot. p. 82. ſ. Recte igitur edidit diremtis vocibus ζῶα γραψάμενος. Sed vellem Vir Summus ſimul docuiſſet, ſatisne graecum ſibi videretur ζῶα γράφειν τι pro ζωγραφεῖν τι. Mihi quidem haec locutio, etſi Archiepiſcopo probata, permira accidit. Itaque, repudiata vulgari ratione, verba ſic diſtinguo: ἀπ' ὧν δὴ Μανδροκλέης ἀπαρχὴν ζῶα, γραψάμενος πᾶσαν τὴν ζεῦξιν τοῦ Βοσπόρου — ἀνέθηκε. Quam interpungendi rationem unice probandam eſſe, etiam inde diſcas, quod ante ἀνέθηκε repetitur non integrum illud Euſtathii, ταῦτα ζῶα γραψάμενος, ſed ſimpliciter, ταῦτα γραψάμενος. Ceterum Pauſanias eodem ſenſu dicit ζῶα γραφῇ μεμεῖσθαι. L. V. c. 11. ἔςι καὶ ζῶά τε ἐπ' αὐτοῦ γραφῇ μεμιγμένα —. Corrige, ſodes μεμιμημένα. quod iam Heynio oblatum nollem ut argutiolam inanem ſpretum fuiſſe. **) Sic in libris et ſcriptis et editis paſſim turba-

*) In Homer. p. 626, 50.

**) V. Viri Eximii *Sammlung antiquariſcher Aufſätze, zweytes Stück, S.* 165. SCHAEF.

turas faciunt: eodem modo, ſeu ligata fuerit, ſeu alia quaevis oratio, omnes etſi verbis iisdem utimur, non tamen eadem ratione illa collocamus. Generales itaque illius differentias tres eſſe arbitror, quibus ſua vocabula pro lubitu quivis imponat, earum ubi a me characteras differentiasque audiverit. Quoniam autem propria nomina, quibus eas appellem, ipſe non habeo, tanquam ſuis careant nominibus, translatis uſus, hanc *auſteram* voco, illam *politam* ſeu *floridam*, tertiam *communem*. Atqui haec tertia quo tandem modo fiat, dubito; atque anceps mihi animus eſt, quo pacto certi quid pronunciem: ſive extremorum utrius-

tum fuit. Herodotus II. c. 78. περιφέρει ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ξύλινον πεποιημένον, μεμιμημένον ἐς τὰ μάλιστα καὶ γραφῇ καὶ ἔργῳ. Wesselingius: „μεμιμημένον. Sic omnes, μεμιγμένον errore manifeſto Editi nonnulli.“ Demetrius de Elocut. XXIV. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἑρμηνείας μεμιμημένος ἀντίθεσίν τινα πλανῶντι ἔοικεν. Schneiderus p. 126. „μεμιμημένος. Ex emendatione Mureti V. L. I. 16. Vulgo μεμιγμένος. Saepius haec duo verba in Demetrio et Dionyſio confuſa invicem leguntur.“ Imagines *fingere* Cappadox dicit ζῷα πλάττειν. L. IV. c. 36. extr. Βούπαλος δὲ ναούς τε οἰκοδομήσασθαι καὶ ζῷα ἀνὴρ ἀγαθὸς πλάσαι κ. τ. λ. Schaef.

οὐχ ὁμοίως αὐτὰ] In tractatu περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότ. quatuor rationes affert Dionyſius, (quarum duas priores adſcribam) cur plura apud ſcriptores dicendi genera reperiantur, ita ut ſuo ſibi omnes ſtylo, et peculiari charactere gaudeant: pag. 302. edit. Hudſon. Τούτου δ᾽ αἰτίας οἴομαι γενέσθαι πολλάς. πρῶτον μὲν, τὴν ἑκάστου φύσιν, ᾗ ἄλλοι πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν εὖ. δευτέραν δὲ, τὴν ἐκ λόγου καὶ προαιρέσεως ἐμφυομένην δόξαν, δι᾽ ἣν τὰ μὲν ἀσπαζόμεθα, τοῖς δ᾽ ἀπεχθόμεθα. Duae, ut dixi, ſubſequuntur aliae; altera ex *opinione* animo concepta et longo uſu confirmata, ex *imitatione* altera traducta. Upt.

ἢ ἀνθηρὰν] Non agnoſcunt Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.* Cave deleas. Sect. XXIII. in. Ἡ δὲ γλαφυρὰ καὶ ἀνθηρὰ σύνθεσις, κ. τ. λ. Schaef.

ἀτρέκειαν] De hoc loco conſule Petrum Victorium, Var. lect. lib. 22, cap. 9: ubi clauſulam Pindaricam, ἀτρέκειαν εἰπεῖν, ſignificare arbitratur, *ut verum*

ἄκρων ἑκατέρας, εἴτε κατὰ μίξιν· οὐ γὰρ ῥάδιον εἰκάσαι τὸ σαφές. Μή ποτ' οὖν κρεῖττον ᾖ λέγειν, ὅτι κατὰ τὴν ἄνεσίν τε καὶ τὴν ἐπίτασιν τῶν ἐσχάτων ὅρων οἱ διὰ μέσου γίνονται πολλοὶ πάνυ ὄντες. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἐν μουσικῇ τὸ ἴσον ἀπέχει τῆς νεάτης καὶ ὑπάτης ἡ μέση, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν λόγοις ὁ μέσος ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἴσον ἀφέστηκεν· ἀλλ' ἔστι τῶν ἐν πλάτει θεωρουμένων, ὡς ἀγέλη τε καὶ σωρὸς καὶ ἄλλα πολλά. Ἀλλὰ γὰρ οὐχ οὗτος ὁ καιρὸς ἁρμόττων τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ· λεκτέον δ', ὡς ὑπεθέ-

fatear, et quemadmodum res ipsa se habet aperiam. Sylb.

Vide Ciceronis Epist. 58. ad Attic. lib. 13. *Nunc me iuva, mi Attice, consilio,* πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, *id est, utrum aperte hominem asperner, et respuam,* ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. *ut enim Pindaro, sic* δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. *Omnino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus.* Extant etiam haec poetae verba in secundo Platonis de Repub. et apud Maximum Tyrium Serm. 2. prope initium. Ita se habet locus: Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνειν ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων, δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν: seu ἐπιχθονίων, ut Stephanus corrigit. Est autem δίχα μοι νόος, quod aliis verbis ait Callimachus, Ἐν δοιῇ μάλα θυμός. *animus mihi haeret, ambigit.* Tollius hoc loco particulam ὡς subintelligi scribit, in notis suis ad Longinum. Vpt.

V. Pindari Fragm. p. 81. s. Heyn. Theognis v. 91. Brunck.

ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον, — —

Notanda haec potestas particulae δίχα significantis *diversitatem.* Aeschylus Agam. v. 1380. Sch.

τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα.

Bene editor: *Aliud enim est coniicere, aliud certo scire.* Cf. Heyn. ad Il. T. VIII. p. 190. Plane sic χωρὶς usurpatur. Simonides Il. v. 1. (Brunck. Gnom. Poët. Gr. p. 94.)

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον.

Grotius:

Non fecit unam feminae mentem Deus.

Sophocles Oedip. Col. v. 808.

χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλά, καὶ τὸ καίρια.

ut legendum cum Musgravio e Suida T. III. p. 681. qui sic interpretatur: ἄλλο ἐστὶ τὸ φλυαρεῖν, καὶ ἄλλο τὸ ἀναγκαῖα λέγειν. Idem Antig. v. 510.

σὺ δ' οὐκ ἐπαιδῇ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς;

Trachin. v. 1004.

que privatione, five eorundem miftura: neque enim facile eft, rei veritatem explorare. Num igitur fatius effet affirmare, ex remiffione et intenfione extremorum terminorum medios conftitui, qui multi admodum funt? non enim, ficuti in Mufica media ab ima fupremaque chorda aequali intervallo diftat, perinde et in orationibus accidit, ut media utrinque ab extremis pari diftantia dirimatur: eft enim ex iis, quae laxius tractanda veniunt, veluti grex et cumulus, aliaque id genus multa. Huic vero quaeftioni fufius explicandae tempus haud commodum eft: nam de variis dicendi characteribus, quemad-

— ὅς τῆσδ' ἄτην
χωρὶς Ζηνὸς καταχηλήσει.
Quod minus recte, opinor, Scholiaftes intellexit. A folo Iove Hercules exfpectat levamentum malorum. Schaef.

εἴτε κατὰ μίξιν] Idem in libello fuperius laudato: οἱ δὲ, συνθέντες ἐφ' ἑκατέρας [ἁρμονίας] χρησιμωτάτην, μικτὴν καὶ μέσην ἐξήλωσαν ἀγωγήν. Vpt.

τὸ σαφές] Antiquit. Rom. T. I. p. 267. extr. οὐκ εχω τὸ σαφὲς εἰπεῖν. p. 294. οὐ γὰρ ἔχω τὸ σαφὲς εἰπεῖν. Homerus Il. IV. v. 404.
Ἀτρείδη, μὴ ψεύδε', ἐπιστάμενος σάφα εἰπεῖν.
Schaef.

Μή ποτ' οὖν] Ellipfis eft τοῦ λογιστέον, σκεπτέον. Neceffe eft aliquid eiusmodi fubintelligatur, ut habeas cui fequentia innitantur; nifi notam interrogationis cum Hudfono ponendam cenfueris. [Hanc notam, poft ὄντες pofitam, Reiskiana retinuit. Non placet ob fubiunctivum qui fequitur: placeret, fi fequeretur indicativus, aut plane omiffum effet verbum fubftantivum. V. Bofii Ellipf. p. 437. f. Schaef.] Verum eadem aliquanto plenius tradit pag. 302. in libello de Demofthene: Τρεῖς γὰρ δὴ συνθέσεως σπουδαίας χαρακτῆρες οὗτοι οἱ γενικώτατοι. οἱ δὲ ἄλλοι, παρὰ τούτους τε καὶ ἀπὸ τούτων εἰσὶ κατεσκευασμένοι, πολλοὶ σφόδρα ὄντες, ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει διαφέροντες ἀλλήλων. Idem praeterea monet, ex tribus hisce dicendi generibus, quod omni parte purum fit et integrum, inveniri non poffe apud ullum feu vinctae feu folutae orationis fcriptorem, quin miftum in fe aliquid alieni coloris habeat, dispar fui atque diffimile. Vpt.

ἐν πλάτει] Infra p. 186. Reisk. Ὁρᾶται δὲ, ὥσπερ ἔφην καὶ πρότερον, οὐ κατὰ ἀπαρτισμὸν, ἀλλ' ἐν πλάτει. Dicitur etiam κατὰ πλάτος. V. Scriptor de Barbarifmo poft Ammonium Valckenarii p. 193. Schaef.

μην, περὶ τῶν χαρακτήρων οὐχ ἅπανθ᾽ ὅσα εἰπεῖν ἔχοιμι· μακρῶν γὰρ ἂν οἶμαι πάνυ δεήσειν λόγων· ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ φανερώτατα.

176 ## ΤΜΗΜΑ κβ΄.

Αὐστηρᾶς ἁρμονίας χαρακτήρ.

Τῆς μὲν οὖν αὐστηρᾶς ἁρμονίας τοιόσδε καὶ ὁ χαρακτήρ. Ἐρείδεσθαι βούλεται τὰ ὀνόματα ἀσφαλῶς, καὶ στάσεις λαμβάνειν ἰσχυρὰς, ὥστε ἐκ περιφανείας ἕκαστον ὄνομα ὁρᾶσθαι, ἀπέχειν τε ἀπ᾽ ἀλλήλων τὰ μόρια διαστάσεις ἀξιολόγους, αἰσθητοῖς χρόνοις διειργόμενα· τραχείαις τε χρῆσθαι πολλαχῇ καὶ ἀντιτύποις ταῖς συμβολαῖς οὐδὲν αὐτῇ διαφέρει, οἷον γίνονται τῶν λογάδην συντιθεμένων ἐν οἰκοδομίαις λίθων αἱ μήτε εὐγώνιοι, μήτε συνεξεσμέναι βάσεις, ἀργαὶ δέ τινες καὶ αὐτοσχέδιοι· μεγάλοις τε καὶ διαβεβηκόσιν εἰς πλάτος ὀνόμασιν ὡς τὰ πολλὰ μηκύνεσθαι φιλεῖ· τὸ γὰρ ἐκ βραχείας συλλαβῆς συνάγεσθαι πολέμιον αὐτῇ, πλὴν εἴ ποτε ἀνάγκη βιάζοιτο.

ὅσα εἰπεῖν ἔχοιμι] Desidero particulam ἄν. ὅσα ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. SCHAEF.

δεήσειν] δεήσει Reg. 1. et Colb. HVDS.

F. δεήσειε. Nisi praestat ἂν h. l. tollere, ponendum illud, ut modo dixi, ante εἰπεῖν. SCHAEF.

τοιόσδε καὶ] F. loco copulae huius leg. est τις. REISK.

Καὶ plane deleam. Particulae δὲ et καὶ quoties in Codicibus permutatae sint, dicere nihil attinet: hic altera alteram videtur peperisse, SCHAEF.

ἐκ περιφανείας] Conf. Sect. XXIII. in. it. p. 184. R. SCHAEF.

ταῖς συμβολαῖς] Lege ταῖς τῶν φωνηέντων συμβολαῖς. Ita loquitur pag. 303. κατὰ τὰς τῶν φωνηέντων συμβολὰς, et sensus postulat. VPT. Non persuadet. ταῖς συμβολαῖς, scil. τῶν ὀνομάτων. SCHAEF.

οὐδὲν αὐτῇ διαφέρει] Xenophon Anab. V, 4, 2. Οἱ δ᾽ εἶπον, ὅτι οὐ διοίσειεν· ἐπέκευον γὰρ τοῖς χωρίοις. Nullum de Anabaseos editoribus hic pedem offendisse miror: nam διοίσειεν illud meram

modum propofui, aliquid ut proferam, a me locus exigit; non tamen, quae poſſim, omnia, (id enim copiofam, arbitror, orationem poſtularet) ſed quae ſint notiora et manifeſta.

SECTIO XXII.

Qui ſit auſterae compoſitionis character.

Auſterae itaque compoſitionis character huiusmodi eſt. Sua ut firme collocentur verba, gradusque ſtabiles aſſumant, operam dat; ita ut ſingula veluti ex proſpectu appareant, et partes quaeque a ſe invicem ſatis iuſto intervallo ſeparentur, tempore etiam ſenſili disiunctae. Aſperis eadem ſaepiſſime et reſiſtentibus literarum colliſionibus uti ne minimum gravatur; perinde atque in aedibus ſtruendis, quum lapides cura ſelecti componuntur, ipſa fundamina neque angulis rectis conſtant, neque ad amuſſim poliuntur, verum rudia ſunt et temere coniecta. Atque magnis ut plurimum dictionibus, paſſuque grandi incedentibus produci amat: nihil enim huic inimicum adeo, ac brevibus coarctari ſyllabis; niſi id forte neceſſitas poſtulet.

barbariem redolet. Lego: ὅτι οὐ διοίσει· ἐνεπίστευον γὰρ τοῖς χωρίοις. Hutchinſonus ad h. l. „Similiter eodem verbo uſus eſt Aelian. H. V. l. 3. c. 32. Καὶ τί διοίσει, ἔφη, etc. Idem l. 7. c. 14. Οὐδὲν γὰρ διοίσει, εἴ τις, etc." Add. Rhetor infra p. 205. Reisk. Lucianus T. I. p. 789. τοῦτο μὲν οὐδὲν διοίσει. Verbi ἐμπιστεύειν hoc modo uſurpati nunc quidem non ſuppetit aliud exemplum e ſcriptis τῶν θύραθεν niſi Scholiaſtae ad Philoſtrati Heroica p. 456. Boiſſ. ubi cum verbo θαῤῥεῖν, ut eiusdem ſignificationis, iungitur: ſed recte ſic dici non dubito. Schaef.

λογάδην] Thucydides libro 4to. Ἔρυμα αὐτόθι ἦν παλαιὸν, λίθων λογάδην πεποιημένον, *ex ſelectis lapidibus*. Vpt. Sumſit ex H. Stephani Theſ. T. II. c. 651. F. qui etiam *ſelectis* vertit Debebat *collectis, collectitiis*. Schaef.

διαβεβηκόσιν] V. ſupra p. 128. m. Vpt. Conf. Toup. ad Longin. p. 365. ſ. Schaef.

ἐκ βραχείας συλλαβῆς] „Sententiae ratio maxime ſuadet, ut

Ἐν μὲν δὴ τοῖς ὀνόμασι ταῦτα πειρᾶται διώκειν, καὶ τούτων γλίχεται· ἐν δὲ τοῖς κώλοις ταῦτά τε οὐχ ἧττον ἐπιτηδεύει, καὶ τοὺς ῥυθμοὺς τοὺς ἀξιωματικοὺς καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἐκλέγεται, καὶ οὔτε πάρισα βούλεται τὰ κῶλα ἀλλήλοις εἶναι, οὔτε παρόμοια, οὔτε ἀναγκαίᾳ δουλεύοντα ἀκολουθίᾳ, ἀλλ' εὐγενῆ καὶ ἁπλᾶ καὶ ἐλεύθερα· φύσει τ' ἐοικέναι μᾶλλον αὐτὰ βούλεται, ἢ τέχνῃ, καὶ κατὰ πάθος λέγεσθαι μᾶλλον, ἢ κατ' ἦθος. Περιόδους δὲ συντι-
178 θέναι συναρτιζούσας τὸν νοῦν τὰ πολλὰ μὲν οὔτε βούλεται· εἰ δέ ποτε αὐτομάτως ἐπὶ τοῦτο κατενεχθείη, τὸ ἀνεπιτήδευτον ἐμφαίνειν ἐθέλει καὶ ἀφελές· οὔτε

βραχείαις συλλαβαῖς scribamus, sequuti vestigia interpretis latini, qui ita reddidit: nihil enim huic inimicum adeo, ac brevibus coarctari syllabis." Schottus Commentar. Societ. Philol. Lips. I. 1. p. 45. Sensum vulgatae, sanissimae illius, Interpres Latinus non male reddidit. ἐκ βραχείας συλλαβῆς est i. q. βραχείᾳ συλλαβῇ. V. Hemsterhus. ad Scholiast. Aristoph. Plut. p. 386. s. Theocritus VII. v. 6.

— Βούρινναν ὡς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν.

Musgravius ad h. l. T. II. edit. Wart. p. 410. „εκ ποδος valet ποδι, plane ut εκ χειρος Soph. Aiac. v. 26. et εκ τοξων Philoctet. v. 724. valent χειρι et τοξοις." Schaef.

οὐχ ἧττον] ὁμοίως, ἢ οὐχ ἧττον Colb. Huds. *Var. Lect.*

πάρισα] Aristot. Rhet. lib. 3. cap. 9: Παρίσωσις, ἐὰν ἴσα τὰ κῶλα· παρομοίωσις δὲ, ἂν ὅμοια τὰ ἔσχατα ἔχῃ ἑκάτερον τῶν κώλων. ἀνάγκη δὲ ἢ ἐν ἀρχῇ, ἢ ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν. Sed infinitivum εἶναι in hoc membro nec Reg. 1. nec Colb. agnoscunt. Upt.

κατ' ἦθος] Ἤθη dicuntur affectus leniores et suaviores: contra πάθη, vehementiores. Cicero lib. 1. de Divinatione: *O poema tenerum et moratum, atque molle:* ἠθικὸν ποίημα. *Hier. Wolfius: Affectus vel illos mites, vel hos concitatos.* Quintil. Upt.

συναρτιζούσας] Rectius forsan ἀπαρτιζούσας, qua voce et alibi (uti p. 35. v. 55.) utitur Dionysius: necnon Demetrius Phalereus περὶ ἑρμηνείας §. 2. quem consulas velim. Huds. *Var. Lect.*

Post συναρτιζούσας, ἑαυταῖς insero. Cui coniecturae fidem adstruunt, quae alio Dionysius loco scribit, περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. Ibi enim habet τὰς περιόδους μήτε συναρπαζούσας (lego

Atque haec quidem in *struendis* vocabulis conatur assequi, horumque est amantissima: nec minori studio membris incumbit, ut numeros dignitatis maiestatisque plenissimos eligat; ne solicita quidem, ut membra sibi ipsis aequalia sint, aut similia, aut consecutioni necessariae serviant, sed ut generosa, ut simplicia sint, et libera. Naturae magis, quam arti, ea accommodari vult, atque affectibus concitandis aptiora dici, quam moratae orationi. Periodos, quae sensa animi absolvant, plerumque non requirit: (quod si forte in eas aliquando inciderit, negligentiam ostentare quaerit, ornatumque simplicem) nec ulla nomi-

συναρτιζούσας) ἑαυταῖς τὸν νοῦν, μήτε συμμετρουμένας τῷ πνεύματι. Ita alter alteri locus auxilium dabit. Neque enim Hudsono assentior, *ἀπαρτιζούσας* conicienti. Vpt.

Vulgata bene habet: nec quidquam inserendum. *συναρτίζειν* est i. q. *συμπληροῦν*. Idem valet *συναπαρτίζειν*. Hesychius T. II. c. 1300. *Συναπηρτισμένος. συμπληρωμένος.* Schaef.

τὰ πολλὰ μὲν] Hoc *μὲν*, cui *δὲ* non respondet, submonet austeram compositionem ab huiusmodi periodis non semper alienam esse. V. Porson. ad Euripid. Orest. v. 8. Schaef.

οὔτε βούλεται] Schottus Commentar. Societ. Philol. Lips. I. 1. p. 46. mutandum censet in *οὐδὲ**) *βούλεται. ne cupit quidem.* Vulgatam non solicitem. Verto: *neque vult, et si quando forte huc delabatur, —.* Non raro post *οὔτε* sequitur *δέ*. Sic in Sophoclis Trachin. v. 1145. ff. **) Conf. Heindorf. praefat. ad Platonis Libros Quatuor p. XIX. Schaef.

κατενεχθείη] *κατενεχθῇ* Reg. 1. et Colb. Huds. *Var. Lect.*

Genuinus in tali constructione usus optativi, quem a librariis in coniunctivum persaepe corruptum videas. Schaef.

*) Antiquit. Rom. T. I. p. 9. legendum: *οὐδὲ ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες.* Schaef.

**) Verba poëtae, deleto signo commatis, sic iunge:

— — — — *ἀλλ' ἐκεῖνη*
Τίρυνθι συμβέβηκεν ὥστ' ἔχειν ἕδραν.

sed nunc forte Tirynthe habitat. ἀλλ' ἐν Τίρυνθι τυγχάνει κατοικοῦσα. Interpretes a vero sensu horum verborum mire aberrarunt. Conf. Ephorus Macrobii Saturn. V. c. 18. De usu particulae *ὥστε* pleonastico monui ad Bosii Ellips. p. 784. 924. Schaef.

προσθήκαις τισὶν ὀνομάτων, ἵνα ὁ κύκλος ἐκπληρωθῇ, μηδὲν ὠφελούσαις τὸν νοῦν χρωμένη, οὐδ᾽ ὅπως αἱ βάσεις αὐτῶν γένοιντο θεατρικαί τινες ἢ γλαφυραὶ σπουδὴν ἔχουσα, οὐδ᾽ ἵνα τῷ πνεύματι τοῦ λέγοντος ὦσιν αὐτάρκεις συμμετρούμεναι μὰ Δία, οὐδὲ ἄλλην τινὰ πραγματείαν τοιαύτην ἔχουσα ἐπίτηδες οὐδεμίαν. Ἔτι τῆς τοιαύτης ἁρμονίας καὶ ταῦτα ἴδια·

αἱ βάσεις αὐτῶν] „Sunt periodorum clausulae, vid. Ernestius in lexico technolog. Graec. rhetor. sub v. βασις, non sententiarum, de quibus latinus interpres cogitavit." Schottus l. c. Schaef.

γένοιντο] Adverte usum optativi loco coniunctivi, qui statim sequitur, ἵνα — ὦσιν. Vid. Meletem. Crit. p. 121. Schaef.

ἔχουσα] In vulg. ed. pluraliter scriptum ἔχουσαι: perperam. Sequenti versu si quis malit adverb. αὐτάρκως, fruatur suo iudicio. Sylb. Noli αὐτάρκεις tentare. V. not. sequ. Schaef.

συμμετρούμεναι] Scribo συμμετρουμένη. Antiquit. Rom. T. II. p. 683. τὴν δὲ δαπάνην — συμμετρησάμενος, ὁπόση τις ἀρκοῦσα ἔσται. Obiter moneo, in Arte Rhetor. p. 266. etiam Codicem Vindob. legere συνεμετρήθη, quod Schottus recte praetulit. Schaef.

μὰ Δία] In periodo negante, quae constat e pluribus membris, passim additur aut postremo, aut uni e posterioribus. Eodem plane modo saepiusque usurpatur νὴ Δία in periodo aiente. Vid. Meletem. Crit. p. 62. E Strabone T. IV. p. 168. nollem Tzschuckius νὴ Δία, ut inepto loco interpositum languensque, unius auctoritate Codicis expulisset. Quod enim ex Mediceo libro ascivit καὶ Δία, vehementer dubito an cuiquam probaturus sit. Primum enim, hoc si Strabo voluisset, scripsisset cum articulo καὶ τῷ Διΐ: nam quotquot praecedunt deorum dearumque nomina, articulum sibi iunctum habent. Deinde ne verum quidem est, τοὺς Ἕλληνας τοὺς πλείστους etiam Iovi προσθεῖναι τὸ ὀργιαστικὸν πᾶν κ. τ. λ. De solis hoc Cretensibus Strabo narrat p. 170. Schaef.

οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας, κατὰ ταῦτα δὲ πτώσεις] Paulo rectius fortasse legemus, οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας κατὰ ταῦτα αἱ πτώσεις. Sylb. Displicet Vptono, qui verba hoc modo refingi vult, οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας τὰς αὐτὰς πτώσεις. Locum difficilem sane et perplexum (utpote cui vocabula quaedam excidisse suspicor) nonnihil adiuvat lectio Cod. Colb. οὐδὲ ἄλλην τινὰ πραγματείαν τοιαύτην ἔχουσα ἐπίτηδες οὐδεμίαν. ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας καὶ ταῦτα

num additamenta, ad cogitata illustranda parum facientia, tantum ut orbes orationis impleantur, expetit: neque curam adhibet, ut clausulae sententiarum tragico ornatu compositae sint, aut arte expolitae; neque adeo mehercule, dicentis ut spiritui commensuratae videantur. Omnem huiusmodi curiosam elaboratae concinnitatis diligentiam de industria adhibitae prorsus negligit. Ad hanc praeterea orationis structuram inprimis pertinet,

ἴδια· ἀγχίστροφός ἐστι περὶ τὰς πτώσεις etc. *neque aliud aliquod id genus artificium de industria adhibet. Et quoniam huiusmodi orationis structurae haec propria sunt: subinde mutat casus* etc. Nec multum discrepat Reg. 1. οὐδὲ ἄλλην τινὰ πραγματείαν τοιαύτην ἔχουσα ἐπίτηδ' οὐδεμίαν ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας καὶ ταῦτα ἴδια ἀγχίστροφός ἐστι περὶ τὰς πτώσεις etc. Hvds. *Var. Lect.*

Parum, opinor, lectori satisfaciet Sylburgii coniectura. etenim fieri non potest, ut πτώσεις nominandi sit casus, cum praecedat ἐπιτηδεύει, et mox ποικίλη, ὀλιγοσύνδεσμος, sequantur: quae voces, mutatâ structurâ, absolute positae, nihil cui adnectantur, habebunt. Quod mihi adeo tentanti in mentem veniebat, id proferam; etsi doctis, sat scio, minime placiturum. haec etenim et huiusmodi loca, non suam aliunde, quam a scriptis codicibus medicinam expetunt. En mea qualiscunque: οὐδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρμονίας, τὰς αὐτὰς πτώσεις. A praecedenti τοιαύτην errore facili τοιαύτης videtur fluxisse.

Ita olim scripsi, sed iam codices sequor et Reg. 1. et Colb. qui medicinam huic loco expetitam feliciter attulerunt. Quod tamen te monitum velim, ἔτι a me habes, cum alter codex ἐπεὶ, alter ἐπὶ proferat. Vpt.

F. ἐπιτηδεύει οὐδεμίαν· ἔτι [vel ἐστι] τῆς τοιαύτης ἁρμονίας καὶ ταῦτα ἴδια. ἀγχίστροφός ἐστι περὶ τὰς πτώσεις. Ad hunc modum videtur lectio Colbertini esse refingenda. Reisk.

Secutus sum Vptonum. Ceteri, τελείως illi εἴξαντες post μὰ Δία, sic dederunt: οὐδὲ ἄλλην τινὰ πραγματείαν τοιαύτην ἐπιτηδεύει, οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἁρμονίας, κατὰ ταῦτα δὲ πτώσεις, ποικίλη κ. τ. λ. Ceterum advertendus promiscuus usus negativarum particularum deinceps positarum, οὔτε — οὔθ' — οὐδ' — οὐδὲ —. Huius usus, qui h. l. Schottum nostrum offendit (Commentar. Societ. Philol. Lipſ. c. l.), haud rara sunt exempla. Euripides Hercul. fur. v. 1106. Musgr.

ἀλλ' οὔτε Σισύφειον εἰσορῶ πέτρον,
Πλούτωνά τ', οὐδὲ σκῆπτρα Δήμητρος κόρης.

ἀγχίστροφός ἐστι περὶ τὰς πτώσεις, ποικίλη περὶ τοὺς σχηματισμοὺς, ὀλιγοσύνδεσμος, ἄναρθρος. ἐν πολλοῖς ὑπεροπτικὴ τῆς ἀκολουθίας, ἥκιστα ἀνθηρὰ, μεγαλόφρων, αὐθέκαστος, ἀκόμψευτος, τὸν ἀρχαϊσμὸν καὶ τὸν πῖνον ἔχουσα κάλλος.

Ταύτης δὲ τῆς ἁρμονίας πολλοὶ μὲν ἐγένοντο ζηλωταὶ κατά τε ποίησιν καὶ ἱστορίαν καὶ λόγους πολιτικοὺς, διαφέροντες δὲ τῶν ἄλλων, ἐν μὲν ἐπικῇ
180 ποιήσει ὅ,τε Κολοφώνιος Ἀντίμαχος καὶ Ἐμπεδοκλῆς

{Wakefieldius ad h. l. „ηδε rescribam sane pro ουδε: nam Pluto et Proserpina, ut res diversae, non erant disiungendae; nec disiungere potuit Euripides.“ An:

Πλούτωνος οὐδὲ σκῆπτρα Δήμητρος κόρης.

V. Bosii Ellips. p. 776. s.] Lycophronides Athenaei T. V. p. 35.

Οὔτε παιδὸς ἄῤῥενος, οὔτε παρθένων
τῶν χρυσοφόρων, οὐδὲ γυναικῶν βαθυκόλπων
καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει. [s. πέφυκεν.]
ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει.

quo loco mirari subit incredibilem consensum inter Gottingensem Criticum Anglumque illum eximium in *Monthly Review* Ianuar. 1799. p. 99. s. Xenophon Cyrop. II, 2, 15. οὔτε γὰρ αὐτὸς χρώμενος ἀνήλωκας αὐτὸν, οὐδὲ μὴν φίλοις γε οὐδὲ ξένοις ἑκὼν εἶναι γέλωτα παρέχεις. ubi v. Zeun. Noster infra p. 158. Reisk. οὔτε κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, οὐδὲ τῷ αὐτῷ τρόπῳ τῶν γραμμάτων ἐκφέρων ἑκάτερον. „Sic Synesius de Provid. p. 91. A. ἥκει δὲ οὔτε τῷ γένει τὴν φύσιν, οὐδ' ὅλως ἀνθρώπων τινί. Euripides Hippol. 75.

Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,
Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος.“

Boissonad. ad Philostrati Her. p. 513. Schaef.

ἀγχίστροφος] Antiquit. Rom. T. I. p. 457. ubi vulgo legitur ἀντίστροφοι, ex libro Vaticano scribendum ἀγχίστροφοι. De fortuna ibid. T. II. p. 1081. ἀβέβαιός ἐστι καὶ ἀγχίστροφος. In numero vocabulorum quae Dionysius, exemplo Thucydidis, familiaria habeat, ponit H. Stephanus Oper. in Dionys. Halic. p. 51. De homine nunc hoc, nunc illud probante Herodotus VII. c. 13. ἀγχίστροφα βουλεύομαι. Sic in Suida T. I. p. 44. de Theramene Cothurno: ποικίλος τις ὢν καὶ ἀγχίστροφος. ut in Nostro statim sequitur ποικίλη. Schaef.

τὸ πῖνον] Forsan rectius τὸν πῖνον, substantive, ut infra 26, 18. Sylb. Hanc coniecturam firmant et alia Dionysii loca: sc. p. 127. 166. 187. iuxta Ed. Sylb. Huds. *Var. Lect.*

ut frequens fit et fubita in mutatione cafuum, varia in figuris; ut conviuctionibus rariffimis utatur, nullis articulis; coufecutionis ut plurimum negligens, minime florida, fublimitatis animofae, praefracta, incomta, vetuftatem atque horridum illum et informem fitum honori fibi ducens et ornamento.

Hanc orationis ftructuram fumma diligentia multi perfecuti funt, tam in poëfi, quam in hiftoria et civili eloquentia: qui vero caeteris videntur praeftitiffe, funt, in epica poëfi, Antimachus Colophonius et Empedocles

Nihil dubitavi τὸν πῖνον refcribere. quam lectionem ad confirmandam alium tibi ex Epift. ad Pompeium locum adducam, p. 204: ὅ τε πῖνος αὐτῇ καὶ χνοῦς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἠρέμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει. Eft autem πῖνος *fermonis antiqui fqualor*, feu *oratio fitu et vetuftate fordida.* VPT.

Dedi cum Vptono genere mafculino. Infra p. 166. Reisk. οὕτως εὔπινῆ καὶ αὐστηρὰν πεποίηκε τὴν ἁρμονίαν. V. Reisk. in Hiftor. Acad. Reg. Parif. T. XI. p. 47. et Toup. ad Longin. p. 336. f. SCHAEF.

ἐπικῇ ποιήσει] Vulg. libri habent ἐπιεικεῖ ποιήσει: nihil ad rem. noftrum ἐπικῇ cum aliis confirmatur locis, tum iis qui fequuntur infra 26, 21: et 31, 47. SYLB.

Ἀντίμαχος] Quintilianus lib. 10. cap. 1: *in Antimacho vis et gravitas, et minime vulgare eloquendi genus, habet laudem. Sed quamvis et fecundas fere Grammaticorum confenfus deferat; et affectibus, et iucunditate, et difpofitione et omnino arte deficitur, ut plane manifefto appareat, quanto fit aliud proximum effe, aliud fecundum.* Idem a Catullo tumidus appellatur: *At populus tumido gaudeat Antimacho.* Grammaticus fuit et poeta; fed fcriptor, ut reliquiae indicant, obfcuriffimus, et paucis etiam aetate Hadriani notus; cum ille Imperator τὸν Ὅμηρον καταλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ εἰσῆγε. Sed quid Hadrianum, inquit Ifaac. Vossius, memoro Caefarem; cum et Platoni adeo placuerint carmina Antimachi, ut illum non tantum Choerilo, fed et aliis quoque praepofuerit poetis; et amico fuo Heraclidi Pontico ad conquirenda pleraque Antimachi fcripta Colophonem adire perfuaferit? Quae laus, ut idem cenfet, amicitiae omnino tribuenda eft, quae Platoni cum Antimacho interceffit. Patrem habuit Hyparchum; et ab Ovidio Clarius appellatur ab urbe Claro, Colophoni vicina. VPT.

Ἐμπεδοκλῆς] Poeta phyficus, Agrigenti natus: de quo Arifto-

ὁ Φυσικός· ἐν δὲ μελοποιΐᾳ Πίνδαρος· ἐν δὲ τραγῳδίᾳ Αἰσχύλος· ἐν δ᾽ ἱστορίᾳ Θουκυδίδης· ἐν δὲ πολιτικοῖς λόγοις Ἀντιφῶν. Ἐνταῦθα ἡ μὲν ὑπόθεσις ἀπῄτει πολλὰ παρασχέσθαι τῶν εἰρημένων ἑκάστου παραδείγματα, καὶ ἴσως οὐκ ἂν ἀηδὴς ὁ λόγος ἐγένετο, πολλοῖς ὥσπερ ἄνθεσι ποικιλλόμενος τοῖς ἐαρινοῖς· ἀλλ᾽ ὑπέρμετρον ἔμελλε φανήσεσθαι τὸ σύνταγμα, καὶ σχολικὸν μᾶλλον ἢ παραγγελματικόν. Οὐ μὲν δὴ οὐδ᾽ ἀνεξέλεγκτα παραλιπεῖν τὰ ῥηθέντα ἥρμοττεν, ὡς δὴ φανερὰ καὶ οὐ δεόμενα μαρτυρίας· ἔδει δέ πως τὸ μέτριον ἀμφοῖν λαβεῖν, καὶ μήτε πλεονάσαι τοῦ καιροῦ, μήτε ἐλλιπεῖν τῆς πίστεως. Τοῦτο δὴ πειράσομαι ποιῆσαι, δείγματα λαβὼν ὀλίγα παρὰ τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν. Ποιητῶν μὲν οὖν Πίνδαρος

teles in Poet. Οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ὁμήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. διὸ τὸν μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν· τὸν δὲ Φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν. Sed ita de Empedocle Lucretius:

Carmina quin etiam divini pectoris eius
Vociferantur, et exponunt praeclara reperta,
Vt vix humana videatur ſtirpe creatus.

Vpt.

recipere non sinit. πειρᾷν minime tamen obſceno illo ſenſu h. l. accipiendum, quo poſtea, apud Atticos inprimis, dicitur in re amatoria, de quo adi Ruhnken. ad Tim. p. 210. Comparatur Latinorum *tentare;* vid. Ovid. Art. Am. I. 273. 365. Cf. Eurip. Cycl. 577. αἱ Χάριτες πειρῶσί με. Ad illud πειρᾷν σαγήνεσσαι Φιλότητα accommodatur θηρᾷν, quod ap. Atticos frequens. Vide Xenoph. Memorab. S. III, 11, 7. ſqq. II, 6, 8. Cyrop. II, 4, 8. VIII, 2, 1. ubi etiam τούτοις ἐπειρᾶτο τὴν Φιλίαν θηρεύειν fortaſſe conferri poteſt. Cum fine illius Strophes non inutiliter comparabis Eur. Bacch. verſus ſimillimos 1310. 1311. cet.

λέγων· τίς ἀδικεῖ, τίς σ' ἀτιμάζει, γέρον,
τίς σὴν ταράσσει καρδίαν λυπηρὸν ὤν;

Verſu paenultimo denique τὺ δ' αὐτὰ displicet. Conſtat enim αὐτὸν ſemper opponi ſolere rei, quae ad ipſum pertineat. Sed hic αὐτὰ quo referatur, non habet. Quare certa emendatione ſcribendum

τὺ δ' αὖτε
σύμμαχος ἔσσο.

αὖτε, *iterum*, reſpicit ad καὶ νῦν ſuperiore verſu. Sic αὖτε ſupra v. 18. Sapph. Fr. X. Pindar. Od. II. 162. etc.

SIMONIS BIRCOVII

EXEMPLA LATINA,

GRAECIS DIONYSII RESPONDENTIA.

NOMINA AVCTORVM,

EX QVIBVS LATINA EXEMPLA SVNT SVMPTA.

Aelius Spartianus.
A. Gellius.
Auctor ad Herennium.
C. Val. Catullus.
M. T. Cicero.
Ennius.
Gloſſarium vetus.
Hegeſippus.
Hermogenes.
Horatius.
T. Livius.
Lucretius.
Marius Victorinus.
Plinius.
Rufinus
Salluſtius.
Terentius.
Varro.
P. Virgilius.

LECTORI BENEVOLO SALVTEM

SIMON BIRCOVIVS.

Cum hunc libellum Dionyſii Latinum feciſſem, cogitavi mecum fruſtra me laborem inſumpſiſſe, ſi iis qui Graece intelligerent, Latina obtruderem; aut iis qui Latine loquentem Dionyſium legere vellent, aeque difficilem, propter exemplorum Graecorum multitudinem, proponerem. Nam praecepta elocutionis fruſtra ſane a Graecis petuntur, ſi uſus eorum in bonis Latinis auctoribus non oſtendatur. Cum vero vellem quomodocunque praecepta Dionyſii Latinis exemplis explicare; alia me difficultas preſſit. Video enim dicendi bonos artifices, non tam ad ſuas praeceptiones aliorum ſcripta examinare; quam ad alicuius ſummi Oratoris aut Poetae illas conformare. Non enim ille divinus impetus ſcribendi aut dicendi praeceptorum cancellis continetur; ſed potius imitandus ab ingenioſis dicendi magiſtris proponitur.

ut non mirum ſit, ſi Cicero ipſe aſſidua quadam exercitatione in dicendo, ſe ipſum ſuperarit: qui non tam praeceptis ſuas orationes, quam praecepta orationibus dirigebat. Me igitur hoc ipſum, ne Latinis exemplis Graecorum praecepta illuſtrarem, reprimebat. Verumtamen cum viderem Latinos quosdam id praeſtare conatos fuiſſe, ut dum Dionyſii doctrinam ad ſua ſcripta transferrent, eandem Latinis exemplis illuſtrarent, itidem ipſe faciendum putavi, ut Dionyſium non ſolum Latine loquentem et praecepta tradentem exhiberem: ſed praeceptis Latina etiam exempla, quoad fieri poſſet, accommodarem: ne omnino in Latino ſermone Graecorum induſtria deſideraretur: aut cum in Latina converſione, ſententiis expreſſis, Verborum Collocationis via ac ordo ſervari non poſſet; a Graecae linguae ignaris minus intelligerentur.

EXEMPLA LATINA

GRAECIS DIONYSII RESPONDENTIA.

Pag. 18, ver. 17. [ed. Vpton.] Τῶδ' αὖτ' ἐν κλισίῃς.] Virgilius etiam res humiles pari elegantia conſcripſit, *Georg.* 2, ver. 385:

Nec non Auſonii, Troja gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto;
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis.
Et te, Bacche, vocant per carmina laeta, tibique
Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.

Aeneid. quoque lib. 5, ver. 328.

——— Levi cum ſanguine Niſus
Labitur infelix: caeſis ut forte juvencis
Fuſus humum, viridesque ſuper madeſcerat herbas.

et infra, ver. 357:

Et ſimul his dictis faciem oſtentabat, et udo
Turpia membra fimo. riſit pater optimus olli.

Pag. 24, ver. 1. Γύγη, οὐ γάρ σε δοκῶ.] Pari verborum ſuavitate, et elegantia collocationis, ea quae in operto fuerunt, T. Livius lib. 39, cap. 9, deſcripſit. *Scortum,* inquit, *nobile libertina Hiſpala Fecenia, non digna quaeſtu cui ancillula aſſueverat; etiam poſtquam manumiſſa erat, eodem ſe genere tuebatur. Huic conſuetudo iuxta vicinitatem cum Aebutio fuit; minime adoleſcentis aut rei aut famae damnoſa: ultro enim amatus appetitusque erat, et maligne omnia praebentibus ſuis, meretriculae munificentia ſuſtinebatur. Quin eo proceſſerat conſuetudine capta, ut poſt patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore a tribunis et praetore petito, quum teſtamentum faceret, unum Aebutium inſtitueret haeredem. Haec amoris pignora quum eſſent, nec quicquam ſecretum alter ab altero haberent, per jocum adoleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet. Religionis ſe cauſa, ut voto pro valetudine ſua facto liberetur, Bacchis initiari velle. Id ubi mulier audivit, perturbata,* Dii meliora! *inquit:* mori et ſibi et illi ſatius eſſe, quam id faceret, et in caput

eorum detestari minas periculaque qui id suasissent. *Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam adolescens, Parcere execrationibus jubet: matrem id sibi, assentiente vitrico, imperasse;* etc.

Cic. in orat. pro Milone: *Milo autem cum in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus dimissus est; domum venit: calceos, et vestimenta mutavit: paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est: deinde profectus est id temporis, cum iam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat, redire potuisset.*

Pag. 28, ver. 11. Ἀλλ' ἔχων ὥςε.] Exemplis his utitur etiam Hermogenes de Ideis. Sed ut Dionysius Homeri versus alio genere carminis immutat, ut vim Collocationis ostendat: ita nobis facere liceat in Virgilio, cuius carmina ex Aeneid. lib. 8, Ithyphallica faciamus. Sunt autem haec:

Inde, ubi prima quies medio iam noctis abactae
Curriculo expulerat somnum, cum foemina, primum
Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva,
Impositum cinerem et sopitos suscitat ignes,
Noctem addens operi, famulasque ad lumina longo
Exercet penso; castum ut servare cubile
Coniugis, et possit parvos educere natos.

Ithyphallica autem erunt hoc modo:

Curriculo veluti noctis medio iam abactae
Foemina, cui tolerare colo et tenui Minerva
Vitam, impositum cinerem suscitat, et sopitos
Ignes, noctem addens operi, famulasque longo ad
Lumina penso exercet, coniugis ut cubile
Castum servare, atque educere possit natos.

Pag. 32, ver. 20. Ὅτι δὲ καὶ ἡ πεζὴ λέξις.] Solutam quoque orationem, quod et ligata, pati posse, ut alia atque alia, mutata collocatione, esse videatur, Cicero in Oratore prope finem docet his verbis:

Quantum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum. corrumpetur enim tota res, ut et haec nostra in Corneliana, et deinceps omnia, Neque me divitiae movent, quibus omnes Africanos, et Laelios multi venalicii, mercatoresque superarunt. *Immuta paullum, ut sit,* multi superarunt mercatores, venaliciique; *perierit tota res. Et quae sequuntur,* Neque vestis, aut caelatum aurum, et argentum, quo nostros veteres Marcellos, Maximosque, multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt. *Verba permuta sic, ut sit,* Vicerunt eunuchi

e Syria Aegyptoque. *Adde tertium,* Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paullum, et L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacile Deliaco, aut Syro potuisse superari. *Fac ita,* potuisse superari ab aliquo Syro, aut Deliaco.

Videsne, ut ordine verborum paullum commutato, iisdem verbis, stante sententia, ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dissoluta; aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque, ordine verborum paullum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens, ac solutum. Age, sume de Gracchi apud censores illud, Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit; probos improbare, qui improbos probet. *Quanto aptius, si ita dixisset,* quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare? *Hoc modo dicere nemo unquam noluit: nemoque potuit quin dixerit.*

Pag. 44, ver. 17: Ἄνδρα μοι ἔννεπε.] Similiter Virgilius Aeneid. lib. 1, a nomine inchoat;

Arma virumque cano.

et, Aeneid. 11:

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

Pag. 46, ver. 9: Κλῦθί μευ.] Eodem modo Virg. a verbo incipit Aeneid. lib. 7:

Pandite nunc Helicona, Deae, cantusque movete.

et lib. 1, ver. 319: —— *dederatque comas diffundere ventis.*

Pag. 46, ver. 23: Τύπτε δ' ἐπιστροφάδην.] Virgilius etiam id observavit; nam primum verba, post adverbia posuit; ut Aeneid. lib. 1, ver. 389: *Perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.* et ver. 401:

Perge modo, et qua te ducit via, dirige gressum.

et ibidem,

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.

Pag. 48, ver. 5: Βοτρυδὸν δὲ πέτονται.] Etiam Virgilius non observavit verba praeponere adverbiis. ut Aeneid. lib. 7,

Nunc age qui Reges Erato.

et lib. 8:

Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.

Pag. 48, ver. 12: Αὖ ἔρυσαν μέν.] Sic Terentius in Andria sequitur rerum ordinem, dum dicit,

Effertur, imus, ad sepulchrum venimus:
In ignem posita 'st, fletur.

et Virg. Aeneid. 11, ver. 858:

Dixit: et aurata volucrem Threissa sagittam

Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longe; donec curvata coïrent
Inter se capita, et manibus iam tangeret aequis,
Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.

Pag. ead. ver. 20: Πλῆξεν ἀνασχόμενος.] Etiam Virgilius hac ὑςερολογίᾳ usus est; ut Aeneid. 1, ver. 178:

* *Et torrere parant flammis, et frangere saxo.*

et ver. 175:

Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Pag. 56, ver. 33: Τοῦτο τὸ ςοιχεῖον.] Sic etiam Latini Poetae, *Gnatus* pro *natus*. Virg. Aeneid. IX, ver. 55: *Evandre* pro *Evander:* — *At non Evandre, pudendis Volneribus pulsum aspicies. Temnere*, pro *contemnere*. Sic etiam Cicero synaloepha usus esse videtur: *Cred' ego vos mirari*, *etc.* cum hic nulla esse videatur. *Ego omni officio*. Sic *conficere*, pro *facere: amarunt*, pro *amaverunt*. Huius generis sunt Comicorum etiam verba: *Dic sodes*: et, *apage sis:* et, *Aedepol*, et, *Aecastor*. Etiam historicorum, *Mehercule, medius fidius*. Sic etiam cum dicitur, *agier* pro *agi: dicier* pro *dici*. De transformatione vocabulorum vide Ciceronem in Oratore.

Pag. 58, ver. 20: Ὑμεῖς τε ὦ Λακεδαιμόνιοι.] Sic Cicero *in Oratore* cap. 66, L. Crassi dictionem transformat, et ex bona malam efficiens, ostendit quae vis sit collocationis, his verbis: *Ex hoc genere illud est Crassi*, Missos faciant patronos: ipsi prodeant. *Nisi intervallo dixisset* —— ipsi prodeant, —— *sensisset profecto effugisse senarium: omnino melius caderet*, prodeant ipsi. Iam vero, cap. 63, de industria ex bono facit deterius: Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit. *Hic dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quaero nonne id numerus effecerit?* verborum ordinem *immuta; fac sic*, comprobavit filii temeritas: *iam nihil erit.*

Pag. 62, ver. 6: Εἰ τοῦτον ἐξήνεγκε τὸν τρόπον.] Simili gradatione per negationem Cicero 12. Philip. cap. 3, usus est. *Quid enim, per Deos immortales! potest Reipublicae prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid si etiam nocuit?* Si autem ita protulisset, *Nostra legatio non poterit prodesse Reip. immo obfutura est, et iam nocuit*, universa elegantia cor-

* Nulla est in his, ut falso autumat Bircovius, ὑςερολογία adi Servium.

rueret. Similiter 1, Offic. cap. 1, eſt gradatio: *Quamobrem diſces tu quidem a principe huius aetatis Philoſophorum, et diſces, quamdiu volem: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non poenitebit.* Quod quidem hac ſimplici forma potuiſſet proferre, *Quamobrem tu quidem diſces a principe Philoſophorum huius aetatis, quamdiu voles, et quoad te, quantum proficias, non poenitebit.*

Pag. 62, ver. 23: Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι.] Sic pleno orbe utitur Salluſtius in bello Jugurthino, cap. 4. *Qui ſi reputaverint, et quibus ego temporibus magiſtratum adeptus ſim; et quales viri idem aſſequi nequiverint; et poſtea quae genera hominum in Senatum pervenerint; profecto exiſtimabunt, me magis merito, quam ignavia, iudicium animi mei mutaviſſe.* Plenus eſt orbis huius ſententiae: verumtamen addidit adhuc duo membra, *maiusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, Reipublicae venturum.* Etiam verbi fit adiectio: ut apud eundem ibidem: *Verum ego liberius, altiusque proceſſi, dum me civitatis morum piget, taedetque.* poſtremum verbum additum non ſolum ſententiam pleniorem facit, ſed etiam clauſulam reddit numeroſiorem.

Et Cicero lib. 3, Accuſ. in C. Verrem, *Nam ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorum iniuria detrahi, Populus Romanus habeat: praeſertim in tantis aerarii anguſtiis.* hic ultima verba adiecta ſunt, κατ' ἐπισύναψιν.

Idem lib. 4, Accuſ. in C. Verrem, *Itaque hoc nefario ſcelere concepto, nihil poſtea tota in Sicilia neque ſacri, neque religioſi eſſe duxit.* verbum non neceſſarium (*neque religioſi*) adiectum eſt.

Pag. 64, ver. 16: Τί δὲ δὴ τὸ παρ' Αἰσχίνῃ.] Cicero einsmodi etiam converſione utitur, rarius tamen propter nimiam illius elegantiam; ut pro Milone:

Qui eos ſervos poſtulavit? Appius. Quis produxit? Appius. Vnde? ab Appio. Si autem dixiſſet, *Appius eos ſervos poſtulavit, et produxit*, nulla gratia eſſet. Et pro domo ſua, *Dico igitur, et quam poſſum maxima voce dico.* Non haberet autem hanc gratiam, ſi dixiſſet, *Dico igitur maxima voce.*

Pag. 66, ver. 2: Τῆς δὲ Ἀφαιρέσεως τίς.] Cicero in Divinatione, cap. 18, uſus eſt periodo nimis conciſa: *Hic tu, ſi laeſum te a Verre eſſe dices; patiar, et concedam: ſi iniuriam tibi factam quereris; defendam, et negabo.* dicere ſiquidem Cicero potuit, *defendam Verrem, et negabo tibi eſſe iniuriam factam.* Et pro Cornelio Balbo, *Quid*

est, Iudices, non solum in legibus positum, sed etiam in privatorum voluntate? si adiecisset *positum*, nulla esset orationis suavitas. Periodos eiusmodi Graeci μειούρους appellant.

Pag. 76, ver. 5: Διαλέκτου μὲν οὖν.] Pronunciationis occulta vis in componendo, μέλος, id est, *modulatio* dicitur. Melos enim est modulatio vocis suavis, quam intentio facit, et remissio, in certis quibusdam et definitis locis. Haec intentio aut remissio dicitur Graecis διάστημα, Latine spatium. Vox autem triplex est: Cantus, sermo, et clamor. Cantus proprie dicitur vox διαστηματικὴ, hoc est, *spatiis distincta,* quae varie resonando sursum deorsumque subsistit. cernitur non tantum in homine, sed et in instrumentis musicis. Sermo dicitur vox συγχὴς, *confusa.* haec continue et tractim progreditur, ita ut vix signato spatio, mox continuo recurrat. Clamor autem μέλος non recipit, nec tono comprehenditur. Spatia haec διαστήματα dicuntur, tonorum quaedam rationes et modi. Quae licet non appareant adeo in sermone, atque in cantu, sunt tamen: sed aliter in sermone, aliter in cantu observantur, ut Dionysius notat. Intentionem autem, et remissionem modulationis syllabarum in sermone, intra diapente, ex quo μέλος nascitur, metiendam esse Rhetores docent. primum ex quantitate: deinde, ex accentu dictionis proprio; tertio, ex natura vocalis argutae; quarto, ex allocutionis forma, seu figura sententiae, quae separatur a dictione. Ex quantitate: nam semper longa elevatur, brevis deprimitur. Ex accentu: nam et syllabae breves accentu acuto notatae elevantur. Ex natura vocalis: nam una vocalis longa, longior aliquando fit ex complexu consonantium; similiter brevis brevior: ergo elevatur longior magis, quam simpliciter longa. Item vocalis brevis eadem fit aliquando brevior propter complexionem consonantium: ideo magis deprimenda, quam simpliciter brevis. Sed de his aget auctor noster, cum μέλος in oratione bona explicabit. Porro allocutiones suas intensiones, et depressiones habent. Nam interrogatio finalem acuit; ut, *Qua spe inimica in gente moraris?* unde eam Varro casum verbi appellat. Obsecratio circumflectit penultimas, etiamsi breves; ut, *Serva me obsecro.* Sic oratio virilis, commota, religiosa, lamentabilis, varia, flexa, flebilis, suavis, intensa, remissa, furibunda, plana, moderata, gravis, magnifica.

Nunc examinemus exemplum Euripidis, quo Dionysius utitur:

Σίγα σίγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης Τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε.
Ἀπὸ πρόβατ' ἐκεῖσ' ἀπόπροθι κοίτας.

Imprimis dicit tres dictiones Σίγα, σίγα, λευκόν, in unifono proferri, fine differentia accentuum: ratio eft, quia eft oratio virilis cohortans, et habet ab initio fyllabarum intentionem, unde nec accentus valent. Haec autem dictio λευκὸν etiam in unifono profertur: quoniam primae fyllabae longae fine accentu, pofterior brevis cum accentu aequalis eft. fimiliter et ἴχνος. Haec autem dictio ἀρβύλης duas pofteriores acuit: quoniam prima fyllaba eft fine accentu, media acuitur, etfi fit brevis, propter ultimam longam; ultima etiam acuitur, quia longa. Haec rurfus dictio τιθεῖτε, etfi mediam circumflectit, tamen quia eft adhortantis vox, duas pofteriores acuit: fimiliter et κτυπεῖτε. Porro ἀπὸ πρόβατ' perdit fuum accentum in πρό. nam dictionis ἀπὸ ultima fyllaba longa eft, propter fequentes confonantes: πρόβατε autem brevia funt; ideo maior ratio in elevando longae habenda eft, quam brevis. Quare ut ex accentu μέλος appareat, omiffis propriis accentibus, in his carminibus, ubi elevatio aut depreffio effe debeat, fic annotemus.

Σιγά σιγά, λεύκόν ἴχνός ἀρβύλής τιθείτέ μή κτυπείτέ. ἀπό προβάτ' ἐκείσ' ἀπόπρόθι κοίτάς. Haec fyllabarum elevatio, aut depreffio intra fpatium *diapente* contineri debet. Sed quae fyllabae fuperius aut inferius ponantur, (nam poteft fyllaba longa longior effe) quae fyllabae intra *diapente* uno tono eleventur, aut deprimantur, quae deinde ditono, quae per quartam, quae per femitonium usque ad fummum *diapente*, iam fcrupulofioris inveftigationis eft. Auctor tamen nofter infra, cum de vocabulis fonoris, mediis, et infimis docet, et de confonantium generofitate et ignobilitate tractat, annotare videtur locos modulandi fermonis intra *diapente*. Nam quae vocales fonorae fupra, quae minus fonantes infra ponentur. Hoc idem et de confonantibus intelligendum.

In Latinis etiam eam modulationem confideremus exemplis. Terentius in Andria, *Iuno Lucina fer opem. ferva me obfecro.*

Ifta dialectus intra *diapente* non continetur: quia vox clamantis potius mulierculae eft, quam dicentis: habet tamen tonos fuos. Imprimis tres priores fyllabae in unitono proferuntur: quoniam omnes funt longae, nec prima elevatur, quia eft oratio erecta. Media in dictione *Lucina* usque ad quintam elevatur: quoniam vox implorantis eft, tum quia natura accentum circumflexum habet. Vltima

deprimitur duobus tonis et ſemitonio: quoniam eſt brevis natura, longior tamen quam tres illae ſyllabae priores: ideo ſuperior erit illis tono. Illa deinde dictio *Fer*, tono inferior eſt primis tribus ſyllabis, atque deprimitur tono ſub *diapente:* quia, ut dixi, magis clamor eſt, quam ſermo, mulierque quam maxime poteſt intendit, et remittit vocem: deprimitur autem adeo graviter, quod neque conſonantes, neque vocalem generoſam habet. Aſſurgit tono dictionis prima ſyllaba, *Opem*, quam poſterior tono ſuperat: quoniam *O* vocalis generoſa eſt, ſed ſyllaba *pem* longior. Porro tres ſyllabae ſequentes ſemitono aſcendunt ſupra: inſurgit enim, et molleſcit ſimul oratio. Vltima dictio *Obſecro*, deprimit primam ſyllabam ſemitono, alteram ſemitono eodem elevat, tertiam ſemitono et tono deprimit: quoniam, ut dixi, obſecratio penultimas attollit, etſi breves ſint: unde catalexis illius convenit cum principio.

Illud etiam, (Cic. in Oratore, cap. 49.) *Auratos aries Colchorum,* magnificum et venerandum eſt; quod diatonico genere clauſulam complet. Horatii illud,

Maecenas, atavis edite regibus:

nunc tono, nunc ſemiditono, nunc ditono, progreditur. Illud praeterea,

Lydià, dic, pèr ómnés
Té Deós óró, Sybarin cúr próperás ámándo
Pérderé.

deſcendit ſtatim ditono; frequentiusque deſcendit, et tonum flectit, cum catalexi ditona. Illud vero,

Scribéris Varió fórtis, et hoſtiúm
Victór, Maeónii cárminis álitè,
Quám rém cumqúe feróx návibús aút èquis
Milés, te dúcè géſſerit.

Hic hemitonum ſpatium bis repetit, deinde ſemiditonum et toniaeum, attollens ultimam in catalexi. Sic Cicero in Oratione pro Milone, *Etſi vereor, iudices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere.* Nam hucusque progrediens ſyſtema fecit in *diapente:* hinc deſcendit et in eadem chorda haeret; praeterquam in penultima huius membri, quam ſemitonio inflexit, et denique clauſula quievit pentaſyllabá. Ad perfectam autem eorum omnium cognitionem, cognoſcendi ſunt toni, videlicet Dorius, Phrygius, Lydius, Sublydius: qui ſuo more inflectere harmoniam docent. Sed haec ſcrupuloſius perſequi nimis operoſum.

Pag. 76, ver. 6: Οὔτε ἀνίεται.] Verte *neque remittatur:* quippe *intendi* et *remitti* respondent Graecis ἐπιτείνεσθαι et ἀνίεσθαι. Quanquam enim hodie (et per aliquot secula) nos *acutum in alto ponimus et grave in imo:* sciendum autem (quod tamen pauci advertunt) Graecorum musicorum veterrimos fecisse contrarium. Adeoque, quum eorum lyra erat Tetrachordis, Gravissima dicebatur *Hypate*, ὑπάτη, *Summa;* et Acutissima quidem *Nete*, νήτη vel νεάτη, *Ima vel ultima*. Sic utique censebantur, et hoc ordine, *Hypate*, *Parypate*, *Paranete*, *Nete:* id est, *Summa*, *Prope-summa*, *Prope-ima*, *Ima*. Quod quum posteriores aliquot scriptores (per aliquot retro secula) non bene notaverint, multum sibi fecerunt negotii, seque mire torserunt in exponendis veterum nominibus et loquendi formulis. vide Wallisii τοῦ μακαρίτου Appendicem ad Ptolemaei Harmoniea ab ipso edita. *Hudsonus.*

Ibid. Καθ' ἓν μόριον λόγου.] Malim interpretari *una sermonis* (quam *orationis*) *particula*. Non enim hic agitur de *octo partibus Orationis*, ut in Grammatica loqui solent, sed de *sermonis seu prolationis* particula. Quippe hoc vult: non omnem dictionem, quae uno prolationis membro continetur (monosyllabam intellige) sic posse vel gravi tensione (pariter ac acuta) proferri: sed nec (omnem) utraque: (quippe monosyllaba vox brevis, accentum si quem habet, acutum natura sua postulat; longa vero, nunc acutum, nunc circumflexum) quae vero dictiones utrasque admittunt tensiones, earum aliae habent in eadem syllaba cum acuto commistum grave, quas tensiones circumflexas vocamus; aliae in alio atque alio loco (separatim) utrumque, propriam sui naturam retinens. Si qua vero vox accentum inclinat suum, vel nullum habet, hoc est praeter naturam rei. *Idem.*

Pag. 92, ver. 6: Ὁ ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν.] Cum multae sint opiniones de numero, et sufficientia Latinarum literarum, licebit nobis naturam ipsam sequi, nec plures statuere, quam quot Latini statuerunt. Natura enim discimus, si principia et originem literarum scrutemur, non plures esse, quam quas Latini delegere. Quinque vocales a, e, i, o, u: unam aspirationem, h: quatuor mutas molles, b, d, g, q: totidemque tenues, b, c, t, k: quatuor liquidas, l, m, n, r: unam semivocalem f. Aliae autem literae, si quae sunt, partim ab his corruptae, partim compositae, partim secundum idioma cuiuscunque linguae immutatae, partim Graecae. Nam f longo tempore Latini

caruerunt; nihilque aliud est, nisi aspiratum p. Porro, x, y, z, Graecorum sunt.

Pag. ead. ver. 19: Ἔστι δὲ ταῦτα.] Septem vocales Graecorum Latini habent. α Graecum, a Latinum exprimit: ε, Latinum e breve: η, e longum: ο Graecum, o breve Latinum: υ, u commune Latinum: ω, o longum Latinum: η enim Graecorum, duplex e e valet, ω autem duplex o o.

Pag. 94, ver. 15: Αὐτῶν δὲ τῶν μακρῶν.] A longum non tantum apud Graecos, sed apud Latinos etiam sonantissimum est: ut, *fatum amabant.* Cicero Accus. 6, *Propter est spelunca quaedam, conversa ad Aquilonem, infinita altitudine.* Apud eundem (in Tuscul. Quaest. cap. 9, lib. 2.) extant e Trachiniis Sophoclis conversa carmina, mira suavitate A repetita.

Haec dextra Lernam taetram, mactata excetra,
Placavit: haec bicorporem afflixit manum:
Erymanthiam haec vastificam abiecit beluam:
Haec a Tartarea tenebrica extractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem.

Virgil. Aeneid. 9, ver. 50:

Maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.

et lib. 7mo ver. 785,

—— *Crinita iuba galea alta Chimaeram.*

Pag. ead. ver. ult. Δεύτερον δὲ τὸ η.] Secundum locum obtinet apud Latinos E longum.

Ovid. *Vt flerent, oculos erudiere suos.*

Virg. Aeneid. 2:

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

et, *Quae tantae tenuere morae?* —— et, *Incubuere mari.* —— et, *O terque quaterque beati.*

Pag. 96, ver. 3: Τρίτον δὲ τὸ ω.] Tertium locum obtinet O longum. Cicero, *Ego omni officio caeteris satisfacio omnibus.* Et pro Roscio cap. 1: *Credo ego vos, judices, mirari.* Et, *Video, P. C. in me omnium ora atque oculos esse conversos: video vos non solum de vestro ac Reipublicae, verum etiam, si id depulsum sit, de meo periculo esse sollicitos.* Virg. Aeneid. 5. ver. penult.

O nimium coelo et pelago confise sereno.

Pag. ead. ver. 5. Ἔστι δὲ ἧττον τούτου τὸ υ.] Non inferiorem vim habet u Latinorum; sed tum sonantius, cum est longum: ut Virg.

Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra.

Pag. ead. ver. 7: Ἔσχατον δὲ πάντων τὸ ι.] I Latinum, quemadmodum duplex est, longum et breve: ita etiam suave vel insuave est. I breve minus suave est, ut *imitari.* cum longum est, semper est sonans, et tum praesertim, cum insignis est collocatio: ut Virg. Ecl. 8. ver. 41:

Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

In *perii* tantam vim habet littera I, ut ab insequente u non sit absorpta.

Pag. ead. ver. 10: Τῶν δὲ βραχέων.] E Latinum breve, minus aures ferit: O autem breve laudatur magis, propter sonum pleniorem et rotundiorem. Exemplum e brevis apud Ciceronem in Tusc. *Neque te mei miseret, surge et sepeli natum.* Et Virg. Aeneid. 1:

Contigit oppetere.

Pag. 98, ver. 26: Ἡδύνει μὲν γὰρ αὐτὴν τὸ λ.] Littera L suavis est. ut Virg. *Qui legitis flores.* et Aeneid. 8. ver. 140:

At Maiam, auditis si quicquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, coeli qui sidera tollit.

Contrariam autem naturam l et r obtinent. Nam ut r asperum quid, ita l humile denotat. ideo res humiles litera l designat. ut, *Labella, tenella, mollicellum, suaviolum.* Virg. *Mollia luteola pingit vaccinia caltha.* et Catullus, *Turgiduli ocelli.* Virg. *Si quis mihi parvulus aula Luderet Aeneas.* Auctor ad Heren. lib. 4: *Qui tuo nomine velis ex aliorum laude libare laudem.*

Pag. 100, ver. 1: Μέσως δέ πως.] M adhibetur, ubi res magna vel machina describitur. Virg. 1. ver. 61. *Molemque et montes insuper altos.* Propter mollitiem autem apud Latinos contrahitur: quamquam suam gravitatem retinet.

Pag. ead. ver. 3: Ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ σ.] Ideo propter frequentem repetitionem S, non satis illa Ciceronis initio *Topicorum* congruunt: *Maiores nos res scribere ingressos, C. Trebati, et iis libris, quos brevi tempore satis multos edidimus, digniores, e cursu ipso revocavit voluntas tua.*

Quamquam animadvertitur, quoties moderate sumitur, neque mollem, neque barbarum sonum efficere: suavis enim versus ille 1 Georg. ver. 389:

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

et ille virilis, Aeneid. 5, ver. 46:

Annuus exactis completur mensibus orbis.

Pag. 102. ver. 1: Τριῶν δὲ τῶν ἄλλων.] Ψ litera apud Latinos non eſt, nec ζ: fulciunt tamen haec duo elementa imitationem, quae a ſimilibus literis fieri ſolet. Nam una quaepiam vox in qua ζ ſit, adiuncta aliis ubi S repetitur, illam adiuvat. ψ vero, etſi non eſt apud Latinos, tamen eius ſonum imitatur ſyllaba ex duabus conſonantibus PS. ut Aeneid. 1, ver. 118: *Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus.* Cum autem eſt vehemens aliquid exponendum, non PS rectum ponitur, ſed etiam inverſum: ut, Aeneid. 7, ver. 568: *Hic ſpecus horrendum, ſaevi ſpiracula Ditis.* Z autem Virg. uſurpat: ut, *Troia gaza per undas.* et, *nemoroſa Zacynthos.* et, *Liquitur et Zephyro putris ſe gleba reſolvit.* X etiam non inſuave. ut *Ovid. Xanthe retro propera.* et, *Pabula guſtaſſent Troiae, Xanthumque bibiſſent.* Virg. Aeneid. 1, ver. 473.

Pag. 102, ver. 7: Τῶν δὲ καλουμένων ἀφώνων.] Mutae quia per ſe ſonare non poſſunt, hoc nomen ſortitae ſunt. Harum omnium natura eſt, ut linguam inter pronunciandum remorentur, et quaſi cum faſtidio ſine labore quodam vocum pronunciationem efficiant. Latini autem carent mutis, quae referant χ et ϑ: quanquam loco χ, utantur c cum aſpiratione: ut *Achaïca caſtra.* Et ϑ fit apud Latinos ex T et aſpiratione; ut, *thorus, thalamus.* Additur vocalis V conſonans facta, quae etiam mutae naturam referre videtur. Habent autem et apud Latinos ſimilitudinem inter ſe mutae. Nam β π φ, ſunt inter ſe ſimilia, tenuitateque et denſitate differunt. Latini autem b p f habent: aliquando p cum aſpiratione ponunt, et referunt Graecorum φ. Deinde γ κ χ Latinis efferuntur per g c et ch. Tantam autem ſimilitudinem inter ſe G et C, habent, ut altera in alteram transeat: ut, *Gurgulio, Curculio.* Immo et pronunciationis ſimilitudo fallit aliquando aures; ut, *Longa canoros*, et, — *Pelago conſice.* et, — *Grates perſolvere.* et, — *Vmbonum crates.* — Quod apparet itaque in illo lib. 4. Georg. ver. 35: *Nam frigore mella Cogit hyems.* Eandem autem vim concedere poterimus ipſi C, quae eſt G. diſcrimen tamen eſt inter haec duo elementa, quod cum G pronunciamus, lingua verſus interiorem partem retrocedit, et ſonum ipſius C quodammodo aſperat. C vero etiam ſi palato proferatur, non tamen lingua intus coit: ex qua retroceſſione fieri remorationem putandum eſt. Quoniam autem G et C ſimilia ſunt, Q autem pariter ſimile eſt ipſi C: ſequetur inter Q et C eſſe etiam convenientiam. Solum intereſt, quod QU vocalem ſemper quaerit, et hoc facit ſonum etiam paullo differentem. Ve-

rum ubi post G etiam U ponitur, vix agnosci potest pronunciationis discrimen, ut, *linguam*, et *linquam*. Verum, quod Q similis sit ipsi C, ex eo colligere licet, quia nonnulla sunt nomina, quae inflectione partim per Q, partim per C, variantur: ut, *Quis*, *quem*, *cui*, *cuius*: et verba, ut, *Sequor*, *secutus*; *alloquor*, *allocutus*. Hinc aliqui *Quotidie* scribunt; alii malunt *Cotidie*. quidam *Quum*, alii *Cum*. Praeterea δ, τ, ϑ, Graecorum referunt Latinorum d, t, th. Quae autem hic ab auctore observantur de qualitate harum consonantium, etiam apud Latinos observari possunt.

Pag. 104, ver. 20: Ἔσαι δὲ τοῦτο φανερόν.] Hoc idem apud Latinos observatur, apud quos brevibus syllabis sunt breviores, et longis longiores. Nam E in dictione *Ego*, brevis est: si addideris R, et dicas *Rego*, est quidem brevis, non tamen similiter. tum si adhuc addas unam consonantem, et dicas *Tremo*; iam plus est additum: quod si dicas *Strepo*, prima syllaba est longior, quam illa quae brevissima est. Similiter longa est prima τοῦ *Ora*: longior est *Os*: longior hac *Dos*: porro longissima *Glos*: quod si dicas *Scrobs*, * omnes illas superabit. Eiusdem itaque legis non eandem quantitatem syllaba retinet, sed longior breviorque fit additione detractioneque consonantis, quae vocalem praecedit. Nec immerito Graeci non a sequente, in plerisque quantitatem, sed a feriente vocalem litera metiuntur: considerantque, non quanta sit vocalis, sed quae maioris ponderis et soni. Inde A. Gellius (lib. 9, cap. 6.) minus intellexit, quid Grammatici doctissimi de duobus hisce verbis, *Dictito* et *Actito*, pronunciarunt: quia non originis, aut coniugationis proculdubio rationem haberi voluerunt, sed literarum. Nam in *Actito* latioris literae hiatus, primam syllabam diutius retinet ac remoratur: in *Dictito* autem, (quandoquidem linguae plectrum, eodem modo actum, eodem recutit, cumque eiusdem literae sono in eodem situ reperitur) sine mora, et celeri seu frequenti motu syllabam confecit. Quare longam dixerunt primam in *Actito*, brevem in *Dictito*: non quod brevis haec sit, et unius temporis syllaba, quae positione producitur duarum consonantium: sed non ita longa, atque alia est. Quare non tantum literarum coitione augescunt syllabae, aut decrescunt: sed etiam ipsa vocalium natura, uti ostendimus.

---

* Parum recte. quia litera o in voce *scrobs*, brevis est: ut videmus ex obliquis casibus.

Pag. 110, ver. 6: Ἐπὶ μὲν προςηνέμων.] Sic Virgilius extendit ſyllabas, frequenti O, rerum extenſionem imitatus: ut, Aeneid. lib. 4:

Et foemineo ululatu. et Aeneid. 3, ver. 672:

Clamorem immenſum tollit: quo pontus, et omnes
Intremuere undae. et Aeneid. 5, ver. 245:
Victorem magna praeconis voce Cloanthum.

Iam vero illud in Graeco ἐρευγομένης vehementiam et impetum undarum ſignificat. ρ enim celeritatem notat: Sic Virg.

Intremuere undae. et lib. 1, Aeneid. ver. 117: — *Rapidus vorat aequore vortex.*

Pag. ead. ver. 9: Ἐπὶ δὲ τοῦ τυφλουμένου.] Doloris magnitudo, et ponderis gravitas oſtenditur ab Homero dictione ςενάχων. Nam ε gemitum ſignificat et dolorem: ut, Aeneid. 2. ver. 69:

Heu! quae nunc tellus, inquit, quae me aequora poſſunt
Accipere?

Gravitas ponderis exprimitur verbis illis, Χερσὶ ψηλαφόων. ρ enim et σ coire non poſſunt; unde mora quaedam in allevando pondere. Sic Virg. Aeneid. 3, ver. 566. gravitatem percuſſionis expreſſit his verſibus,

Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere:
Ter ſpumam eliſam, et rorantia vidimus aſtra.

P vero ſignificat perſeverantiam ſive ſtudii ſive mandati; nam non violento motu fertur. ut, Aeneid. 4, ver. 238:

— *Ille patris magni parere parabat*
Imperio.

Vbi vero ipſi σ admiſcetur, quaedam aſſiduitatis compreſſio, atque agitatio denotatur. ut, Aeneid. 1, ver. 118:

Ipſius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit.

Pag. ead. ver. 16: Οὐδ' εἴ κεν μάλα.] Celeritatem dactylis expreſſit Homerus. Virg. Aeneid. 4, de eodem Mercurio,

—— *Turbida tranat*
Nubila: iamque volans apicem, et latera ardua cernit
Atlantis duri.

Pag. ead. ver. 18: Χρόνου μῆκος.] Temporis longitudo. ut, Virgilius, Aeneid. 1, ver. 272,

Hic iam tercentum totos regnabitur annos. vocali O diduxit temporis ſpatium. Et Aeneid. 3, ver. 284:

Interea magnum ſol circumvolvitur annum.

Pag. ead. ver. 19: Σώματος μέγεθος.] Corporis magnitudo. ut, Virg. Aeneid. 7, ver. 783:

Ipſe inter primos praeſtanti corpore Turnus. Nam ipſo P quaſi plauſum quendam facit, et I elevationem.

Pag. ead. ver. 19: Πάθους ὑπερβολήν.] Vt, Aen. 9, v. 176: *Excussi manibus radii, revolutaque pensa.* Et gaudii magnitudo celeritate carminis lib. 7, ver. 122, Aeneid. exprimitur:

Hic domus, haec patria est. genitor mihi talia, (namque.

Pag. 112, ver. 4: Ἀμβλήδην.] Dolor per syllabam βλη, et vocales ο, ο, ω, exprimitur. Sic Virg. Aeneid. 9, ver. 477. litera L dolorem notat, et gemitum per vocales e, o, u: ut,

Evolat infelix, et foemineo ululatu, Scissa comam.

Pag. ead. ver. 6: Ἡνίοχοι.] Exemplum de equis Achillis. Sic Virg. Aeneid. 12, ver. 469,

Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, et longe lapsum temone relinquit.

Pag. 114, ver. 3: Ῥοχθεῖ γὰρ μέγα.] Sic Virgil. Aeneid. 1. ver. 108, fluctum trementem exprimens, utitur litera r:

Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet.

Pag. ead. ver. 4. Αὐτὸς δέ.] Similiter Virg. de columba, Aeneid. 5, ver. 512:

Illa Notos atque atra volans in nubila fugit.

Pag. ead. ver. 5: Αἰγιαλῷ.] Sic Virg. lib. 1, ver. 107: tempestatem furentem exprimit,

—— *His unda dehiscens*
Terram inter fluctus aperit. furit aestus arenis.

Pag. ead. ver. 6: Σκέπτετ'.] Virg. lib. 5, ver. 438:

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Pag. ead. ver. 10: Ὑφ' ὧν ἐδιδάχθημεν.] Animalibus voces ita attributae sunt, ut naturam eorum exprimere videantur. Vnde cervorum est, *bardire et rugire.* Gloss. * ἔλαφος κράζει, *bardit et rugit.* Varro Aboriginibus: *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat, grunnit sus: tepido lacte satur mola mactatus porcus.* Aelius Spartianus in Getae vita: *Familiare illi fuit has quaestiones Grammaticis proponere, ut dicerent, singula animalia quomodo vocem emitterent: velut, agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minuriunt, ursi saeviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranae coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt.* Sic etiam dices, *hirundines fritinnire, corvos crocitare, turtures gemere, lupos ululare:* ut et caninum genus, cui etiam attribuitur *nictare, latrare, gannire, hirrire, ringere:*

---

* Andreas Schottus Observat. Poet. lib. 2, cap. 51, ἐλέφας legit. quamobrem, non video. Glossarium consule.

asini *rudunt*, hirci *hirquitalliunt*, *ganniunt* vulpes, cygni *drensant*, anseres *gingriunt*, cameli *blaterant*, gallinae *glociunt et glocitant*, milui *iugerunt*, grues *gruunt*, minutae aves *minuriunt:* ut Festus docet.

Pag. 116, ver. 25: Ἡ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο.] Sic Virg. Aeneid. 1, ver. 496:

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Incessit, magna iuvenum stipante caterva.
Quale in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.

et Aeneid. 12. ver. 67:

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, aut mista rubent ubi lilia multa
Alba rosa, tales virgo dabat ore colores.

Pag. 118, ver. 11: Σμερδαλέος δ'.] Sic Virg. Aeneid. 12, ver. 332:

Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit equos. et,
Iraeque, Insidiaeque, Dei comitatus, aguntur.

et, 10, ver. 591:

Quem pius Aeneas dictis affatur amaris.

et, Aeneid. 8, ver. 433:

Parte alia Marti currumque rotasque volucres
Instabant; quibus ille viros, quibus excitat urbes:
Aegidaque horriferam turbatae Palladis arma,
Certatim squammis serpentum, auroque polibant,
Connexosque angues, ipsamque in pectore divae
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.

Pag. ead. ver. 18: Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι.] Virg. Aeneid. 10, ver. 603:

— — *Torrentis aquae vel turbinis atri*
More furens.

et, Aeneid. 2. ver. 496:

Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit. –

Pag. 120, ver. 1: Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα.] Sic Virg. Aeneid. 10, ver. 305: de nave Tarchontis,

Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:
Fragmina remorum quos et fluitantia transtra
Impediunt, retrahitque pedem simul unda relabens.

Pag. ead. ver. 8: Σὺν δὲ δύω μάρψας.] Virg. Aeneid. 3, ver. 623:

Vidi egomet, duo de numero cum corpora nostro

Prensa manu magna, medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum, sanieque adspersa natarent
Limina: vidi, atro cum membra fluentia tabo
Manderet, et tepidi tremerent sub dentibus artus.

et Aeneid. 1, ver. 44:

Illum exspirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.

Pag. 122, ver. 14: Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως.] Sic Virg. Georg. 4, ver. 334:

—— Eam circum Milesia vellera Nymphae
Carpebant, hyali saturo fucata colore:
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,
Caesariem effusae nitidam per candida colla:
Nesaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, et flava Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos Lucinae experta labores:
Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambae,
Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae;
Atque Ephyre, atque Opis, et Asia Deïopea;
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

et Aeneid. 2, ver. 261:

Thessandrus, Sthenelusque duces, et dirus Vlysses,
Demissi lapsi per funem, Acamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, et ipse doli fabricator Epëos.

et lib. 7, ver. 710:

Vna ingens Amiterna cohors, priscique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuscae:
Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum,
Casperiamque colunt, Forulosque, et flumen Himellae:
Qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, et Hortinae classes, populique Latini:
Quosque secans infaustum interluit Allia nomen.

Pag. 126, ver. 7: Λέγε δὲ σύ.] Simile carmen ex pyrrhichiis apud Marium Victorinum lib. 3:

Id agite, peragite celeriter.

Pag. ead. ver. 10: Πολαν δῆθ' ὁρμάσω.] Sic ille versus Ennii ex puris spondeis:

Olli respondit rex Albaï longaï.

et Lucretii lib. 6, ver. 1133,

* *An coelum nobis naturam intro corruptam.*

---

* Varie hic versus legitur: quem Faber ita exhibet,
An coelum nobis ultro natura cruentum.

Pag. ead. ver. ult. Ἐπεὶ σχολῇ.] Horat. Epod. 2,
Beatus ille, qui procul negotiis.

Pag. 128, ver. 2: Θῦμε θῦμ'.] Exemplum trocheorum erit in illo carmine Marii Victorini, lib. 1:
Roma, Roma, cerne, quanta ſit Deum benignitas.
et lib. 2,
Phoebe, tu lyra ſonante, flecte corda, cum ſorore canticisque.

Pag. ead. ver. 9: Βρόμιε δορατοφόρε.] Apud eundem ſunt tribrachi, ſeu proceleuſmatici, in his:
Nemus ave reticuit, ager homine ſonat,
item,
Perit, abit avipedis animula leporis.

Pag. 128, ver. 16: Ὦ Ζηνός.] Moloſſi in hoc carmine apud eundem, eodem libro:
Ite, o Parcae primores fauſtae, nunc Parcas ducentes.

Pag. ead. ver. 22: Ἴακχε διθύραμβε.] Sic illa apud Virgil. Ecl. 8, ex Amphibrachis conſtabunt,
—— Ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Pag. ead. ver. 17: Βαρύ μοι.] Cicero anapaeſtis utitur,
Tibi cauſam aliquam redditus darem.
Purum anapaeſticum apud Marium Victorinum tale eſt:
Nitet aurea purpurea Veneris coma roſcida, lactea cervix.

Pag. 130, ver. 3: Ἰλιόθεν με.] Ex dactylis illud Virg. Aeneid. 9, ver. 503, conſtat:
At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro.
et illud Georg. lib. 3, ver. 284,
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Pag. 132, ver. 3: Οἱ δ' ἐπείγοντο.] Sic Cretici apud Terentium in *Andria*, Act. 4, Sc. 1, ver. 8, licet quarto in loco reſolvatur:
Tum coacti, neceſſario ſe aperiunt: et timent.

Pag. ead. ver. 5: Ἐὰν δὲ τὴν ἀρχήν.] Rufinus de metris Comicis: *Ful. Cariſius de numeris Comicis ſic dicit, Bacchium metrum tale eſt:*

Bacchare, laetare, praeſente Frontone.

Porro exemplum Antibacchii habes apud Marium Victorinum lib. 2, in hoc carmine; ſed tantum in primis tribus pedibus:

Ab Euro ſonorum, quis Aetnae per maria.

Pag. 136, ver. 6: Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε.] Apud Livium primam periodum elegantiſſimam dicere poſſumus, propter pedes ex quibus conficitur elegantes. Nam etſi quidam non admodum videantur exornare orationem; ta-

men adeo quorundam bonitate vincuntur, ut non appareant. Eſt igitur principium hiſtoriae eius:

Facturusne operae pretium ſim, ſi a primordio Vrbis res populi Romani perſcripſerim, nec ſatis ſcio; nec, ſi ſciam, dicere auſim. Quippe qui quum veterem tum vulgatam eſſe rem videam, dum novi ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt.

Periodus haec elegantiſſimis pedibus conſtat. Primum membrum duodecim pedes continet. Primus eſt ſpondeus, gravis et honorandus: alter * non colliſis vocalibus dactylus pulcher et ſplendidus: tertius amphibrachys, qui mollis quidem, ſed a ſequenti hypobacchio, qui gravis et magnificus eſt, excipitur duobus ſpondeis conſequentibus, cum hypobacchio, deinde et ſpondeo. ſequitur deinde anapaeſtus, quem venerandum, et amplitudini aptiſſimum dixit Dionyſius: hunc duo ſpondei, cum ultimo Cretico, quem generoſum auctor docet, conſequuntur. Alterum membrum, *Nec ſatis ſcio; nec, ſi ſciam, dicere auſim.* Hic quinque pedes contineri videas. Primus eſt Creticus, alter hypobacchius, tertius Creticus, quartus dactylus, quintus ſpondeus. Ad finem periodi, viginti quatuor pedes numerantur, omnes elegantes, quarto decimo excepto. Horum primus eſt Creticus, alter dactylus: tum duo ſpondei; quintus Bacchius, qui virilis cenſetur, ſextus dactylus cum ſpondeo ſeptimo; octavus hypobacchius, cum quatuor ſequentibus ſpondeis: tertius decimus eſt Bacchius: quartus decimus tribrachys, ſed a quinque ſpondeis ſequentibus obſcuratur: vigeſimus, et vigeſimus primus ſunt hypobacchii, vigeſimus ſecundus eſt dactylus, vigeſimus tertius eſt moloſſus, ſummae dignitatis et amplitudinis: ultimus ſpondeus.

Pag. 138, ver. 12: Ἔργῳ μὲν ἡμῖν.] Salluſtius in bello Catilinario, *Omnes homines, qui ſeſe ſtudent praeſtare caeteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio transeant, veluti pecora; quae natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Periodo hac viginti tres pedes continentur; primus ſpondeus, alter anapaeſtus, tertius ſpondeus, quartus Creticus, quintus Bacchius, ſextus dactylus, ſeptimus anapaeſtus, octavus hypobacchius, nonus

---

* Male. colliduntur enim vocales, quemadmodum multi annotarunt, ut ſit heroici carminis hemiſtichium, *Facturusne operae pretium ſim.*

dactylus, decimus Bacchius: undecimus cum duodecimo spondei, decimus tertius amphibrachys: hunc sequitur spondeus, quem denuo duo amphibrachii. Hic quoque nullus pes est, qui gravitatem orationis impediat. Rufinus lib. de metris Comicis, *Nunc si videatur*, inquit, *Sallustianae periodi numeros inspiciamus. Res* popu- *dactylus* | li Romani Marco; *tres spondei* | Lepido, *anapaestus* | Quinto Catulo, *spondeus*, *et anapaestus* ! Consulibus, *Paean primus* | ac deinde, *dichoreus, sive ditrochaeus* | militi- *dactylus* | ae et domi, *Creticus* | gestas, *spondeus* | composui, *choriambos*, *ex longa et brevi, brevi et longa.*

Pag. 140, ver. 8: Ἢ παρέλασσεν.] Adhibet carmen Homeri ex Iliad. ψ. quod etiam Virg. 5, Aeneid. ver. 325, expressit: —— *Spatia et si plura supersint, Transeat elapsus prior, ambiguumque relinquat.*

Pag. ead. ver. 16: Ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι.] Demostheni Ciceronem opponamus, qui orationem post reditum in Senatu, a gravissimis pedibus inchoat. Eius itaque prima periodus est: *Si, Patres conscripti, pro vestris immortalibus in me, fratremque meum, liberosque nostros meritis parum vobis cumulate gratias egero.* In hoc primo membro pedes praestantissimi quindecim sunt. Primi tres molossi, quartus spondeus, quintus dactylus, hunc sequitur spondeus cum Bacchio, mox amphibrachii duo, quos excipit spondeus cum anapaesto: rursus * amphibrachys cum hypobacchio, ad extremum duo Cretici. Alterum membrum: *Quaeso, obtestorque, ne meae naturae potius, quam magnitudini vestrorum beneficiorum, id tribuendum putetis.* In hoc membro sunt pedes tredecim: primi duo spondei, tertius Creticus, quartus hypobacchius, quintus Bacchius, hunc sequitur hypobacchius, mox Creticus cum hypobacchio, hunc sequitur Bacchius: decimus est tribrachys, sed bonitate aliorum pedum obscuratur; undecimo loco ponitur Creticus, duodecimo anapaestus: hos claudit dichoreus, familiaris Ciceroni. Sic in oratione pro Milone, *Etsi vereor, Iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere.* Primus pes spondeus est, secundus anapaestus, spondeo par intervallo, non syllabis: tertius amphimacer, utroque gravior: quartus rursum spondeus: quintum locum tenet iambus, sexto loco spondeus, septimo iterum amphimacer: octavo iambus secun-

* Perperam *vobis* omiserat Bircovius: hic ergo amphibrachys conficitur ex *parum* et prima in *cumulate.*

dus: nono amphimacer tertius: decimo tertius anapaestus, omnes pedes nobiles, et generosi.

Pag. 144, ver. 5: Οἷς δὲ μὴ ἐγένετο.] Quod Dionysius in Hegesia ostendit exemplum ineptae collocationis, etiam in Latino historico Hegesippo ostendi potest, quanquam in alio affectu. Nam apud hunc equis distrahitur rex vivus: apud illud autem mater deplorat filium, quem putavit interfectum. Hunc ergo affectum ita describit lib. 5, de excidio urbis Hierosolymitanae, cap. 23:

Comperto mater filii sui vulnere, et insultantium latronum consternata vocibus, mortis eius formidinem simul et fidem induit. miserabiliter quoque deplorare occoepit, ad hos fructus foecunditatis se reservatam, ut nec officio viventis filii potiretur, nec sepeliret defunctum. Voti quidem sui fuisse, ut ipse potius matri sepulturam daret: inter eius manus supremum exhalaret spiritum. Ille frigidos artus deficientis foveret: ille ultimos ore anhelitus legeret: ille oculos morientis clauderet; ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatium fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filii morientis supremis. Miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen, ut quem superstitem optaverat, eius vel funus teneret. Verumtamen vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: et si contingere non licet, utinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tanto destituta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? utinam in me tela sua omnes contorqueant. omnes gladio me transfigant: quod vivens non potui, saltem filii mei corpus veste mea protegam. Abundat unius vestimentum ad sepulturam duorum: et fortasse quisquam hostium miserebitur, ut amictu filii matris oculos tegat, et oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaque se ad muros, coelum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (*inquit*) me, si qua est pietas; ego genui, quem persequendum putatis. Ego infelicia ubera dedi; me extinguite, si de illo vindictam quaeritis. Eundem affectum Virgilius quanta suavitate protulerit, lib. Aeneid. 9, ver. 473, legenti conspicuum erit.

Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur aures
Euryali. at subitus miserae calor ossa reliquit.
Excussi manibus radii, revolutaque pensa.
Evolat infelix, et foemineo ululatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu

Prima petit. non illa virum, non illa pericli
Telorumque memor: coelum dehinc questibus implet.
Hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectae
Sera meae requies; potuisti linquere solam,
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Adfari extremum miserae data copia matri?
Heu, terra ignota, canibus data praeda Latinis
Alitibusque iaces! nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens; tibi quam noctes festina diesque
Vrgebam, et tela curas solabar aniles.
Quo sequar? aut quae nunc artus, avolsaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Coniicite, o Rutuli. me primam absumite ferro:
Aut tu, magne pater divum, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hac fletu concussi animi, moestusque per omnes
It gemitus.

Pag. 150, ver. 6: Ἦ ῥα καὶ Ἕκτορα.] Eundem affectum Virg. expressit lib. 2. Aeneid. ver. 268:

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit, et dono divum gratissima serpit.
In somnis, ecce, ante oculos moestissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus;
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi; qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillei,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes!
Squalentem barbam, et concretos sanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros
Accepit patrios.

Pag. 156, ver. 11: Ἡ δὲ πεζὴ λέξις.] Numerum atque concentum ad amussim examinari, veteres in solo carmine et poëmate voluerunt, non item in sermone. Causa fuit, quoniam in illis totum hoc quaerebant, quod Graece dicunt ἐμμελὲς et ἔῤῥυθμον. In oratione itaque soluta non cernitur haec harmoniae perfectio: sed tamen obscure adhibetur. Haec diligentia cum commendetur a Dionysio in Graecis, in Cicerone etiam observari potest. Proponamus igitur loco exempli verba haec, ex oratione pro Milone: *Est enim, iudices, haec non scripta, sed nata lex: quam*

non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. In hoc exemplo quatuor *metaboles*, concinnitatis partes observare poteris, si paullum ordinem mutaveris: erit enim strophe, *Hanc non didicimus, accepimus, legimus:* sequitur antistrophe, principio similis, *Verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus:* postea sequitur extensio, *Ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.* clauditur epiphonemate, tanquam epodo, *Haec enim lex, iudices, non scripta, sed nata est.* Huius ergo loci in hunc modum disposita concinnitas, quatuor *metaboles* partes habebit manifestas.

Pag. 160, ver. 18: Ὁμολογουμένου δὴ παρά.] Decorum positum est, vel in sermone moribus personae idoneo, scilicet ut temere loquatur puer, solicite mater, perturbatus exclamet: ut, Aeneid. 2, ver. 66:

Namque, ut conspectu in medio turbatus inermis
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
Heu! quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
Accipere?

vel in apta compositione verborum, quasi res ipsa ante oculos habeatur: non solum enim personae moribus necesse est convenire dictionem, sed etiam rebus.

Pag. 164, ver. 2: Ὃ ποιεῖν εἴωθεν ὁ δαιμονιώτατος.] Hoc idem τρόπον in Virgilio videre possumus. Examinemus enim eadem forma aliquot exempla, et primo ex lib. 2, Aeneid. ver. 237:

— Scandit fatalis machina muros
Foeta armis.

hic quasi oculis tarditas illa primum spondei, deinde molossi, et literarum ἀντιτυπία trahentium conatum, ipsiusque machinae pondus et resistentiam ostendit. *Scandit fatalis,* hic videtur vix posse subduci: deinde quasi in declive aliquod protracta, paullulum decurrit dactylo et spondeo, *Machina muros.* Rursum resistens, ut fieri solet, succumbentibus molliter viribus hominum, subsistit etiam, *Foeta armis.* nec tantum subsistit ratione pedum, sed etiam lassitudinem trahentium, interceptionem spiritus collisione vocalium expressit. Item illud, quod sequitur,

Illa subit, mediaeque minans illabitur urbi.

Hic syllaba *Nans,* veluti pendentem, et tanquam suspensam anteriorem partem equi ostendit. Nam literae *N* natura sursum spiritum trahit, et linguam palato suspendit: tum quies inter hanc et secundam dictionem, motum

dirimit, ut paullulum ex eo loco prospectasse urbem totam undique arbitreris. Iam post parvam quietem statim illa machina prona ruit: *Illabitur urbi.* Hic ergo pedes exprimunt rei naturam. Quomodo vero literae exprimant naturas rerum, apud eundem multis locis notari potest, et primum in illo, Aeneid. 10, ver. 336:

Et iacit: illa volans clypei transverberat aera.

Nam tres sunt in hoc versu varietates, a totidem rebus. Primo enim iactus est, qui per *T* repraesentatur, quia conatum ostendit: deinde volatum exprimit, qui per *L* literam saepius inculcatam notatur: postremo, est armorum transverberatio, qui motus, quia est in re dura et ferrea, ideo per literam *R* exprimitur. Item lib. 2. Aeneid. ver. 304, multam vocum asperitatem, multumque horrorem in iis quaesivit, quae natura sic erant:

In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores;
Praecipitesque trahit sylvas: stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Hic plures sunt renitentiae asperitates, quam dictiones *Flamma furentibus austris: Torrens rapidus:* omnia haec aspera sunt, et furorem imitantia: *Montano* vastum: in *Flumine* prima syllaba insuavis est. *Sternit* asperum est, cum natura caninae literae, tum *antitypia* eiusdem cum *N.; agros sternit,* asperum. *Sternit sata laeta,* disyllabae dictiones tres, duae vastae, una aspera. *Boumque* mugitum refert, et sonitum quem inter montes referunt *cataclysmi. Praecipitesque,* hic est rictus caninae literae, nulla vero consonans suavis, aut liquida mixta: quin etiam ipsae vocales stridulae, minimumque iucundae sunt. *Trahit sylvas, antitypia T* et *S, L* et *V* consonantis, et plusquam agrestis expressa natura semivocali *S.* quae sequuntur, non tam horrida videntur, quam affecta. *Stupet* enim brevitate syllabarum et tenuitate consonantium, ac vocalium ingratitudine, spiritum tanquam defecisse docet pastoris illius, quem solitudo etiam deterrebat. *Inscius alto* suavius est, et dignum misericordia. Sic et moestum, quod sequitur, ob vocalium tristitiam. *Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.* Aliud exemplum ex eodem lib. 2, Aeneid. ver. 172:

Vix positum castris simulacrum; arcere coruscae
Luminibus flammas arrectis, salsusque per artus
Sudor iit. terque ipsa solo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamque ferens hastamque trementem.

Haec non tam a Sinone dicta quam timore et horrore ſignata eſſe videntur. Sic Cicero in Miloniana cap. 10. exiguas voces accumulans, muliebrem certe moram expreſſit: *Paulisper, dum ſe uxor, (ut ſit) comparat, commoratus eſt.* Dionyſii exemplum (ex Homero allatum) refert illud Virg. lib. 6, *Saxum ingens volvunt alii.* Nam denſitatem conſonantium inſuavium habet: canina ſiquidem litera in principio ponitur *S*; *A* vero amplitudinem habet: eliſio vero hiatum, et defatigationem deſignat: *antitypiam* vero, *S* et *V* conſonantes.

Pag. 180, ver. 13: Ποιητῶν μὲν οὖν Πίνδαρος.] Quae in Pindari ode obſervavit Dionyſius, eadem obſervari poſſunt in illa Horatii Ode 12, Carm. lib. 1:

Quem virum, aut heroa, lyra, vel acri
Tibia ſumes celebrare, Clio?
Quem Deum? cuius recinet iocoſa
Nomen imago.

Hic ſunt duo membra, duobus verbis clauſa. Primum membrum habet nomina appellativa quinque, unum adiectivum, praepoſitiones duas, infinitum unum, omnia appellativa aſpera. Nam *virum, heroa, lyra, acri,* propter frequens *R*, caninum quendam, et aſperum ſonitum faciunt. *Tibia,* propter repetitum *I*, motum ſignificat. Iam *ſumes* ingratum propter ſibilum, et *V* vocalem, et *M* quod os claudit. *Celebrare* vero, propter mutam et liquidam *B R,* aſperum. *Clio*, propter vocalium concurſum, ingens. Alterum membrum duo nomina ſubſtantiva habet, unum epitheton cum relativo, et unum verbum: quae etſi ita grandia non ſunt, tamen ἀντιτυπίαν habent. Haec de ſingulis verbis. Iam coniunctio verborum habent *antitypiam.* Nam *Quem virum*, propter *M* et *V* conſonantes, quae in unam ſyllabam coire non poſſunt, *antitypiam* faciunt. Coniunctio *aut,* hiat propter eliſionem: *Heroa* amplum, propter vocalium διαίρεσιν, et amplitudinem: *Lyra, vel acri,* propter *I* et *A* repetitum, amplum eſt: et *ſumes celebrare,* propter *S* et *C*, *antitypiam* habent, et ſilentium inferunt: *Clio* hiatum refert.

Quem Deum? cuius recinet iocoſa
Nomen imago.

Habent ἀντιτυπίαν *M D*: deinde *M* et *C*, poſtea *S R*, poſt *T* et *I* conſonans. *Nomen imago,* propter *O* repetitum, et *A* penultimum, magnificam orationem habet.

Pag. ead. Δεῦτ' ἐν χορόν.] Hos *Pindari* verſus ſuis numeris reſtituit, Latine interpretatus eſt, et pro ea qua pollet, humanitate mecum communicavit vir egregius,

quo nemo fere mortalium de Graecis literis praeclarius meritus est, *I. Barnesius*, amicorum optimus et integerrimus.

Δεῦτ' ἐν χορὸν, Ὀλύμπιοι,
Ἐπί τε κλυτὰν πέμπετε χάριν, θεοί·
Πολύβατον οἵτ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα
Ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθήναις
Οἰχνεῖτε, πανδαίδαλόν τ' εὐκλεᾶ ἀγοράν.
Ἰοδέτων λάβετε στεφάνων.
Τῶν ἐαριδρέπτων λοιβάν.
Διόθεν τέ με σὺν Ἀγλαΐᾳ ἴδετε,
Πορεύσαντες ἀοιδαῖς δεύτερον
Ἐπὶ κισσοδέταν Θεὸν,,.
Ὃν Βρόμιον, ὃν Ἐριβόαν βροτοὶ καλέομεν·
Γόνον ὑπάτων πατέρων μέλπωμεν,
Γυναικῶν τε Καδμείαν Σεμέλαν.
Ἐν Αργείᾳ Νεμέᾳ μάντιν οὐ λανθάνει
Φοίνικος ἔρνος, ὁπότ',
Οἰχθέντος Ὡρᾶν θαλάμου,
Εὐοδμον ἐπαΐωσιν ἔαρ
Φυτὰ νεκτάρεα.
Τότε βάλλεται,
Τότ' ἐπ' ἄμβροτον χέρσον,
Ἐρατά τ' ἴων φόβα,
Ῥόδα τε κόμαισι μίγνυται.
Ὑμνεῖτ' ὀμφᾷ μελέων σὺν αὐλοῖς,
Ὑμνεῖτε Σεμέλαν ἑλικάμπυκα, χοροί.
Nostris adeste, numina sancta, choris;
Et celebrem, Dii, affundite gratiam:
Qui frequentem populis, urbis umbilicum, suffitibus odorum
Castis in Athenis
Adventatis, varium nobilemque coetum.
Cinctae violis vere decerptis,
Dona accipite blanda corollae.
Meque de coelo respicite benigno
Carmine nunc iterum canentem
Hedera coronatum Deum,
Quem Bromium, quem Gravistrepum vocant mortales.
Prolem canamus superum Parentum,
Cadmeamque decus Semelen puellis.
Argiva in Nemea vatem haud latebunt
Virgultae palmae, quando,
Horarum thalamo recluso,
Nectareae olfaciant plantae
Veris odores.

Tum diffunditur,
Tum tellure virenti
Formosa violarum iuba,
Miscenturque comis rosae.
Tibiis mixta carminum voce
Celebrate, chori, Semelen celebrate decentem.

Ex Editione Hudsoni desumpta.

Pag. 192, ver. 4: Θουκυδίδου δὲ λαμβανέσθω.] Apud Sallustium, in principio belli Iugurthini, summum dicendi genus, et collocationis neglectum observare licebit. Verba illius sunt: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum et atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. quae contentio divina et humana cuncta permiscuit, eoque vecordiae processit, ut studiis civilibus bellum, atque vastitas Italiae finem facerent.* In eo exemplo eadem, quae in Thucydidis Dionysius annotavit, observari poterunt. In primis membrum hoc, * *Bellum scripturus sum,* propter *MS,* manifestam διάστασιν habet, et geminatum *S* sibilum facit alterum membrum, *Quod populus Romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit,* propter vocalium amplitudinem, et propter manifestam dictionum distantiam amplum est. Nam *D* et *P* coire in unam syllabam non possunt, et *S* cum *R*, et cum *C:* et *M* cum *I* consonante pugnant, asperumque sonitum faciunt, ut et *M* cum *G* ἀντιτυπίαν. praeterea *R* quater repetitum, mutae etiam *PDCG* orationis splendorem obtundunt: et *V* vocalis, gratiam aufert. Tertium membrum, *Primum, quia magnum et atrox, variaque victoria fuit,* nullam gratiam habet. primo, quia ter repetit *ia,* nimis ingrate: deinde, quia ἀντιτυπίαν *M* et *Q*, *X* et *V*, consonantes habent. Quartum membrum, *Dein, quia tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est.* Haec oratio magnifica est propter res amplas: verba quoque *nobilitatis obviam itum* magnifica; ἀντιτυπία autem literarum *N* et *Q*, *M* et *P*, *M* et *S*. Vltimum membrum, *Eoque vecordiae processit, ut studiis civilibus bellum, atque vastitas Italiae finem facerent,* verba habet satis ampla, et quae suis basibus innituntur, quanquam non adeo frequens ἀντιτυπία, nisi *S* et *B*, et *M* cum *F*, iam membrorum harmonia neglecta esse

* Observes carmen esse heroicum, quinto pede spondeo: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus.*

videtur: nam continuis ſpondeis primum membrum abſolvit. Alterum membrum huic in quantitate minime reſpondet: nam multis dictionibus protenditur varios pedes habentibus, licet duobus ſpondeis claudatur. Tertium membrum, qui dactylo clauditur, ſtudioſe effectum eſſe videtur. Quartum membrum dichoreo terminatum eſt, ſed hiat propter eliſionem. Quintum membrum aliud quiddam, et diverſum a tota periodo, infert. Vnde in periodo hac nullus circulus, nulla certa baſis, ſed omnia diviſa, omnia diſſipata.

Pag. 206, ver. 7: Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆς.] Huic ode Sapphus etſi ex Horatio commodum exemplum comparari poſſit, tamen quoniam huius Poetriae aliam oden Catullus vertit, eam ob rem illius exemplum examinabo. Incipit autem illius Ode,

Φαίνεταί μοι κεῖνος ἴσος θεοῖσιν.

Eam ſic vertit Catullus,

Ille mi par eſſe Deo videtur,
Ille, ſi fas eſt, ſuperare Divos,
Qui ſedens adverſus, identidem te
Spectat, et audit
Dulce ridentem: miſero quod omnis
Eripit ſenſus mihi: nam ſimul te,
Lesbia, adſpexi, nihil eſt ſuper mi,
Quod loquar amens. *Parthenius.*
Lingua ſed torpet. tenuis ſub artus
Flamma demanat: ſonitu ſuopte
Tintinant aures; gemina teguntur
Lumina nocte.

In eo carmine cauſae huius elegantiae eaedem annotari poſſent, quas in Poetriae ſuae odario Dionyſius obſervavit. Imprimis, dictiones ita ſecum coniunguntur, ut naturali complexione coniunctae eſſe videantur. Nam, exceptis ſex locis, in quibus diverſae dictiones ἀντιτυπίαν habent, aliae omnes molliſſimae et leniſſimae ſunt. Iam vocales frequentius ſubiunguntur mutis, conſonantibus, et ſemivocalibus, quam praeponuntur. Praeterea ſemivocales ſecum non pugnant: vocalium vero concurſus et hiatus haud frequens eſt. Ad extremum, membra membris ita cohaerent, ut nullum manifeſtum tempus inter ea appareat; ſed ut verbum ex verbo, ſic membrum ex membro, fluere videatur. Quare, quod auctor ait, non ultra examinanda ode haec, ne ταυτολογίας vitium incurramus. De natura enim vocalium, et conſonantium ſatis iam dixit.

Pag. 212, ver. 12: Ἑνὸς ἔτι παραδήσω.] Apud Ciceronem vero, quem Isocrati opponimus, etsi studiose omnia inflexa sunt; (vir enim summus ab humilitate, vulgique sermone abhorruit) tamen, quoniam ipse orationem pro Caecina in hoc genere esse scribit, ideo principium huius orationis exemplo huic Isocratis opponamus. Est autem hoc: *Si, quantum in agro locisque desertis audacia potest, tantum in foro, atque in iudiciis impudentia valeret: non minus nunc in causa cederet A. Caecina Sex. Aebutii impudentiae, quam tum in vi facienda cessit audaciae. Verum et illud considerati hominis esse putavit, qua de re iure decertari oporteret, armis non contendere: et hoc constantis, quicum vi, et armis certare noluisset, eum iure, iudicioque superare.* In hoc exemplo verba secum ita cohaerent, ut ἀντιτυπία rara sit, membra autem ita exaequata et directa, ut quod in austero dicendi genere vitium esset, hic cum summa elegantia, et venustate politum sit. Quare et ea omnia, quae Dionysius inesse in exemplo Isocratis ostendit, hic nullo negotio reperies.

Pag. 224. ver. 6: Φέρε δὴ, τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε.] Ab ista diligentia Cicero nunquam abhorruit, qui studiose numeris orationem suam exornabat, et de numero multa conscripsit. Illius exempla aliquot adducenda sunt, ut fidem oratio habeat. Ac primum occurrit locus ex oratione pro Plancio; in qua cum dixisset, *Victoriae nostrae graves adversarios paratos*, ad sensus perfectionem subiunxit, *Interitus nullos ultores esse videbam.* Et in oratione post reditum ad Quirites ita habet: *Sed etiam rerum mearum,*

Auctores, testes, laudatoresque fuere.

Praeterea in principio Archianae, integro hexametro utitur, cum enim ait, *Aut si qua exercitatio dicendi*, subiungit versum,

In qua me non inficior mediocriter esse

Versatum. Et in reliquo Academicae, *Quas*

Cum sint dicta in conspectu, consedimus omnes.

et Tuscul. 4, *Illud*, inquit, *animorum corporumque dissimile est, quod animi valentes*, addit versum:

Morbo tentari non possunt, corpora possunt.

et Tusculan. 5: ubi ita Cicero, *Hoc loco multa ab Epicureis disputantur:*

Haeque voluptates singillatim extenuantur.

Magis autem est artificiosum in orationibus versus admiscere, ubi ad impellendos animos non parum iuvat numeri suavitas; ut Cicero in orat. scribit: qui gloriatur sese ora-

tionem numerosam adhibuisse, in Accus. in Verrem secundo, ubi de Siciliae laude dixit: et in Senatu, de Consulatu suo. Sic et in quarto Accus. de Ennenli Cerere; de Segestana Diana; de Syracusarum situ; sed et in principio orationis pro Sex. Roscio Amerino, hoc observari potest: eius loca aliquot annotabo. sunt verba Ciceronis, *Credo ego vos, iudices, mirari, quid*

Sit, quod, cum tot summi oratores hominesque, nobilissimi sedeant: en statim hexametrum integrum collocavit. deinde prosequitur, *Ego potissimum surrexerim, qui neque aetate, neque ingenio, neque auctoritate,* sequitur carmen hendecasyllabum, una syllaba in medio abundante obscuratum: *Sim cum iis, qui sedeant, comparandus. omnes:* etc. Paulo post: *At tanto officiosior, quam caeteri?* trimeter choreum habens in secundo pede, rursusque paulo post, duos trimetros ponit, nonnullis interiectis, oratione soluta: *His de causis ego huic causae patronus extiti,* deinde interponit, *Non electus unus, qui maximo ingenio, sed relictus* alter trimeter, *Ex omnibus, qui minimo periculo Possem dicere;* etc. Multi etiam sunt dimetri: ut, *Tales viros impediat.* Sunt etiam alia carmina summo artificio occultata, quod facile observari potest. In quarta etiam Verrina multa carmina observari possunt. Primum quidem, primis remotis verbis, incipit a dimetro hypercatalectico sic: *Venio nunc,* * *Ad istius, quemadmodum ipse,* etc. deinde hemistichium hexametri proponit illis, *Nescio, rem vobis proponam,* etc. Tum Alcaicum dactylicum, cum inquit, *Genus* * *Ipsum prius cognoscite, iudices;* sicut et illud Horatianum, *O matre pulchra filia pulchrior.* Deinde senarium, et simul dimetrum hypercatalecticum, *Nego in Sicilia tota,* * *Tam locupleti, tam vetere provincia,* * *Tot oppidis, tot familiis.* paullo post hendecasyllabum habet: nam inquit, *Nego ullam picturam neque in* * *Tabula, neque textili fuisse.* paullo post Sapphicum hypercatalecticum: † *Non enim verbi, neque criminis causa.* Post hexametrum integrum, latentem tamen ob compositionem solam: nam cum dixisset, *Unde igitur potius incipiam, quam ab ea civitate, quae tibi una in amore, atque in*

Deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quam ex ipsis laudatoribus. Iam vero in Milonianae orationis perora-

---

† Nugatorie satis: nam haec est Ciceronis sententia: *Non enim verbi, neque criminis augendi causa complector omnia.*

tione, cap. 35, fimilia obfervari poffunt. primum eft hexametrum carmen integrum, cum fic ait, *Effe hanc,*

Vnam, quae brevitatem vitae pofteritatis

memoria confolaretur. et deinde fubfequuntur verfus hexametri fpondaici; ut cum dicit, *De me, inquit, femper populus Romanus, femper * Omnes gentes loquentur.* et poft fic, *Quam*

Fines imperii populi Romani funt,

ea non folum fama iam de illo, etc. et paullo poft, *Omnibus in terris, et iam verfatur, et femper.* fed in quinto vice dactyli Creticum habet. Rurfus hendecafyllabum fequitur, uno tantum tempore longius, *Sed, quo eft illa magis divina virtus.* poft paullo, acephalum hexametrum, *Quodnam ego concepi tantum fcelus? aut quod — in me tantum facinus admifi?* rurfus duo fines hexametri, *Meosque redundant* †. et, *Ex ifto fonte dolores.* Non vitavit itaque Cicero carmina, imo ftudiofe accerfivit; ut ex multis aliis locis colligi poffet. Vt et illud ad Varronem, *Latent ifta omnia, Varro,*

Magnis obfcurata, et circumfufa tenebris. et in Verrinis plenum verfum una fyllaba inutilem fudit, *Cum loquerer, tanti fletus gemitusque fiebant.* Nec finem vitavit elegi, *Oderat ille bonos.* Incurrit etiam in hendecafyllabum, *Succeffit tibi Lucius Metellus.* Et multis aliis locis probari poffet Ciceronem verfus non vitaffe. Alii quoque auctores Latini effugere non poterant: Salluftius ab hexametro incipit bellum Iugurthinum: *Bellum fcripturus fum, quod populus Romanus.* et Plinius Panegyricum incepit a fine hexametri, cui fubiunxit integrum hexametrum: *Bene ac fapienter,*

Patres Confcripti, maiores inftituerunt.

et Livius lib. 1, hexametrum habet, *Pugnatum eft*

Porta Collina totius viribus urbis.

et ibid. *Ipfe, ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem coepit*

Sedulo, ut adverfus montes confifteret hoftis.

Sed de his fatis eft. nam fi quis vellet Hieronymi Peripatetici more (quod Cicero dicit) verfus apud ipfum Ciceronem, et alios fcriptores obfervare, fortaffe nullum effet verbum, quod non in aliqua metri lege collocatum effet. Illud vero multo artificiofius eft, quod annotat Hermogenes de formis

---

† At vera lectio eft, *omnes in me meosque redundant ex fonte illo dolores.*

Orat. lib. 2, (pag. 381, ver. 2, Edit. Porti, 1569) cum de Politica oratione agit, Homerum in ſuis carminibus omnia genera poematum effinxiſſe. Cum enim poeſis omnium ſit imitatio, optimus in omni genere Homerus eſt dicendus: vivam enim, accommodatamque ſubiectis perſonis imitationem, et in his quae ad dictionem pertinent, et inductionem perſonarum, et varias differentias metrorum praeſtitit; ex quibus varia quoque carmina fieri contingit. Verba Hermogenis haec ſunt de Homero:

Ἄριςος οὖν κατὰ πάντα λόγων εἴδη, καὶ ποιητῶν ἁπάντων, καὶ ῥητόρων, καὶ λογογράφων Ὅμηρος, καὶ γὰρ μεγέθη, καὶ ἡδονὰς, καὶ ἐπιμελείας, καὶ δεινότητας, καὶ, τὸ μέγιςον ποιήσεως, μίμησιν ἐναργῆ, καὶ πρέπουσαν τοῖς ὑποκειμένοις, κἂν τοῖς κατὰ λέξιν, καὶ ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶν προσώπων, καὶ μύθων διατυπώσεις, καὶ μέτρων διαφόρους τομὰς, ἐξ ὧν καὶ διάφορά πως συμβαίνει γίνεσθαι τὰ μέτρα, καὶ ταῦτα ἐν δέοντι, καὶ κατα λόγον μεταβαλλόμενα πρὸς τῷ, καὶ τὸ φύσει πάντων ἄριςον μέτρον προηρῆσθαι, καὶ ὅλως τὸ ποικίλον, καὶ ἐξ ἁπάντων ἓν ὅτι κάλλιςον, ὁ μάλιςα ἐργασάμενος παρὰ πάντας ποιητὰς, οὗτός ἐςιν. Id eſt, *Omnibus igitur dicendi figuris, praeſtantiſſimus omnium poetarum, et oratorum, et ſcriptorum Homerus. Nam et orationis amplitudines, et ſuavitates, et ſcriptiones accuratas, et gravitates, et, quod maximum eſt in poeſi, apertam imitationem et convenientem rebus perſoniſque ſubiectis, tum verborum genere et ornamentis, tum perſonarum productione, deſcriptione et fabularum conformatione, tum verſuum ſectionibus variis, quibus varia et differentia verſuum genera fieri ſolent, et haec ipſa convenienter, et ratione certa inter ſe variata, ut hoc illudve, quod natura praeſtantiſſimum ſit, carminis genus propoſitum habeat: denique ut varium, et ex omnibus praeſtantiſſimum qui effecerit, prae caeteris poetis ſit Homerus.* deinde (pag. 385, ver. 5.) multis interiectis ait, *Ἐξίςαται γὰρ καὶ τοῦ οἰκείου πολλάκις. τὸ μέτρον ῥυθμοῦ κατὰ τὰς ποίας τῶν ςίχων τομὰς, καὶ ἀναπαύσεις ἐννοιῶν κατὰ τὰ κῶλα. τὸ γοῦν, — Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, —— ἀναπαιςικόν πως ἐςὶ γενομένης ἀναπαύσεως ἐν τῷ, Ἡρώων.* Id eſt, *Saepe enim verſus declinat a ſuo numero proprio, et ſectiones varias verſuum habet: et clauſulas ſententiarum in ipſis membris. Nam illud,* Αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν, *anapaeſticus eſt numerus, cum clauſula facta fuerit in primo verbo* Ἡρώων. Quod etiam nos in Latino poeta obſervare poſſumus, is enim pro diverſitate materiarum, diverſis carminibus uti

videtur: ita ut paucis mutatis, genus aliud carminis manifestum fit. Nam lyrica carmina inter hexametra inferuit, cum lyricam materiam narrabat: similiter elegiaca, cum elegi cantandi essent. Exemplis rem demonstrabo: lib. 5, Aeneid. ver. 245, carmen Sapphicum miro artificio in hexametrum immiscuit. nam in his,

Victorem magna praeconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro:

abiice vocem *Cloanthum*, et in verbo, *advelat*, praepositionem omitte, erit Sapphicum,

Voce declarat, viridique velat
Tempora lauro.

Ibidem est carmen,

Cuncti adsint, meritaeque expectent praemia palmae:

quod videtur Sapphicum prae se ferre, si pauca mutaveris. Sic in Ecloga 6, ver. 30,

Nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea,

fiet ex eo Asclepiadeum,

Nec tantum Rhodope et Ismarus Orphea:

tum illud,

Tum durare solum, et discludere Nerea ponto
Coeperit:

refert Asclepiadeum,

Tum durare solum, et cludere Nerea
Ponto coeperit.

et Eclog. 9, ver. 53,

Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Moerin
Ipsa fugit:

fiet Asclepiadeum,

Nunc oblita mihi carmina: vox quoque
Moerin ipsa fugit.

Et innumera eiusmodi alia quis inveniet apud Maronem, quae non fine summa industria, atque incredibili artificio elaborata sunt. Sed non licet praeterire Eclogam illam, quae *Gallus* inscribitur; quae quia lacrymabiles elegos continet, ipsa quoque carmina elegiaca esse videntur. En secundum carmen,

Pauca meo Gallo, quae legat ipsa Lycoo—ris. Et,
Naiades, indigno cum Gallus amore periret:

abiice *cum*, et ultimam syllabam, erit pentameter:

Naiades, indigno Gallus amore perit.

Hoc carmen si coniungeretur cum superiori hexametro, quam miram suavitatem faceret? Sic et in illo versu,

Omnes, unde amor iste, rogant, tibi venit Apollo:

abiice primam literam, et verba transpone, erit pentameter:

Vnde amor iste, rogant, venit, Apollo, tibi.

Sic ex eo versu,

Vestra meos olim si fistula dicat amores:

abiice *si*, et ultimam syllabam, erit pentameter. Similiter ex eo,

Hic gelidi fontes: hic mollia prata, Lycori:

abiice alterum *hic* cum ultima syllaba: sensus quidem pervertitur, aut nullus erit; sed nos numerum, non sensum quaerimus, dum ex hexametro pentametrum elicere volumus. Sunt ergo in hac ultima Ecloga multa, quae duobus dactylis cum caesura finiunt, quae potius imaginem retinent finis pentametri, quam principium hexametri: ut,

Me sine sola vides. et, *Omnia vincit amor.*

quapropter haec mira dulcedine aures complent. Sed de his satis sit.

Pag. 230, ver. 3: *Αὐτίκα ὁ κατὰ Ἀριςοκράτους λόγος.*] Exemplum Demosthenis examinat Dionysius: in quo observavit primum metrum esse anapaesticum, uno pede mutilum. huic autem adhaeret pentameter elegiacus exactissimus, si synaloephen auferas: deinde paucis solute interiectis, adest Sapphicum metrum Epithalamium, et Aristophaneum tetrametrum: posthaec duplex iambicum dimetrum: rursus anapaesticum pedum octo, ac demum iambicum. quare verba Demosthenis ita digeri possunt:

Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με
μήτ' ἰδίας ἔχθρας μηδεμιᾶς ἕνεχ'
ἥκειν Ἀριςοκράτους κατηγορήσοντα τουτουΐ,
μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁ-
μάρτημα ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ
προάγειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν·
ἀλλ' εἴπερ ἄρ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι,
καὶ σκοπῶ,
περὶ τοῦ τὴν Χεῤῥόνησον ἔχειν ἀσφαλῶς ὑμᾶς, καὶ μὴ παρακρουσθέντας
ἀποςερηθῆναι πάλιν αὐτῆς.

Pag. 248, ver. 5: *Ὧν δὲ προὐθέμην.*] Quae praecepta exemplis Homeri, Euripidis, et Simonidis illustrat, nos eadem apud Virgilium, Terentium, et Horatium ostendemus. In Virgilio itaque, cum omnia pene scripta sic examinari possunt, tum etiam locus ille in lib. Aeneid. 1. ver. 180: *Aeneas scopulum interea conscendit,* — unum membrum: alterum, *et omnem prospectum late pelago petit,* —

id membrum longius eſt, et hemiſtichia duo amplectitur. iam vero, quod ſequitur, longius eſt,

—— *Anthea ſi qua*
Iactatum vento videat, Phrygiasque biremes:
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Haec prima periodus tria membra inaequalia habet: nullum vero uno carmine abſolvit. Alterius periodi primum membrum:

Navem in conſpectu nullam: tres littore cervos
Proſpicit errantes:

alterum membrum minus priori,

— *hos tota armenta ſequuntur*
A tergo: tertium adhuc minus, *et longum per valles paſcitur agmen.* Tertiae periodi primum membrum exiguum, *Conſtitit hic,* — alterum huic prorſus inaequale, —
— *arcumque manu, celeresque ſagittas*
Corripuit: tertium autem κατὰ παρένθεσιν proferri poteſt,
— *fidus quae tela gerebat Achates:* deinde quartum maius,
Ductoresque ipſos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, ſternit;

hemiſtichio clauſit membrum: et ſequens carmini integro additum membrum facit, — *tum volgus et omnem*
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.

Haec periodus. Obſervabis hic non tantum compoſitionem ſolutae orationi ſimilem, ſed et carmina ita ſecum cohaerere, ut epitheta ſequentia trahant vocabula: verba diverſa carmina coniungant, eaque prorſus omnia, quae diſſipatam et fluxam, ſed ſibi cohaerentem, orationem faciant.

Pag. 256, ver. 6: Ἐκ δὲ τῆς ποιήσεως.] Hoc idem in Phormione Terentii demonſtrari poteſt, ubi Davus loquitur:

Amicus ſummus meus, et popularis Geta
Heri ad me venit.

Membrum primum ex integro carmine et hemiſtichio conflatum. Aliud membrum maius hoc priori,

—— *erat ei de ratiuncula*
Iampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum.

Reliquum membrum minus prioribus, — *id ut conficerem.* — Deinde duo verba, ſeorſim ſuas ſententias habentia, *Confeci: adfero:* alterius periodi primum membrum,

Nam herilem filium eius duxiſſe audio
Vxorem:

alterum membrum minus eſt, *ei credo munus hoc conra-*

ditur. Periodus altera. Tertia periodus membrum parvum habet, nec carmen implet,

Quam inique comparatum est, — alterum prolixius, quod hemistichio, et carmine integro constat: ut, — *ii qui minus habent*,

Vt semper aliquid addant divitioribus!

Pag. 258, ver. 7: Ἐκ δὲ τῆς μελικῆς.] Sic et illa apud Horat. 3, Carm. Ode 27, legi possunt, ut pauca vestigia carminum appareant. Etsi enim sunt strophae, tamen collocatione membrorum ita dissident, ut non tam repetitum carmen, quam continua oratio esse videatur. est autem Europa, errorem suum incusans:

Quae simul centum tetigit potentem oppidis Creten: Pater, o relictum filiae nomen, pietasque! dixit victa furore. Vnde? quo veni? levis una mors est virginum culpae. vigilansne ploro turpe commissum; an vitiis carentem ludit imago vana, quae porta fugiens eburna, somnium ducit? meliusne fluctus ire per longos fuit, an recentes carpere flores? Si quis infamem mihi nunc iuvencum dedat iratae, lacerare ferro et frangere enitar modo multum amati cornua tauri. Impudens liqui patrios Penates: impudens orcum moror! o Deorum si quis haec audis, utinam inter errem nuda leones: antequam turpis macies decentes occupet malas, teneraeque succus defluat praedae, speciosa quaero pascere tigres. Haec, et multa alia apud hunc poetam videntur esse similia solutae orationi, id autem maxime ob eas causas, quas auctor memoravit.

INDEX
VERBORVM ET FORMVLARVM,
QVAE VISAE SVNT NOTATV DIGNIORES.

[Hunc rerumque, qui sequitur, Indicem sumsi ex Vptoni editione. Amborum numeri ii sunt, quos paginas editionis illius indicantes, in marginibus meae editionis posui. Schäfer.]

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

T.

Υ.

Φ.

INDEX
RERVM NOTATV DIGNIORVM.

A.

D.

N.

X.

MELETEMATA CRITICA

IN

DIONYSII HALICARNASSENSIS ARTEM RHETORICAM.

CAP. I — IV.

Propitiâ fortunâ in manus meas incidit editionis Dionyſii Halicarnaſſenſis Sylburgianae [a]) exemplum [b]), cuius margines in altero tomo, Rhetorica et Critica complexo, magnam partem inſigniti ſunt egregio theſauro variarum lectionum ex libris veteribus accuratiſſime enotatarum. Hac dote elegans Anonymi manus ornavit haec ſcripta: Artis Rhetoricae, quam dicunt, capita priora novem [c]); Prooemium Commentariorum de Oratoribus Antiquis; Iudicium de Iſaeo; Iudicium de Dinarcho; Epiſtolam I. ad Ammaeum; Epiſtolam ad Pom-

a) Francof. ap. hered. Andr. Wecheli 1586.

b) Fuit olim Io. Ludolphi Bünemanni, eruditiſſimi viri et de Lactantio praeclare meriti. Prioris tomi titulo adſcripſit haec: „Rhetorica magna ex parte a viro quodam docto in hoc volumine cum codice antiquo optimae notae ex biblioth. Vindobonenſi ſunt collata diligentiſſime, unde iis ſaepe ſingularis lux accedit. Accepi ex bibliotheca celeberrimi Eggelingii, Secretarii Reip. Brem. Iohann. Ludolph. Bünemann Gymn. Mind. Rect."

c) Artis initio Bünemanni manu ſcripta leguntur haec: „Techne ſ. Ars Rhetorica haec eſt alias Hudſono iudice omnium, quae ex Dionyſii ſcriptis exſtant, mendoſiſſimum opus. Eo maiori igitur honore hoc meum exemplar dignum, quod librum corruptiſſimum ex MSto Caeſareo reſtituit. Conf. Fabric. Biblioth. Graec. lib. III. c. XXXII. p. 784."

peium. Libri illi veteres qui ſint, etſi nusquam ea diligentia, quam nunc requirimus, indicatum vidi: Vindobonenſes[d]) tamen omnes eſſe, veriſimile arbitror. In Arte quidem Rhetorica diſerte monetur veterem codicem bibliothecae Caeſareae opem tuliſſe: in Prooemio Commentariorum inque Iudicio de Iſaeo Dudithii nomen adſcriptum legas: ſed in ceteris ſatis habuit Anonymus lectionis varietati addere hanc ſiglam, V. (vetus liber).

Hanc variarum lectionum farraginem, haud contemnendum Critices inſtrumentum, cum publici facere iuris dudum deſtinaviſſem, percommode accidit, ut libellus mihi ſcribendus eſſet, quo publice defendendo ius literas in noſtra Academia docendi nanciſcerer. Igitur hac opportunitate ſic uſus ſum, ut telam exordirer, quam ſi olim detexuero, de ſcriptis Dionyſii omnium maxime corruptis obſcuriſque fortaſſe non male meritus videbor. Hic quidem libellus tenet varietatem lectionis Vindobonenſem in prima quatuor Artis Rhetoricae capita: quae reſtant capita, alio tempore pertractabo, poſt editurus quidquid praeterea margines exempli illius Wecheliani continent.

d) A Neſſelio P. IV. p. 37. commemorantur: Dionyſii Halic. Ars Rhetorica, ſeu Rhetoricae praeceptiones Panegyricarum Orationum, nec non de figurata Oratione ſeu περὶ ἐσχηματισμένων. Idem de Idiomate ſeu charactere Thucydidis. Idem de compoſitione nominum, ſeu περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. — Tum p. 129. Dionyſius Halic. de compoſitione nominum.

Lectionum discrepantium recensio, etiam crisi addita, nisi alia adiunxissem, ieiunior futura erat, quam ut lectoribus iis, quibus maxime hanc scriptionem probari cuperem, admodum placere posset. Itaque ut sterilitatem illam lenocinio aliquo lenirem, libertate usus sum Criticis concessa in deverticula Philologiae exspatiandi, quoties occurreret quod non incommode inprimisque ad erudiendos adolescentes nostrarum literarum studiosos utiliter moneri posse videretur. Quae libertas ne in licentiam verteret, sedulo cavi: si qui tamen me ea abusum criminari velint, hos rogatos cupio, ut cogitent, academicos huiusmodi libellos esse τοῦ ἐπιδεικτικοῦ εἴδους.

In tanta copia coniecturarum, quas non manu sed sacco profudisse uni et item alteri videbor, non mirum si reperiantur, quae ab aliis occupatae sint. Id quoties mihi innotuit, bona fide indicavi [e]): sicubi tacui, ne quis furti me insimulet. Ea est enim criticae scriptorum veterum pervestigationis ratio, ut, si rectam viam institeris, fieri nullo modo possit, quin multa reperias, in quae alii ante te inciderint [f]).

---

e) Addam his locis duo. Στρωτοῖς, quod in Apollodori Bibliotheca scribi posse ad p. 239. v. 9. sq. suspicatus sum, Valckenario dudum placuerat. Vid. Claverii Not. ad Apollodor. p. 423. Coniecturam in Luciano propositam ad p. 246. v. 1. sq. occupavit vir doctus in Ephemerid. literar. Ienens. Vid. Schmieder. ad Lucian. T. 2. p. 368.

f) En exemplum in primis illustre. Nota est meritoque celebrata Reizii nostri emendatio in Livio 7, 8, 6.

Ceterum hunc libellum maxima ex parte iam anno ſuperiore conſcripſeram, priusque, ſi rationes meae tuliſſent, edidiſſem. Hoc velim lectores meminerint, ſi nonnullorum librorum, qui interim prodierunt, non factam in eo mentionem viderint.

Scrib. Lipſiae menſe Maio exeunte 1806.

ſignis feliciſſime mutantis in *Signinis*. Palmarium hoc viri praeſtantiſſimi εὕρημα primus, quod ſciam, prodidit A. G. Erneſtius in Gloſſar. Liv. v. *Signum*: integris aliorum libellis huius argumenti praetulit Kordeſius. (*M. Acc. Plautus und Fr. Wolfg. Reiz* p. 29.) Sed haec emendatio dudum innotuerat, acute excogitata ab homine non indocto illo quidem, ſed ad Reizium non comparando. Sic enim Creverius in editione minore ad illum Livii locum: „*Ab ſignis*] Legendum videtur, *ab Signinis*. *Agmen fugientium* Hernicorum *fuſum eſt ab Signinis, quum praeter moenia eorum*, id eſt, Signinorum *infrequentia* Hernicorum *ſigna conſpecta eſſent*. Signia erat colonia Romana, non longe ab Hernicorum terris." Hoc Galli inventum Reizio ignotum fuiſſe non miror: erat enim vir ut beatiſſimus ingenio doctrinaque, ſic parum inſtructus a ſupellectile literaria: Erneſtium latuiſſe miror ac paene indignor.

MELETEMATA CRITICA

IN

DIONYSII HALICARNASSENSIS ARTEM RHETORICAM.

CAP. I — IV.

Pag. 225. verſu 1. edit. Reisk. ΑΛΙΚΑΡΝΑΣ-ΣΕΩΣ] Edit. Sylb. ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΕΩΣ, uno ſigma. „Sic et V. C. bibliothecae Caeſareae.“ Eodem modo in titulo libelli περὶ Συνθέσεως Ὀν μάτων variatur; ſequiturque omnino hanc ſcripturam Sylburgiana editio in altero tomo, cum in titulis librorum de Antiquitatibus Romanis duplex ſigma praetuliſſet. Antiquior ratio, in Herodoto quidem ſimilibusque ſervanda, Ἁλικαρνασσός (Ἁλικαρνησσός), Ἁλικαρνασσεύς (Ἁλικαρνησσεύς). Vid. Weſſeling. ad Herodot. p. 1. 85. [coll. Valckenar. p. 667.] 191. Neque poſteriorum temporum ſcriptoribus videtur diſplicuiſſe: certe codices manu ſcripti hic illic, etiam ubi minime exſpectes, velut in περιοχαῖς librorum hiſtoricorum, quas nemo dubitet a Grammaticis profectas eſſe, alterum ſigma negligunt. Vid. Weſſeling. ad Diodor. Sicul. T. 2. p. 156. 177. In numis quidem fere duplicatur litera ſibilans: vid. Raſch. Lex. Rei Num. T. 1. col. 461. ſq. Eckhel. Doctr. Num. Vet. P. 1. Vol. 2. p. 582. ſq.: ſed et omnes, opinor, ſeriorum ſunt temporum, nec de-

sunt qui simplex sigma exhibeant. Vid. Spanhem. Differt. de Praest. et Usu Num. T. 1. p. 626. In Callimachi Epigramm. II. ed. Ernest. (XLVII. Analect. Brunck.) scribendum ex Cod. Vatic., Edd. Ald. et Asc.:

— — — — ἀλλὰ σὺ μέν που,
ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ — — —.

In Christodori Ecphrasi v. 377. bene editum:

Οὐδ' Ἁλικαρνησοῦ με παρέδραμε θέσπις ἀοιδός. [1])

ubi perperam Stephanus Ἁλικαρνασσοῦ.

P. 225. v. 2. ΤΕΧΝΗ] „μέθοδοι πανηγυρικῶν, γαμηλίων, γενεθλιακῶν, ἐπιθαλαμίων, προσφωνηματικῶν, ἐπιταφίων, προτρεπτικῶν ἀθληταῖς." Titulus hic est argumento longe accommodatior vulgari illo, quem qui primus huic libellorum rhetoricorum farragini praefixit, quid τέχνη sit, parum videtur attendisse.

P. 225. v. 6. Περὶ τῶν πανηγυρικῶν] „Περὶ πανηγυρικῶν." Recte. Sic et sequentium capitum tituli articulum omittunt.

P. 225. v. 7. sq. Πανήγυρις — — παραδιδομένη] „Πανηγύρεις — — παραδιδόμεναι V." Bene: sequuntur enim verba numeri pluralis, συνήχθησαν, κατεςάθησαν. In μειζόνων vitium inesse opinor, cui qui cum probabili successu medear non habeo. Scribendumne μελεδώνων? Certe μελεδὼν Rhetoris nostri passim calamistratum dicendi genus haud dedecet.

P. 225. v. 9. sq. ἀνθρώπειον] „ἀνθρώπεινον V." Confudit librarius διττογραφίαν, ἀνθρώπειον, ἀνθρώπινον. Nihil crebrius commutatione harum formarum. Vid. Sylburg. infra ad p. 398. Var. Lect. ad Antiquit. Rom. 2, 20. 71. Abrah. Gronovius in Var. Geograph. p. 151. Siebenkees. ad Strabon. init.

P. 226. v. 2. ἡ] „Omisit V.“ Commode abest articulus. Mox pro ἀλλήλων videtur legendum ἄλλη ἄλλων.

P. 226. v. 3. τῶν πλουσίων] „τῶν omisit V.“ Melius adest, cum sequatur τῶν ἀρχόντων.

P. 226. v. 6. γε] Ed. Sylb. γὲ. „γε V.“ Levia haec; sed testantur ἀκρίβειαν conferentis.

P. 226. v. 7. δὴ] „δὲ V.“ Longe praestat δὴ, „notans hic, ad institutum terminum, quo contenderat, deductam esse orationem. Hic particulae usus maxime apparet, quoties quis, repetito altius primordio, ad rem ipsam, quam explicare aut narrare proposuerat, accedit quasi spiritu erumpente.“ Sic bene Hoogeveen. Doctr. Partic. L. Gr. Tom. 1. p. 291.

P. 226. v. 11. τοὺς] „Omisit V.“ Male. Aliud πολλοὶ, aliud οἱ πολλοί. Πολλοὶ, *multi*, οἱ πολλοὶ, *plerique*, *vulgus*. Monuerunt primarii viri, Casaubonus ad Athen. p. 28, 25. et Valckenarius Diatr. Euripid. p. 217. B. Pedestris quidem oratio poësisque Attica hoc discrimen diligenter servant. Qui enim in contrariam sententiam afferuntur [2]) loci, partim sunt corrupti [3]), partim ita comparati, nihil ut impediat πολλοὺς vertere *multos*. Alia ratio est poësis Ionicae, omnino liberioris in usu articuli, ut quae etiam αὐτὸς pro ὁ αὐτὸς dicat. [4]) Minus circumspecte Ruhnkenius ad Hermesian. v. 89.

P. 226. v. 11. γινόμενος] „γενόμενος V.“ Perparum interest.

P. 226. v. 15. γινόμενοι] „γιγνόμενοι V.“ Ἀττικωτέρως: quamquam dubites, an hic scriptor talia sectatus sit. Quod sequitur ἣν, bene habet. Repete ex praegressis τέχνην. Mox post ποιμὴν desideres articulum τήν.

P. 227. v. 5. sq. Ὀλύμπιος Ζεύς] „Ζεὺς Ὀλύμπιος V.“ Vulgaris ordo praestat. Ceterum ini-

tio huius τμήματος ſuſpicor legendum: Ἴσθι οὖν κ. τ. λ. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 304. In Herodoto p. 578, 42. ſq. magnanimus Spartiata ad tyrannum Syracuſarum: ἴσθι ἀρξόμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων. quod non intelligens interpres, male vertit: *eſto dicto audiens Lacedaemoniis.* Imo vertendum: *ſcito te fore ſub imperio Lacedaemoniorum.* Sed Xenophon Hier. fin. vereor ne ſcripſerit: κἂν ταῦτα πάντα ποιῇς, εὖ ἴσθι, πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κάλλιστον καὶ μακαριώτατον[5]) κτῆμα κεκτήσῃ. Lectionem hanc, neglectam a recentioribus editoribus, Stephanus in marg. edit. ſec. commemoravit. Simili conſtructione Hellenic. 3, 5, 11. p. 173. ed. Schneid. καὶ νῦν γε, ἂν φανεροὶ γενώμεθα — —, εὖ ἴστε, ἀναφανήσονται κ. τ. λ. Plato Phaedon. c. 64. Εὖ γὰρ ἴσθι, ἦ δ' ὅς, ὦ ἄριστε Κρίτων, τὸ μὴ καλῶς λέγειν, οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελὲς [fort. πλημμελεῖ], ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς.

P. 227. v. 10. θεῶν] „τῶν θεῶν V." Facile caremus articulo, quem nollem Heerenius in Menandri Comment. de Encom. p. 30. de ſuo addidiſſet. Saepiſſime enim θεὸς, θεοὶ, pro ὁ θεὸς, οἱ θεοί. Sic et βασιλεὺς pro ὁ βασιλεὺς, inprimis de rege Perſarum, [6]) poſteriorum temporum ſcriptoribus Graecis de Romanorum Auguſtis. Falluntur qui talibus locis articulum inferciunt. Diſſentientibus quidem codicibus, articulus, opinor, melius negligitur. Omnino haud exiguus eſt numerus nominum articulo fere carentium: velut μουσική, quod ſtatim ſequitur, ubi ſi quis ſcribendum cenſeret τῆς μουσικῆς εὑρετὴς, helleniſmi parum ſe callidum proderet. Xenophon Oeconom. init., ni fallor, ſcripſit: ὥσπερ ἰατρικὴ καὶ χαλκευτικὴ καὶ τεκτονική. Bene ibi articulum omittunt ante χαλκευτικὴ Editt. vett. cum multis

Codd. Utrum a ſcriptoris manu profectum ſit, ipſe Xenophon ſignificat, mox ſcribens: ὁ μὲν γὰρ τεκτονικὴν ἐπιςάμενος κ. τ. λ. Idem Cyrop. 8, 1, 34. ex vera linguae graecae ratione: ταύτην [τὴν Ͽήραν] ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίςην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεςάτην. Ibid. 8, 3, 25. πολὺ μάλιςα γὰρ ἐμεμελήκει αὐτῷ ἱππικῆς. Anab. 1, 9, 5. Ἔκρινον δ' αὐτὸν καὶ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων, τοξικῆς τε καὶ ἀκοντίσεως φιλομαθέςατον εἶναι καὶ μελετηρότατον. Conf. Porſonum ad Eurip. Hecub. v. 788.

P. 228. v. 6. ſq. ὅτι κάλλει — — σμικρὰ] „Omiſit V." Aberrarunt librarii oculi a priore σμικρὰ ad poſterius: qui fons talium lacunarum uberrimus. Similem lacunam infra p. 257. v. 11., a nemine, quod norim, animadverſam, Codex noſter praeclare explevit.

P. 229. v. 1. ἤ τι ἄλλο ἀρχαῖον] „εἴτε ἄλλό τι ἀρχαῖον V." quod bonum: nec tamen deterior vulgata lectio. Infra p. 256. v. 14. ſq. εἴτ' ἠπειρωτικὴ εἴη, εἴτ' ἐπιθαλαττίδιος, ἢ νησιῶτις. Plato Phaedr. p. 350. ed. Heind. Ὡς εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος κ. τ. λ. ubi vid. not. Diodorus Sic. T. 2. p. 400, 89. ſſ. εἴτε καὶ [ſuſpecta haec particula, nata, opinor, quod ſexcenties accidit, ex proxima praepoſitione] κατ' ἀλήθειαν αὐτῶν διανοηθέντων τι πρᾶξαι τοιοῦτον, εἴτε καὶ ψευδέσι διαβολαῖς φυγάδων πεισθεὶς, ἢ καὶ νὴ Δία χρημάτων βουλόμενος εὐπορῆσαι. Dio Caſſ. LXXIX. p. 1349. ed. Reim. (Eclog. Urſin. p. 441.) εἴτε Ψευδαντωνῖνος, εἴτε καὶ Ἀσσύριος, ἢ καὶ Σαρδανάπαλος. Lucianus T. 1. p. 780, 56. εἴτε φιάλη τις, ἢ σκύφος, ἢ στέφανος. Sic Ariſtophanes Nub. v. 270. ſſ. εἴτ' —, εἴτ' —, εἴτ' —, ἢ —, ἢ —. In Apollonio Rhod. 4, 343. ſq. legit Etymologus M. col. 88, 37.:

— — — — — εἴτε δόλοισιν,
ἠὲ καὶ ἀμφαδίην — — —

Andromachus apud Galen. T. 2. p. 429, 54. ſq. ed. Baſil.:

εἴτε σε Τρικκαῖοι, δαῖμον, ἔχουσι λόφοι,
ἢ Ῥόδος, ἢ Βούριννα — — —

P. 229. v. 3. τοῦτο] „Sic et V.“ Hoc ſi, ut arbitror, genuinum eſt, εὐποϱήσεις corrigi oportet. Leniſſima mutatio, et quae nemini non in mentem veniat, εὐποϱίσεις, *facile parabis.* Tueri eandem videatur locus Luciani T. 2. p. 63, 6. ſq. τὸ τῆς εὐνοίας παϱεὶς, πϱοσοχὴν ἢ εὐμάθειαν εὐποϱίσει τοῖς ἀκούουσι. ubi alii item εὐποϱήσει. Sed εὐποϱίζειν multum vereor ne helleniſmus non agnoſcat. Εὐπόϱιστος quidem, vocem cum aliis frequentatam, tum maxime ἰατϱῶν παισὶν, fruſtra ſit qui cum I. C. Suicero in Lex. Gr. Lat. ab εὐποϱίζειν derivet, cum derivanda ſit ab εὖ et ποϱιστός. En canonem Ioſ. Scaligeri Nunneſium, qui contra eum deliquerat, reprehendentis in Not. ad Phrynichum p. 114.: „Nemo helleniſmi paullo peritior concedet εὐαγγέλλω Graecum eſſe. Nam τὸ εὐ καὶ τὰ στεϱητικὰ μόϱια non componuntur cum verbis, ſed cum nominibus. Itaque εὐάγγελος recte dicitur: unde verbum εὐαγγελέω. non autem εὐαγγέλλω, quod eſt abſurdiſſimum. Barbara ſunt Euripidis δυσθνήσκω pro δυσθανατῶ, item δυσπϱοσίεσθαι Achillis Tatii. a quibus tanquam a ſcopulo vitandum.“[7]) Quae cum ita ſint, ſcribendum puto, in Rhetore noſtro ἐκποϱίσεις, in Luciano ἐκποϱίσει: nam diducta ſcriptura, εὖ ποϱίσεις, εὖ ποϱίσει, quae malo item mederetur, vereor ut cuiquam, his quidem locis, approbari poſſit. Sic ut cenſeam, movent me aliquot loci Xenophontis: Anab. 5, 6, 19. εἰ μὴ ἐκποϱιοῦσι τῇ στϱατιᾷ μισθόν. MSS. Par., Eton. et marg. Steph. ἐξευποϱιοῦσι: διττογϱαφία, opinor, id quod paſſim accidit, confuſâ in vocem monſtruoſam. Eadem, ni fallor, commiſtio διττογϱαφίας alium locum foede corrupit ibid. 5, 8, 25. ἢ ἀποϱοῦντι συν-

ἐξευπόρισά τι. Mitto reliquam varietatem: unus MS. Par., συνεξεπόρησα legens, ad verum recta ducit. Scribendum συνεξεπόρισα. Itaque in Lexico Xenophonteo, ſane egregio theſauro Graecitatis, ſed in quo κρίσιν ſaepiuſcule requiras, delenda verba βαρβαρικώτατα, ἐξευπορίζειν et συνεξευπορίζειν. Tali quidem acceſſione Theſaurus H. Stephani, iam ſatis ille ſordium trahens, quod tamen immortali viro condonandum, facile carebit. Ceterum permirum accidat, quid cauſae ſit, cur barbari illius εὐπορίζειν veſtigia ſubinde occurrant. Num forte poſterior Graecitas, deluſa falſo etymo vocis εὔπορισος, quam vita communis, maxime ſenſu medicinali, frequentaret, εὐπορίζειν dicere coepit, quod antiqui ſcriptores ἐκπορίζειν dixerant? [7a])

P. 229. v. 14. τὸν] „Omiſit V." Perperam.

P. 230. v. 5. τὴν ἐν] „καὶ V." Praeſtat vulgata.

P. 230. v. 8. ἐπαίνου] „ἐπαίνων V." quod et ipſum bonum, niſi adeo praeferas. Suſpicacior utrumque iungens ſcripſerit: οὐδὲ γὰρ ἐν τούτῳ γενόμενος ἀπορήσεις ἐπαίνου· ἐπαινῶν τὴν μὲν δρῦν, κ. τ. λ. — Paullo ante malim ad helleniſmi normam: ὅστις ᾖ. Obiter corrigam Dionyſ. Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 506. ἀγοραί τε αὐτόθι λαμπρόταται τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις τῆς Ἰταλίας ἀγομένων ἐγίνοντο. Repetita ſyllaba ſcribendum videtur ἐν ἄλλοις οἵστισι τόποις. [8])

P. 230. v. 10. εἰ] „ἡ V." Congruentius hoc reliquis, τὴν δρῦν, τὴν δάφνην.

P. 230. v. 13. τῆς] „Omiſit V." Non deſidero articulum.

P. 230. v. 14. πρώτῳ] „τῷ τρόπῳ V." quod probo. Ex vulgata conſequitur, Minervam plures ſibi coronas deinceps impoſuiſſe. — ἐστέψατο. Rarius hoc fereque poëtici coloris. Frequentius pedeſtrisque magis proprium orationis ἐστεφανώσατο.

Vid. Kuster. de V. M. I. 8. Epigr. XLVII. in Stat. Athlet. (Anal. Brunck. T. 3. p. 28.):

ὃν καὶ κοῦρον ἐόντα παλαίτεροι ἡνιοχῆες,
στεψάμενοι σταδίοις, εἶσαν ἀγωνοθέτην.

ubi Iacobsius, negligens hellenismi detrahensque plurimum Constantini laudibus, participium στεψάμενοι sensu activi verbi impertit. Imo vertendum: *victores; qui ipsi in stadio vicerunt.* — Quod infra sequitur, ὅτι συναγωνίζεται πρὸς τὸν λόγον, lucubratorium, opinor, usum olei spectat. Vita Demosthenis p. 4. ed. Reisk. οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους. ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη, τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν.

P. 251. v. 4. Δημητριακοὶ, ἢ πίστεως. εὐπορήσεις δέ που] „Δημητριακοί· εἰ πίστεως εὐπορήσεις που V." quod vero propius puto. Scripsisse Rhetor videtur: πίστεων εὐπορήσεις που καὶ περὶ τούτων ἑκάστου, *poteris etiam horum laudes probabiliter,* s. *argumentis utens idoneis, persequi.* εἰ natum, ni fallor, ex ultima syllaba vocabuli proxime praegressi. Aliter locum tentavit Iacobsius Animadv. in Stobaeum p. 242. Restat pusilla menda, quam eluas scribendo: οἱ καρποὶ οἱ Δημητριακοί. Graece enim dicitur, aut οἱ καρποὶ οἱ Δημητριακοὶ, aut οἱ Δημητριακοὶ καρποί: quarum locutionum ceteroquin eadem plane vis et significatio. Videamus aliquot loca, ubi hellenismus hunc articuli usum vel imperiose flagitat vel perlibenter adsciscit. In Herodoto p. 207, 58. bene legitur τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς, nec delendum alterum τὸ cum cod. Arch. [9]) In Thucydide p. 330, 60. leg. e Reg. Cass. ἐν τῷ δημοσίῳ τῷ Ἀθηναίων. et p. 531, 3. e Cass. ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικήν. Xenoph. Anab. 2, 5, 31. leg. ex Eton. ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς Τισσαφέρνους. Ibid. 4, 4, 21. ex eodem libro Zeunius iure dedit ἡ σκηνὴ ἡ Τηριβάζου [10]), falsus in eo, quod articulum elegantem

dicit, quem necessarium dicere debebat: sed pervulgatus hic error est interpretum pro elegantiis saepissime venditantium, quae per linguae leges aliter habere non possunt. Nec minus idem laudandus, quod 6, 6, 8. spreto Guelferbytano oraculo, servavit τὸ δόγμα — — τὸ τοῦ στρατεύματος. [11]) Ibidem 7, 2, 11. τὸ δ' ἄλλο στράτευμα πᾶν ἐν τῷ αὐτῷ παρὰ τὸ τεῖχος τῶν Περινθίων ἦν. MS. Par. τὸ Περινθίων. Iuncto utroque articulo scribo: τὸ τῶν Π. Diodor. Sic. T. 1. p. 382, 19. leg. e Vat. θεῖναι τὸν ἀγῶνα τὸν τῶν Ὀλυμπίων. [Ibid. p. 699, 8. Καρχηδονίους ut suspectum uncis coërceam: coll. p. 700, 23. T. 2. p. 338, 31. genuinus ordo est οἱ ἀργυράσπιδες Μακεδόνες, ut p. 341, 37. legitur τῶν ἀργυρασπίδων Μακεδόνων. In Strabone p. 783. A. ed. Alm. legendum inverso verborum ordine: μέχρι Κασπίων πυλῶν. Nusquam aliter, quod sciam, Geographus.]

P. 231. v. 6. παρ' ἄλλοις] „ἄλλους V." Ad sensum vix quidquam interest.

P. 231. v. 12. ἄλλοις] „αὐτοῖς V." Perperam.

P. 231. v. 13. φιλοτιμώτατοι] „Sic et V." Vere Sylburgius: „Grammaticorum regula postulat φιλοτιμότατοι per ο." In Aristotelis Poët. c. 5. non minus vitiose aliquot libri pro ἀτιμοτάτων habent ἀτιμωτάτων, quod miror Buhlio rectius videri potuisse. Sed, ut fit, oblitus erat vir doctus, quae puer didicerat. Tales anomaliae poëtis relinquendae. Vide viros doctos ad Homer. Od. XX. 376. Barnes. ad Euripid. Hecub. v. 581. Non magis probanda in prosa oratione haec: εὐοπλώτατος, quod libri aliquot in Xenoph. Cyrop. 6, 2, 4. habent; εὐτεκνώτερος, quod etiamnunc in Apollodoro 3, 5, 6. et Diodoro Sic. T. 1. p. 318, 30. legas, ubi meliorem scripturam a libris oblatam Heynius Wesselingiusque spreverunt; εὐμορφώτερος, quod olim editiones Luciani Dial. Mort. XXV. ob-

sedit. Vid. Iensius ad Lucian. l. l., Villoison. ad Longum p. 292. sq., Fischer. Animadv. ad Weller. II. p. 83. sq. — Quae sequuntur, sic interpungenda[12]): εἰ δὲ μὴ, (scil. ἔνδοξοί εἰσιν) ἄλλα ἔχεις πρεσβύτερα. *sin minus, alia suppetunt maioris momenti.* Infra p. 399. πρεσβύτερος et κυριώτερος coniunguntur. Vid. I. Fr. Gronov. ad Liv. 1, 32, 2. [13]) — Paullo post ante ἄλλη excidisse suspicor ἄλλοτε: nisi Rhetor βραχυλογίαν sectatus est; ut ἄλλη sit i. q. ἄλλη καὶ ἄλλη, ἄλλοτε ἄλλη, ἄλλοτε ἀλλοία. Ceterum post βούλησιν distinguendum μέσῃ στιγμῇ.

P. 252. v. 7. διῃρημένοις] „Sic et V." Vere Sylburgium puto coniecisse διηρμένοις: praetereaque opinor scribendum τὰ δ' ἐν δ. Infra p. 267. διηρμένη (ἀπαγγελία) καὶ μέγεθος ἔχουσα. ubi item e Cod. Cant. enotata varietas διῃρημένη. Noster ibi Codex διεγηγερμένη, e glossemate. Dionysius de Lycurgo p. 433. ἐστι διαπαντὸς αὐξητικὸς, καὶ διηρμένος, καὶ σεμνός. Sic enim ibi bene corrigunt vulgatum διῃρημένος. [14]) Plutarchus Mor. T. 1. p. 654. ed. Wyttenb. τὸ δὲ γαῦρον — καὶ ὑψηλὸν καὶ διηρμένον. Ibid. p. 458. εἰς τὸ μὴ πέρα τοῦ προσήκοντος ἐν τοῖς προσπίπτουσιν ἢ διαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν, ἢ ταπεινοῦσθαι καὶ καταπίπτειν πρὸς οἴκτους καὶ ὀλοφυρμούς. De rhetorica διάρσει conf. Ernestii Lexic. Technol. Graec. Rhet. p. 74. Sed is διαίρειν λόγον male vertit *inflare orationem;* quod technici in vitiis ponunt. Imo vertendum *sublate* s. *elate dicere.* Audi Ciceronem Brut. c. 55.: *oratorum bonorum — duo genera sunt, unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium —. Sed cavenda est presso illi oratori inopia et ieiunitas: amplo autem inflatum et corruptum orationis genus.* Idem de opt. gen. orat. c. 4.: *Ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit.* In Iulio Caes. B. C. III. c. 79. bene,

ni fallor, Ciacconius: *elatius inflatiusque multo, quam res erat gesta.* Haec, quamquam non ταυτολόγα, ut Scaligero visum, recte hic iunguntur: sicque, opinor, etiam II. c. 17. scribendum; quae enim Oudendorpius contra monuit, parum me movent. Plinius Epist. 4, 14, 3. *describimus aliquid modo pressius, modo elatius.* quod satis mihi videor contra Ernestium tutatus. [15]) Ceterum ut hic τῇ ἀφελείᾳ opponuntur τὰ διηρμένα, sic infra p. 241. sq. λέξις ἀφελὴς τῷ ἐξαίρειν τὸν λόγον εἰς σεμνότητα. — Deinde ἢ post εἰπεῖν delendum, ortum illud librariorum oscitatione ex antecedente ν; qua negligentia nullam facile in libris errorum feraciorem esse, verissime monuit Wyttenbachius in Annot. ad Xenophont. p. 378. Vid. eundem ad Plutarch. Mor. T. 1. p. 490. 549. Lucianus T. 3. p. 633. τῷ τε γὰρ Μενέλεῳ οὐ τοσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας τῶν οἴκων, ἢ ὅσον τοὺς εἰσερχομένους ἐκπλήττειν. Leg. — — τῶν οἴκων, ὅσον τοῦ τοὺς εἰσερχ. ἐκπλ. Contrario vitio laborat Suidas v. Δομετιανός. T. 1. p. 615. οὐχ ὑπέμεινεν ἑτέρων αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τὸ Καπιτώλιον ἀνδριάντων στάσιν ἐκ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πεποιημένων. Fontem, unde haec Suidas hausit, si Kusterus adiisset, et ἢ vidisset post στάσιν excidisse, et totum locum aliter vertisset: quam enim dedit versionem, a sensu scriptoris plurimum aberrat. Particulam istam inserendam esse, dudum monuerat, versionem simul corrigens, egregius ille Sylburgius in Rom. Histor. Scriptor. Graec. Minor. p. 967. b. Laborat item Plutarchus Mor. T. 2. p. 311. οἷον ὀρτύγων, ἀλεκτρυόνων. Scribo: οἷον ὀρτύγων ἢ ἀλεκτρυόνων. Bene Interpres: *ut coturnicum vel gallorum.* Mitior haec crisis quam Iacobsii Animadv. in Anthol. Gr. II. 3. p. 13. totam hanc ῥῆσιν, ut ex margine in contextum illatam, delentis. Eadem de causa, opinor, articulus excidit in Herodoto p. 135, 24. ubi legam: Τῶν δὲ κροκοδείλων ἡ φύσις ἐστὶ

ſunt qui ſimplex ſigma exhibeant. Vid. Spanhem. Diſſert. de Praeſt. et Uſu Num. T. 1. p. 626. In Callimachi Epigramm. II. ed. Erneſt. (XLVII. Analect. Brunck.) ſcribendum ex Cod. Vatic., Edd. Ald. et Aſc.:

— — — — ἀλλὰ σὺ μέν που,
ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ — — —.

In Chriſtodori Ecphraſi v. 377. bene editum:

Οὐδ' Ἁλικαρνησοῦ με παρέδραμε θέσπις ἀοιδός. [1])

ubi perperam Stephanus Ἁλικαρνασσοῦ.

P. 225. v. 2. ΤΕΧΝΗ] „μέθοδοι πανηγυρικῶν, γαμηλίων, γενεθλιακῶν, ἐπιθαλαμίων, προσφωνηματικῶν, ἐπιταφίων, προτρεπτικῶν ἀθληταῖς." Titulus hic eſt argumento longe accommodatior vulgari illo, quem qui primus huic libellorum rhetoricorum farragini praefixit, quid τέχνη ſit, parum videtur attendiſſe.

P. 225. v. 6. Περὶ τῶν πανηγυρικῶν] „Περὶ πανηγυρικῶν." Recte. Sic et ſequentium capitum tituli articulum omittunt.

P. 225. v. 7. ſq. Πανήγυρις — — παραδιδομένη] „Πανηγύρεις — — παραδιδόμεναι V." Bene: ſequuntur enim verba numeri pluralis, συνήχθησαν, κατεστάθησαν. In μειζόνων vitium ineſſe opinor, cui qui cum probabili ſucceſſu medear non habeo. Scribendumne μελεδώνων? Certe μελεδὼν Rhetoris noſtri paſſim calamiſtratum dicendi genus haud dedecet.

P. 225. v. 9. ſq. ἀνθρώπειον] „ἀνθρώπεινον V." Confudit librarius διττογραφίαν, ἀνθρώπειον, ἀνθρώπινον. Nihil crebrius commutatione harum formarum. Vid. Sylburg. infra ad p. 398. Var. Lect. ad Antiquit. Rom. 2, 20. 71. Abrah. Gronovius in Var. Geograph. p. 151. Siebenkeeſ. ad Strabon. init.

P. 226. v. 2. ἡ] „Omiſit V.“ Commode abeſt articulus. Mox pro ἀλλήλων videtur legendum ἄλλη ἄλλων.

P. 226. v. 3. τῶν πλουσίων] „τῶν omiſit V.“ Melius adeſt, cum ſequatur τῶν ἀρχόντων.

P. 226. v. 6. γε] Ed. Sylb. γὲ. „γε V.“ Levia haec; ſed teſtantur ἀκρίβειαν conferentis.

P. 226. v. 7. δὴ] „δὲ V.“ Longe praeſtat δὴ, „notans hic, ad inſtitutum terminum, quo contenderat, deductam eſſe orationem. Hic particulae uſus maxime apparet, quoties quis, repetito altius primordio, ad rem ipſam, quam explicare aut narrare propoſuerat, accedit quaſi ſpiritu erumpente.“ Sic bene Hoogeveen. Doctr. Partic. L. Gr. Tom. 1. p. 291.

P. 226. v. 11. τοὺς] „Omiſit V.“ Male. Aliud πολλοὶ, aliud οἱ πολλοί. Πολλοὶ, *multi*, οἱ πολλοὶ, *plerique*, *vulgus*. Monuerunt primarii viri, Caſaubonus ad Athen. p. 28, 25. et Valckenarius Diatr. Euripid. p. 217. B. Pedeſtris quidem oratio poëſisque Attica hoc discrimen diligenter ſervant. Qui enim in contrariam ſententiam afferuntur [2]) loci, partim ſunt corrupti [3]), partim ita comparati, nihil ut impediat πολλοὺς vertere *multos*. Alia ratio eſt poëſis Ionicae, omnino liberioris in uſu articuli, ut quae etiam αὐτὸς pro ὁ αὐτὸς dicat. [4]) Minus circumſpecte Ruhnkenius ad Hermeſian. v. 89.

P. 226. v. 11. γινόμενος] „γενόμενος V.“ Perparum intereſt.

P. 226. v. 15. γινόμενοι] „γιγνόμενοι V.“ Ἀττικωτέρως: quamquam dubites, an hic ſcriptor talia ſectatus ſit. Quod ſequitur ἦν, bene habet. Repete ex praegreſſis τέχνην. Mox poſt ποιμὴν deſideres articulum τήν.

P. 227. v. 5. ſq. Ὀλύμπιος Ζεύς] „Ζεὺς ὀλύμπιος V.“ Vulgaris ordo praeſtat. Ceterum mi-

tio huius τμήματος suspicor legendum: Ἴσθι οὖν κ. τ. λ. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 504. In Herodoto p. 578, 42. sq. magnanimus Spartiata ad tyrannum Syracusarum: ἴσθι ἀρξόμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων. quod non intelligens interpres, male vertit: *esto dicto audiens Lacedaemoniis*. Imo vertendum: *scito te fore sub imperio Lacedaemoniorum*. Sed Xenophon Hier. fin. vereor ne scripserit: κἂν ταῦτα πάντα ποιῇς, εὖ ἴσθι, πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κάλλιστον καὶ μακαριώτατον [5]) κτῆμα κεκτήσῃ. Lectionem hanc, neglectam a recentioribus editoribus, Stephanus in marg. edit. sec. commemoravit. Simili constructione Hellenic. 3, 5, 11. p. 173. ed. Schneid. καὶ νῦν γε, ἂν φανεροὶ γενώμεθα — —, εὖ ἴστε, ἀναφανήσονται κ. τ. λ. Plato Phaedon. c. 64. Εὖ γὰρ ἴσθι, ἦ δ' ὅς, ὦ ἄριστε Κρίτων, τὸ μὴ καλῶς λέγειν, οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελὲς [fort. πλημμελεῖ], ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς.

P. 227. v. 10. θεῶν] „τῶν θεῶν V." Facile caremus articulo, quem nollem Heerenius in Menandri Comment. de Encom. p. 30. de suo addidisset. Saepissime enim θεός, θεοὶ, pro ὁ θεός, οἱ θεοί. Sic et βασιλεὺς pro ὁ βασιλεύς, inprimis de rege Persarum, [6]) posteriorum temporum scriptoribus Graecis de Romanorum Augustis. Falluntur qui talibus locis articulum inferciunt. Dissentientibus quidem codicibus, articulus, opinor, melius negligitur. Omnino haud exiguus est numerus nominum articulo fere carentium: velut μουσική, quod statim sequitur, ubi si quis scribendum censeret τῆς μουσικῆς εὑρετής, hellenismi parum se callidum proderet. Xenophon Oeconom. init., ni fallor, scripsit: ὥσπερ ἰατρικὴ καὶ χαλκευτικὴ καὶ τεκτονική. Bene ibi articulum omittunt ante χαλκευτικὴ Editt. vett. cum multis

Codd. Utrum a ſcriptoris manu profectum ſit, ipſe Xenophon ſignificat, mox ſcribens: ὁ μὲν γὰρ τεκτονικὴν ἐπιςάμενος κ. τ. λ. Idem Cyrop. 8, 1, 34. ex vera linguae graecae ratione: ταύτην [τὴν θήραν] ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίςην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι, καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεςάτην. Ibid. 8, 3, 25. πολὺ μάλιςα γὰρ ἐμεμελήκει αὐτῷ ἱππικῆς. Anab. 1, 9, 5. Ἔκρινον δ' αὐτὸν καὶ τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἔργων, τοξικῆς τε καὶ ἀκοντίσεως φιλομαθέςατον εἶναι καὶ μελετηρότατον. Conf. Porſonum ad Eurip. Hecub. v. 788.

P. 228. v. 6. ſq. ὅτι κάλλει — — σμικρὰ] „Omiſit V.“ Aberrarunt librarii oculi a priore σμικρὰ ad poſterius: qui fons talium lacunarum uberrimus. Similem lacunam infra p. 257. v. 11., a nemine, quod norim, animadverſam, Codex noſter praeclare explevit.

P. 229. v. 1. ἤ τι ἄλλο ἀρχαῖον] „εἴτε ἄλλό τι ἀρχαῖον V.“ quod bonum: nec tamen deterior vulgata lectio. Infra p. 256. v. 14. ſq. εἴτ' ἠπειρωτικὴ εἴη, εἴτ' ἐπιθαλαττίδιος, ἢ νησιῶτις. Plato Phaedr. p. 350. ed. Heind. Ὡς εἴτε Λυσίας ἤ τις ἄλλος κ. τ. λ. ubi vid. not. Diodorus Sic. T. 2. p. 400, 89. ſſ. εἴτε καὶ [ſuſpecta haec particula, nata, opinor, quod ſexcenties accidit, ex proxima praepoſitione] κατ' ἀλήθειαν αὐτῶν διανοηθέντων τι πρᾶξαι τοιοῦτον, εἴτε καὶ ψευδέσι διαβολαῖς φυγάδων πεισθεὶς, ἢ καὶ νὴ Δία χρημάτων βουλόμενος εὐπορῆσαι. Dio Caſſ. LXXIX. p. 1349. ed. Reim. (Eclog. Urſin. p. 441.) εἴτε Ψευδαντωνῖνος, εἴτε καὶ Ἀσσύριος, ἢ καὶ Σαρδανάπαλος. Lucianus T. 1. p. 780, 56. εἴτε φιάλη τις, ἢ σκύφος, ἢ στέφανος. Sic Ariſtophanes Nub. v. 270. ſſ. εἴτ' —, εἴτ' —, εἴτ' —, ἢ —, ἢ —. In Apollonio Rhod. 4, 343. ſq. legit Etymologus M. col. 88, 37.:

— — — — — εἴτε δόλοισιν,
ἠὲ καὶ ἀμφαδίην — — —

Andromachus apud Galen. T. 2. p. 429, 54. sq. ed. Basil.:

εἴτε σε Τρικκαῖοι, δαῖμον, ἔχουσι λόφοι,
ἢ Ῥόδος, ἢ Βούρινα — — —

P. 229. v. 3. τοῦτο] „Sic et V.“ Hoc si, ut arbitror, genuinum est, εὐπορήσεις corrigi oportet. Lenissima mutatio, et quae nemini non in mentem veniat, εὐπορίσεις, *facile parabis*. Tueri eandem videatur locus Luciani T. 2. p. 63, 6. sq. τὸ τῆς εὐνοίας παρεὶς, προσοχὴν ἢ εὐμάθειαν εὐπορίσει τοῖς ἀκούουσι. ubi alii item εὐπορήσει. Sed εὐπορίζειν multum vereor ne hellenismus non agnoscat. Εὐπόριστος quidem, vocem cum aliis frequentatam, tum maxime ἰατρῶν παισὶν, frustra sit qui cum I. C. Suicero in Lex. Gr. Lat. ab εὐπορίζειν derivet, cum derivanda sit ab εὖ et ποριστός. En canonem Ios. Scaligeri Nunnesium, qui contra eum deliquerat, reprehendentis in Not. ad Phrynichum p. 114.: „Nemo hellenismi paullo peritior concedet εὐαγγέλλω Graecum esse. Nam τὸ εὐ καὶ τὰ στερητικὰ μόρια non componuntur cum verbis, sed cum nominibus. Itaque εὐάγγελος recte dicitur: unde verbum εὐαγγελέω. non autem εὐαγγέλλω. quod est absurdissimum. Barbara sunt Euripidis δυσθνήσκω pro δυσθανατῶ, item δυσπροσίεσθαι Achillis Tatii. a quibus tanquam a scopulo vitandum.“ [7]) Quae cum ita sint, scribendum puto, in Rhetore nostro ἐκπορίσεις, in Luciano ἐκπορίσει: nam diducta scriptura, εὖ πορίσεις, εὖ πορίσει, quae malo item mederetur, vereor ut cuiquam, his quidem locis, approbari possit. Sic ut censeam, movent me aliquot loci Xenophontis: Anab. 5, 6, 19. εἰ μὴ ἐκποριοῦσι τῇ στρατιᾷ μισθόν. MSS. Par., Eton. et marg. Steph. ἐξευποριοῦσι: διττογραφία, opinor, id quod passim accidit, confusâ in vocem monstruosam. Eadem, ni fallor, commistio διττογραφίας alium locum foede corrupit ibid. 5, 8, 25. ἢ ἀποροῦντι συν-

ἐξευπόρισά τι. Mitto reliquam varietatem: unus MS. Par., συνεξεπόρησα legens, ad verum recta ducit. Scribendum συνεξεπόρισα. Itaque in Lexico Xenophonteo, ſane egregio theſauro Graecitatis, ſed in quo κρίσιν ſaepiuſcule requiras, delenda verba βαρβαρικώτατα, ἐξευπορίζειν et συνεξευπορίζειν. Tali quidem acceſſione Theſaurus H. Stephani, iam ſatis ille ſordium trahens, quod tamen immortali viro condonandum, facile carebit. Ceterum permirum accidat, quid cauſae ſit, cur barbari illius εὐπορίζειν veſtigia ſubinde occurrant. Num forte poſterior Graecitas, deluſa falſo etymo vocis εὐπόριστος, quam vita communis, maxime ſenſu medicinali, frequentaret, εὐπορίζειν dicere coepit, quod antiqui ſcriptores ἐκπορίζειν dixerant? [7a])

P. 229. v. 14. τὸν] „Omiſit V.“ Perperam.

P. 230. v. 5. τὴν ἐν] „καὶ V.“ Praeſtat vulgata.

P. 230. v. 8. ἐπαίνου] „ἐπαίνων V.“ quod et ipſum bonum, niſi adeo praeferas. Suſpicacior utrumque iungens ſcripſerit: οὐδὲ γὰρ ἐν τούτῳ γενόμενος ἀπορήσεις ἐπαίνου· ἐπαινῶν τὴν μὲν δρῦν, κ. τ. λ. — Paullo ante malim ad helleniſmi normam: ὅστις ᾖ. Obiter corrigam Dionyſ. Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 506. ἀγοραί τε αὐτόθι λαμπρόταται τῶν ἐν ἄλλοις τισὶ τόποις τῆς Ἰταλίας ἀγομένων ἐγίνοντο. Repetitâ ſyllabâ ſcribendum videtur ἐν ἄλλοις οἷστισι τόποις. [8])

P. 230. v. 10. μὲ] „ἡ V.“ Congruentius hoc reliquis, τὴν δρῦν, τὴν δάφνην.

P. 230. v. 13. τῆς] „Omiſit V.“ Non deſidero articulum.

P. 230. v. 14. πρώτῳ] „τῷ τρόπῳ V.“ quod probo. Ex vulgata conſequitur, Minervam plures ſibi coronas deinceps impoſuiſſe. — ἐστέψατο. Rarius hoc fereque poëtici coloris. Frequentius pedeſtrisque magis proprium orationis ἐστεφανώσατο.

Vid. Kuſter. de V. M. I. 8. Epigr. XLVII. in Stat. Athlet. (Anal. Brunck. T. 3. p. 28.):

ὃν καὶ κοῦρον ἐόντα παλαίτεροι ἡνιοχῆες,
στεψάμενοι σταδίοις, εἶσαν ἀγωνοθέτην.

ubi Iacobſius, negligens helleniſmi detrahensque plurimum Conſtantini laudibus, participium στεψάμενοι ſenſu activi verbi impertit. Imo vertendum: *victores; qui ipſi in ſtadio vicerunt.* — Quod infra ſequitur, ὅτι συναγωνίζεται πρὸς τὸν λόγον, lucubratorium, opinor, uſum olei ſpectat. Vita Demoſthenis p. 4. ed. Reisk. οὐδὲ τὰς νύκτας ἐκάθευδεν, ἀλλὰ διεπονεῖτο πρὸς φῶς περὶ λόγους. ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη, τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν.

P. 251. v. 4. Δημητριακοὶ, ἢ πίστεως. εὐπορήσεις δέ που] „Δημητριακοί· εἰ πίστεως εὐπορήσεις που V.“ quod vero propius puto. Scripſiſſe Rhetor videtur: πίστεων εὐπορήσεις που καὶ περὶ τούτων ἑκάστου, *poteris etiam horum laudes probabiliter, ſ. argumentis utens idoneis, perſequi.* εἰ natum, ni fallor, ex ultima ſyllaba vocabuli proxime praegreſſi. Aliter locum tentavit Iacobſius Animadv. in Stobaeum p. 242. Reſtat puſilla menda, quam eluas ſcribendo: οἱ καρποὶ οἱ Δημητριακοί. Graece enim dicitur, aut οἱ καρποὶ οἱ Δημητριακοὶ, aut οἱ Δημητριακοὶ καρποί: quarum locutionum ceteroquin eadem plane vis et ſignificatio. Videamus aliquot loca, ubi helleniſmus hunc articuli uſum vel imperioſe flagitat vel perlibenter adſciſcit. In Herodoto p. 207, 58. bene legitur τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς, nec delendum alterum τὸ cum cod. Arch. [9]) In Thucydide p. 330, 60. leg. e Reg. Caſſ. ἐν τῷ δημοσίῳ τῷ Ἀθηναίων. et p. 531, 3. e Caſſ. ἡ ἐσβολὴ ἡ ἐς τὴν Ἀττικήν. Xenoph. Anab. 2, 5, 31. leg. ex Eton. ἐπὶ ταῖς θύραις ταῖς Τισσαφέρνους. Ibid. 4, 4, 21. ex eodem libro Zeunius iure dedit ἡ σκηνὴ ἡ Τηριβάζου [10]), falſus in eo, quod articulum elegantem

dicit, quem necessarium dicere debebat: sed pervulgatus hic error est interpretum pro elegantiis saepissime venditantium, quae per linguae leges aliter habere non possunt. Nec minus idem laudandus, quod 6, 6, 8. spreto Guelferbytano oraculo, servavit τὸ δόγμα — — τὸ τοῦ στρατεύματος. ") Ibidem 7, 2, 11. τὸ δ' ἄλλο στράτευμα πᾶν ἐν τῷ αὐτῷ παρὰ τὸ τεῖχος τῶν Περινθίων ἦν. MS. Par. τὸ Περινθίων. Iuncto utroque articulo scribo: τὸ τῶν Π. Diodor. Sic. T. 1. p. 382, 19. leg. e Vat. θεῖναι τὸν ἀγῶνα τὸν τῶν Ὀλυμπίων. [Ibid. p. 699, 8. Καρχηδονίους ut suspectum uncis coërceam: coll. p. 700, 23. T. 2. p. 338, 31. genuinus ordo est οἱ ἀργυράσπιδες Μακεδόνες, ut p. 341, 37. legitur τῶν ἀργυρασπίδων Μακεδόνων. In Strabone p. 783. A. ed. Alm. legendum inverso verborum ordine: μέχρι Κασπίων πυλῶν. Nusquam aliter, quod sciam, Geographus.]

P. 231. v. 6. παρ' ἄλλοις] „ἄλλους V." Ad sensum vix quidquam interest.

P. 231. v. 12. ἄλλοις] „αὐτοῖς V." Perperam.

P. 231. v. 13. φιλοτιμώτατοι] „Sic et V." Vere Sylburgius: „Grammaticorum regula postulat φιλοτιμότατοι per ο." In Aristotelis Poët. c. 5. non minus vitiose aliquot libri pro ἀτιμοτάτων habent ἀτιμωτάτων, quod miror Buhlio rectius videri potuisse. Sed, ut fit, oblitus erat vir doctus, quae puer didicerat. Tales anomaliae poëtis relinquendae. Vide viros doctos ad Homer. Od. XX. 376. Barnes. ad Euripid. Hecub. v. 581. Non magis probanda in prosa oratione haec: εὐοπλώτατος, quod libri aliquot in Xenoph. Cyrop. 6, 2, 4. habent; εὐτεκνώτερος, quod etiamnunc in Apollodoro 3, 5, 6. et Diodoro Sic. T. 1. p. 318, 30. legas, ubi meliorem scripturam a libris oblatam Heynius Wesselingiusque spreverunt; εὐμορφώτερος, quod olim editiones Luciani Dial. Mort. XXV. ob-

ſedit. Vid. Ienſius ad Lucian. l. l., Villoiſon. ad Longum p. 292. ſq., Fiſcher. Animadv. ad Weller. II. p. 83. ſq. — Quae ſequuntur, ſic interpungenda [12]): εἰ δὲ μὴ, (ſcil. ἔνδοξοί εἰσιν) ἄλλα ἔχεις πρεσβύτερα. *ſin minus, alia ſuppetunt maioris momenti.* Infra p. 399. πρεσβύτερος et κυριώτερος coniunguntur. Vid. I. Fr. Gronov. ad Liv. 1, 32, 2. [13]) — Paullo poſt ante ἄλλη excidiſſe ſuſpicor ἄλλοτε: niſi Rhetor βραχυλογίαν ſectatus eſt; ut ἄλλη ſit i. q. ἄλλη καὶ ἄλλη, ἄλλοτε ἄλλη, ἄλλοτε ἀλλοία. Ceterum poſt βούλησιν diſtinguendum μέσῃ στιγμῇ.

P. 232. v. 7. διηρημένοις] „Sic et V." Vere Sylburgium puto conieciſſe διηρμένοις: praetereaque opinor ſcribendum τὰ δ' ἐν ᾧ. Infra p. 267. διηρμένη (ἀπαγγελία) καὶ μέγεθος ἔχουσα. ubi item e Cod. Cant. enotata varietas διηρημένη. Noſter ibi Codex διεγηγερμένη, e gloſſemate. Dionyſius de Lycurgo p. 433. ἐστι διαπαντὸς αὐξητικὸς, καὶ διηρμένος, καὶ σεμνός. Sic enim ibi bene corrigunt vulgatum διηρημένος. [14]) Plutarchus Mor. T. 1. p. 654. ed. Wyttenb. τὸ δὲ γαῦρον — καὶ ὑψηλὸν καὶ διηρμένον. Ibid. p. 458. εἰς τὸ μὴ πέρα τοῦ προσήκοντος ἐν τοῖς προσπίπτουσιν ἢ διαίρεσθαι πρὸς ἀλαζονείαν, ἢ ταπεινοῦσθαι καὶ καταπίπτειν πρὸς οἴκτους καὶ ὀλοφυρμούς. De rhetorica διάρσει conf. Erneſtii Lexic. Technol. Graec. Rhet. p. 74. Sed is διαίρειν λόγον male vertit *inflare orationem*; quod technici in vitiis ponunt. Imo vertendum *ſublate* ſ. *elate dicere.* Audi Ciceronem Brut. c. 55.: *oratorum bonorum — duo genera ſunt, unum attenuate preſſeque, alterum ſublate ampleque dicentium —. Sed cavenda eſt preſſo illi oratori inopia et ieiunitas: amplo autem inflatum et corruptum orationis genus.* Idem de opt. gen. orat. c. 4.: *Ita fit, ut Demoſthenes certe poſſit ſummiſſe dicere, elate Lyſias fortaſſe non poſſit.* In Iulio Caeſ. B. C. III. c. 79. bene,

ni fallor, Ciacconius: *elatius inflatiusque multo, quam res erat gesta.* Haec, quamquam non ταυτολόγα, ut Scaligero visum, recte hic iunguntur: sicque, opinor, etiam II. c. 17. scribendum; quae enim Oudendorpius contra monuit, parum me movent. Plinius Epist. 4, 14, 3. *describimus aliquid modo pressius, modo elatius.* quod satis mihi videor contra Ernestium tutatus. ") Ceterum ut hic τῇ ἀφελείᾳ opponuntur τὰ διηρμένα, sic infra p. 241. sq. λέξις ἀφελὴς τῷ ἐξαίρειν τὸν λόγον εἰς σεμνότητα. — Deinde ἢ post εἰπεῖν delendum, ortum illud librariorum oscitatione ex antecedente ν; qua negligentia nullam facile in libris errorum feraciorem esse, verissime monuit Wyttenbachius in Annot. ad Xenophont. p. 378. Vid. eundem ad Plutarch. Mor. T. 1. p. 490. 549. Lucianus T. 3. p. 633. τῷ τε γὰρ Μενέλεῳ οὐ τοσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας τῶν οἴκων, ἢ ὅσον τοὺς εἰσερχομένους ἐκπλήττειν. Leg. — — τῶν οἴκων, ὅσον τοῦ τοὺς εἰσερχ. ἐκπλ. Contrario vitio laborat Suidas v. Δομετιανός. T. 1. p. 615. οὐχ ὑπέμεινεν ἑτέρων αὐτοῦ γενέσθαι κατὰ τὸ Καπιτώλιον ἀνδριάντων ςάσιν ἐκ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου πεποιημένων. Fontem, unde haec Suidas hausit, si Kusterus adiisset, et ἢ vidisset post ςάσιν excidisse, et totum locum aliter vertisset: quam enim dedit versionem, a sensu scriptoris plurimum aberrat. Particulam istam inserendam esse, dudum monuerat, versionem simul corrigens, egregius ille Sylburgius in Rom. Histor. Scriptor. Graec. Minor. p. 967. b. Laborat item Plutarchus Mor. T. 2. p. 311. οἷον ὀρτύγων, ἀλεκτρυόνων. Scribo: οἷον ὀρτύγων ἢ ἀλεκτρυόνων. Bene Interpres: *ut coturnicum vel gallorum.* Mitior haec crisis quam Iacobsii Animadv. in Anthol. Gr. II. 3. p. 13. totam hanc ῥῆσιν, ut ex margine in contextum illatam, delentis. Eadem de causa, opinor, articulus excidit in Herodoto p. 135, 24. ubi legam: Τῶν δὲ κροκοδείλων ἡ φύσις ἐςὶ

τοιήδε. quamquam vulgatam lectionem defendas hoc loco p. 138, 25. sq. Εἶδος δὲ της μὲν ἴβιος τόδε. Sed ibidem mox v. 35. sq. τοῦ δὲ ἔφιος ἡ μορφὴ, οἵηπερ τῶν ὕδρων. — Post, ni fallor, scribendum: εἰ μή τι πρὸς εἶδος γράφειν προὔθετο. τι, quod vulgo post γράφειν legitur, natum est ex prima litera verbi sequentis; qui error frequentissimus. Conf. Valckenar. ad Herodot. p. 276, 57. Dionysius Halic. Ant. Rom. T. 1. p. 116. καὶ τῶν ἄλλων εἴ τι πλεῖστον ἀξίωμα ἦν, σῶμα ἢ χρῆμα. Coniecturis virorum doctorum ad hunc locum expromtis accedat haec, certe non improbabilior illis: καὶ τῶν ἄλλων ᾧ πλεῖστον ἀξίωμα ἦν, σῶμα ἢ χρῆμα. [16]) Nec minus frequens contrarius error, quo litera π praegressum τι elisit. Lucianus T. 1. p. 205. μηνύσω πάνυ ἀναγκαῖον. Bene Hemsterhusius correxit: μηνύσω τι πάνυ ἀναγκαῖον. In Plutarcho Vit. Ciceron. c. 30. in. scribendum suspicor πάντ᾽ ὁμοῦ τι πράγματα. Sic enim ille solet. Ibid. c. 16. extr. δισμυρίων ὁμοῦ τι συνηθροισμένων. c. 26. ὁμοῦ τι πρεσβύτατος ὤν. Idem Vit. Alcibiad. c. 13. τοῖς δὲ κωμικοῖς ὁμοῦ τι πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν. Mor. T. 1. p. 332. συναγαγὼν ὁμοῦ τι τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν. ubi item τι ante Wyttenbachium deerat. Vid. de ὁμοῦ τι Casaubon. ad Strabon. p. 425. ed. Amstel. — Denique post ἀφορμὴν Sylburgius, Antimachi motus versione, παρέχειν supplet. Id qui potuerit excidere, vix dixeris. Mecum si suppleas χορηγεῖν [17]), facilius caussa defectus intelligitur. Dionysius Cens. de prisc. scriptor. in. ἵν᾽ ἐντεῦθεν μὴ μόνον τῆς ὑποθέσεως τὴν ὕλην, ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἰδιωμάτων ζῆλον [18]) χορηγηθῶμεν.

P. 232. v. 12. οἷα] „οἷον V." Bene. — Καὶ post ἐπακολουθοῦσαν ne deleas. Luxuriari Graecos in huius particulae usu, vere monuit Dorvillius ad Charit. p. 308. ed. Amstel. Sic infra p. 234. v. 4. καὶ abundat ante παρὰ σεαυτῷ: p. 235. v. 4. ante

πατήρ: p. 240. v. 13. ante ὑπὸ θεῶν. Conf. H. Stephanum Animadv. in Lib. de Dial. p. 33. ſqq.

P. 233. v. 1. τὴν] „τὸ V.“ Quod quid ſibi velit, non intelligo. Idem tamen Antimachus, vertens *ad hoc*, videtur reperiſſe.

P. 233. v. 2. λόγου] „τοῦ λόγου V.“ Probo.

P. 233. v. 10. διαιρεῖν] „διαιρῶν V. ambigue.“ Bene habet vulgata: ne de διαιρῶν cogites.

P. 233. v. 11. δὴ] „Omiſit V.“ Praeſtat, ut fortior, noſtra lectio. Marcellinus de Thucyd. Vita p. 5, 1. μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα Τιμαίῳ. Deinde pro τε malim γε. Euripides Troad. v. 212. Musgr. μὴ γὰρ δὴ δίναν γ' Εὐρώτα. — Proxime ſequentia, ἐννοίαις ταῖς ἐπ' αὐταῖς, velim mihi aliquis explicet. Quod cum iure deſperes fieri poſſe, coniectandi venia data eſt. Sume, ταῖς natum eſſe ex literis praegreſſis ιαις, [19]) neque improbabis, opinor, ſi quis pro ἐπ' αὐταῖς legat ἐναντίαις. Perſimile vitium inquinavit Dionyſium Ant. Rom. T. 1. p. 148. Ibi vulgo legitur: καὶ ἃ ὑμᾶς μηδὲν αὐτὸν βουλεῦσαι. Praeclare Cod. Vatic. καὶ δεῖ ὑμᾶς μηδὲν ἐναντίον βουλεῦσαι.

P. 233. v. 12. ποτε· ἀλλ' οὖν] „ποτε ἀλλήλων, V.“ quod verum videtur. Ἀλλ' οὖν hac ſtructura non memini legere.

P. 234. v. 1. συντέλειάν] „τέλειάν V.“ Nullo ſenſu. συντέλειά τε καὶ κόσμος videtur ἓν διὰ δυοῖν, pro κόσμος ἐντελής. Niſi malis συντέλειαν interpretari id quod quis confert, tanquam tributum. Infra ἔρανος. Thomas Mag. p. 900. τέλος δὲ, ἡ ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας συντέλεια. — Mox pro μηδ' αὐτῶν ſi legas μηδ' αὐτὸν, nihil remanet difficultatis.

P. 234. v. 7. τῶν λόγων] „τὸν λόγον V.“ Sic et alii Codices. Bene. Hunc enim accuſativum deſiderat verbum προανακρούσω. Rhetor infra p. 341. loco ceteroquin parum ſano: ἔνδειξιν — — προανακρουομένην τὸ λυπηρὸν τοῦ ἀκούσματος. Suid.

T. 3. p. 175. Ἄποινον ὁ θεόπτης Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ προανεκρούετο. quem locum a Kuſtero tentatum perite tuetur Toupius Emendat. in Suid. Vol. 2. p. 102. ſq. Antipater Sidon. LXXV. (Anal. Brunck. T. 2. p. 26.):

> εὕδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ, ᾧ σὺ μελίσδων,
> βάρβιτ', ἀνεκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.

de quo loco vid. Hulchkium Anal. Crit. p. 95. ſq.

P. 234. v. 10. τὰς] „Omiſit V.“ Male.

P. 234. v. 10. λεγομένας] „καλουμένας V.“ Senſu eodem. Notanda phraſis οὕτω λεγόμενος etc. Noſter infra p. 235. γαμηλίων τε καὶ γενεθλίων οὕτως ὀνομαζομένων. P. 259. ὄνομά γε μὴν ἀμφοῖν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, ἐπιτάφιος οὕτως ὀνομαζόμενος. ubi ante ἐπιτάφιος, opinor, ὁ excidit. Ibid. paullo poſt: ἐπεί τοι καὶ τὰ ποιήματα μετὰ τούτων, οἱ ἐπικήδειοι οὕτως ὀνομαζόμενοι. P. 247. ſ. legitur ἐπιθαλάμιος οὕτως ἐπιγεγραμμέναις ταῖς ᾠδαῖς. Cod. noſter ἐπιγραφόμενος. Scribendum igitur ὁ ἐπιθαλάμιος οὕτως ἐπιγραφόμενος ταῖς ᾠδαῖς. P. 267. vulgata habet ὁ προτρεπτικὸς οὗτος λεγόμενος. Egregie noſter Codex οὕτω. Diodorus Sic. Exc. de Virt. et Vit. T. 2. p. 607, 87. ſq. ὁ βασιλεὺς τῆς Γαλατικῆς πόλεως τῆς οὕτω καλουμένης Ἰοντώρας. Summarium libri XI. Strabonis p. 1200. ed. Amſt. ἔχει δὲ καὶ Τρωγλοδύτας καὶ Ἡνιόχους οὕτω λεγόμενα [marg. καλούμενα] ἔθνη. [9*]). Antiquiores ſcriptores οὕτω omittunt. Herodotus p. 128, 72. ſq. ἐς τὴν νῦν Βοιωτίην καλεομένην χώρην. Xenophon Anab. 7, 4, 11. ἐν τοῖς ὀρεινοῖς καλουμένοις Θραξί. ut Weiskius bene edidit, deleto articulo poſt ὀρεινοῖς. Sic ibid. 7, 5, 12. διὰ τῶν Μελινοφάγων καλουμένων Θρᾳκῶν. ubi quae mox ſequuntur, στήλας ὁρισάμενοι, πρὶν ὁρίσασθαι, compara cum Euripidis Hec. v. 16.:

> ἕως μὲν οὖν γῆς ὀρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα.

quo loco fruſtra ſunt qui cum Scaligero ἐρείσματα legendum cenſent: cuiusmodi ſuſpicione, pa-

riter inani illa, etiam Xenophonteum locum Hutchinſonus tentavit. Heſychius T. 1. c. 870. Γωνοϱίσματα. γνωϱίσματα. τοποθεσίαι. Tuetur hanc gloſſam Ruhnkenius in Auctar. Emendat. ad h. l. Vereor ut iure. Mihi quidem ſcribendum videtur: Γῶν ὁϱίσματα. Conf. Euripid. Troad. v. 379. ed. Musgr.:

ἔθνησκον, οὐ γῆς ὅϱι' ἀποστεϱούμενοι.

Oreſt. v. 437. ed. Porſ.:

κᾆτ' οὐχὶ φεύγεις, γῆς ὑπεϱβαλὼν ὅϱους;

Apollodor. 2, 7, 7. Λαπίθαι γὰϱ πεϱὶ γῆς ὅϱων ἐπολέμουν αὐτῷ. Γαῖ, formam maxime recentioribus adhibitam, non tamen, opinor, ſpreverunt antiquiores. Vid. Valckenar. ad Scholiaſt. Phoeniſſ. Euripid. p. 682. a. ad Herodot. p. 368, 81.

P. 234. v. 15. Πϱοκεχείϱηται] „Πϱοκεχείϱισται V." Bene. Πϱοχειϱεῖσθαι, ex hoc uno loco excitatum a D. Scotto, nusquam reperias: frequentiſſimum eſt πϱοχειϱίζεσθαι. Conf. Schweighaeuſ. ad Polyb. T. 5. p. 689. — ἐν τοῖς μάλιστα καὶ τοῦτο πϱὸ πάντων. Notetur abundantia dictionis. — Deinde poſt θήϱας ponenda τελεία στιγμή. Ἀμέλει γέ τοι novam periodum orditur, ut infra p. 252. v. 3. Ceterum in his ulcus latet, cuius medicina a Codicibus exſpectanda. Quid Rhetor ſcribere voluerit, facile apparet; ſed quis eius manum in loco, ni fallor, lacunoſo praeſtare auſit? Vin' lacunam ita expleam, ut, quae cauſa eius fuerit, ſimul appareat. Scribo: Ἀμέλει γέ τοι ὧδ' ἐν τούτοις, ὥσπεϱ που καὶ ἐν ταῖς θέσεσιν, [διοικητέος ὁ λόγος. Ἀϱχὴ μέν ἐστιν] ἀπὸ θεῶν, καὶ ὅτι οὗτοι κ. τ. λ. Enimvero talia ingenii commenta non flocci facienda prae iudiciis librorum ſcriptorum.

P. 235. v. 4. τε] „Omiſit V." Abeſſe poteſt copula. Sic modo habuimus εὑϱόντες καὶ δείξαντες. P. 234. v. 9. γϱάφων καὶ συγγϱάφων.

P. 235. v. 13. τε καὶ] „καὶ τὸ V." Nullo ad ſenſum discrimine. Ceterum notetur h. l. ὕστερον πρότερον, τὸ γεννᾷν τε καὶ κυΐσκειν. Xenophon Mem. 3, 5, 10. καὶ τὴν Ἐρεχθέως γε τροφὴν καὶ γένεσιν. ubi temere Zeunius: „Non tam ineptus putandus eſt Xenophon, ut γένεσιν poneret poſt τροφήν." [19 b]) Ineptus igitur et pater poëſeos, Odyſſ. XII. 134.

τὰς μὲν ἄρα θρέψασα, τεκοῦσά τε, πότνια μήτηρ.

Ibid. XIV. 201.

υἱέες ἐν μεγάροις ἠμὲν τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο.

Anna Comnena Alex. init. πορφύρας τιθήνημά τε καὶ γέννημα. [20])

P. 236. v. 5. μεμηχανημένος] „μηχανώμενος V." quod et ipſum bonum. — Τοῖν προσφιρωτάτοιν optime mutatum in τὴν προσφορωτάτην. Ne quis obiiciat, improbabile videri, ſingularem numerum per dualem, longe illum infrequentioris uſus, loco pulſum, ſciat, librarios alibi etiam dualem male invexiſſe. Conf. Hemſterhuſ. ad Ariſtoph. Plut. v. 581. Brunck. ad eiusdem fabulae v. 73. Quamquam alterum vitium, quo dualis plurali cedere coactus eſt, longe crebrius occurrit. Euripidem Helen. v. 138. ſuſpicor ſcripſiſſe:

τεθνᾶσι, κοὐ τεθνᾶσι· δύο δ' ἐστὸν λόγω.

ut idem Phoeniſſ. v. 1673. habet:

ἀλλ' εὐκλεεῖς τοι δύο φίλω κεῖσθαι πέλας.

In Xenoph. Memor. 2, 5, 1. vera videtur lectio margin. Stephan. τῶν γὰρ οἰκετῶν ὁ μέν που δύο μναῖν ἄξιός ἐστιν. Conf. Brunck. ad Sophocl. Oedip. Col. v. 531. Antig. v. 533. —

P. 236. v. 5. ſq. πεπλανημένου] „πεπλασμένου V." Prave.

P. 236. v. 7. ἔσχον διὰ] „ἔχοντα V." Non minus corrupte.

P. 236. v. 7. sq. ἀνθρώπειον] „ἀνθρώπειον V." Vid. ad p. 225. v. 9. Pro γε τὸ ἀνθρώπειον suspicor legendum γένος τὸ ἀνθρώπειον. Supra l. c. οἰκτειράντων τῶν θεῶν τὸ ἀνθρώπειον ἐπίπονον γένος. — Quod sequitur ἐκ τῆς διαδοχῆς, tentare noli. Bene hic additur τῆς, cum sequatur alter genitivus. Nam fere sine articulo legitur, recentioribus [21]) frequentatum, ἐκ διαδοχῆς. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. 1. p. 588, 57. cuius exemplis add. Eclog. ex l. XXII. T. 2. p. 498, 81. Rarius ἐκ διαδοχῆς cum dativo [22]) reperias. Pausanias 10, 22, 3. τοῖς δὲ οὐ μετὰ πολὺ ὑπάρξειν τὸ χρεὼν ἔμελλεν ἥ τε ἀσιτία καὶ ἡ ἀϋπνία, ἀστόργων βαρβάρων ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλοις ὑβριζόντων. qui locus corruptus videtur. Scribendumne παρέξειν [23]) τὸ χρεὼν? Harpocration v. Πρυτάνεις, p. 156. ed. Gronov. ἐπρυτάνευον δὲ ἐκ διαδοχῆς ἀλλήλαις αἱ δέκα φυλαί. unde Suidas sua hausit T. 3. p. 221.

P. 236. v. 10. ἐπιγινομένοις] „ἐπιγιγνομένοις V." Vid. ad p. 226. v. 13. Sed ad ἐπιγινομένων, quod modo praecessit, nihil enotatum varietatis. Sic autem in talibus librarii solent fluctuari.

P. 236. v. 11. καὶ] „Omisit V." Abesse copula potest, si iungas καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις, τ. γ. τ. α., μήποτε ἀποσβεννύμενον. Sed praestat nostra lectio. — οὐ χρημάτων οὐδὲ κτημάτων τινῶν. Κτῆμα, *quod quis possidet*; χρῆμα, *quo quis utitur*. Saepissime haec duo sic vel opponuntur vel copulantur. Teles in Stobaei Serm. XCV. p. 523, 5. sqq. διὸ καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον οὐκ ἀηδῶς. ἔφασαν γὰρ τῶν ἀνθρώπων, οὓς μὲν χρήματα ἔχειν, οὓς δὲ κτήματα· οὓς μὲν γὰρ χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὓς δὲ μόνον κεκτῆσθαι, οὔτε ἑαυτοῖς, οὔτε ἄλλοις μεταδιδόντας καὶ πεφεισμένους. Idem ibid. p. 522, 5. sqq. οὐχ ὁρᾷς ἐνίους κεκτημένους μὲν πολλὰ, ὡς δοκοῦσιν, οὐ χρωμένους δὲ τούτοις δι' ἀνε-

λευθερίαν καὶ ξυπαρίαν; Conf. Lucianus T. 3. p. 125. de ἀπαιδεύτω, cui libri κτῆμα, non item χρῆμα: Καὶ σὺ τοίνυν ἄλλῳ μὲν δεηθέντι χρήσειας ἂν τὰ βιβλία· χρήσασθαι δὲ αὐτὸς οὐκ ἂν δύναιο. καίτοι οὐδὲ ἔχρησας οὐδενὶ βιβλίον πώποτε, κ. τ. λ. Philemon CCLXXXV. Bentl. p. 133. Grot.:

> ἀλλὰ χρήματ᾽ ἐστιν ἡμῖν — — —
> κτήματ᾽, οἰκίαι — — — —

Dionysius Hal. de Struct. Orat. in. κτῆμα δέ σοι τὸ αὐτὸ καὶ χρῆμα. ad quem locum vid. Upton. Appianus T. 1. p. 615. ed. Schweigh. ᾔτει λογισμοὺς χρημάτων τε καὶ κτημάτων. Artemidorus IV. 7. in. Ἃ πάλαι τις ἐκέκτητο χρήματα ἢ κτήματα κ. τ. λ. ubi post ἐκέκτητο commate incidendum. Xenophon Ephes. p. 32. ed. Loc. τὰ μὲν ἄλλα χρήματα καὶ κτήματα κ. τ. λ. Addam, quae Adamant. Coray in Muſ. Oxon. Litt. Specim. Faſcic. II. p. 3. ſq. de loco Hippocratis praeclare monuit: „Libr. de decent. habit. p. 23. Οιησις γαρ μαλιστα εν ιητρικῃ αιτιην μεν τοισι ΚΕΧΡΗΜΕΝΟΙΣΙΝ, ολεθρον δε τοισι χρεομενοισιν επιφερει. Ita omnes; quamvis κεχρημενοισιν a χρεομενοισιν vix niſi temporis formatione differat. Hippocrates tamen proculdubio ſcripſerat τοισι ΚΕΚΤΗΜΕΝΟΙΣΙΝ, *Medicis*, ſc. *qui artem medicam* την ιητρικην *poſſident*; χρεομενοι vero ſunt *aegroti, qui arte medica utuntur*. Haec vera eſſe argumento ſunt cum mos loquendi Graecorum, qui amant oppoſitionem illam, του χρησθαι et κτασθαι, ſicut των χρηματων et κτηματων, tum praecipue quae leguntur in libr. de flatib. ſtatim ab initio p. 295: εισι τινες των τεχνεων, αἱ τοισι μεν ΚΕΚΤΗΜΕΝΟΙΣΙΝ εισιν επιπονοι, τοισι δε χρεομενοισιν ονηϊστοι." — Extremo hoc tmemate non eſt, opinor, quod quidquam noves. Perpetuitas illa, maritali nixa coniugio, quae hominibus tanquam immortalitatem parat, niſi eleganter, tamen σοφιστικῶς,

dici potuit ἔρανος, non facultatum, sed ipsius naturae generisque humani. ἡ φύσις καὶ τὸ γένος, ἓν διὰ δυοῖν, pro ἡ τοῦ ἀνθρωπείου γένους φύσις.

P. 236. v. 15. προσγίνεται] „προγίνεται V." Perperam. Non minus vitiose Iulianus Orat. I. p. 33. A. νίκην παρασχεῖν τῷ μεγέθει μὲν ἐνάμιλλον ταῖς ἐκ τῶν ὅπλων προγενομέναις, κ. τ. λ. Vere correxit Wyttenbachius προσγενομέναις. In Pseudorphei carmine de terrae motibus extr. e Cod. Medic. scribendum:

Εἰ δ' ἀνὰ τοὺς ἰχθῦς στρωφωμένου ἠελίοιο
γῆς ἔνοσις προγένοιτο θοὴν διὰ νύκτα, —

Homerus Il. XVIII. 525.:

οἱ δὲ τάχα προγένοντο, δύω δ' ἅμ' ἕποντο νομῆες.

Hymnus Homer. in Bacch. in.:

— τάχα δ' ἄνδρες ἐϋσσέλμου ἀπὸ νηὸς
λῃσταὶ προγένοντο θοῶς ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

Hesiodus Scut. Herc. v. 345.

τοὶ δ' ἄμυδις προγένοντ' ἴκελοι πυρὶ ἠὲ θυέλλῃ.

P. 237. v. 5. ἕκαστος γυναῖκα] „γυναῖκα ἕκαστος V." Praestabilior noster ordo. — πρὸς δὲ μίαν ἀφορᾷν μόνην κ. τ. λ. Similiter in Epigr. adesp. 649.:

μούνῳ ἐνὶ ζώνην ἀνέρι λυσαμένη.

Adsolent sic Graeci εἷς et μόνος iungere. Euripides Suppl. v. 594.:

ἓν δεῖ μόνον μοι, τοὺς θεοὺς ἔχειν, —

Idem Erechth. fragm. I. v. 39. sq. ex probabili emendatione Tyrwhitti [24]):

τῇ μῇ δὲ παιδὶ στέφανος εἷς μιᾷ μόνῃ
πόλεως θανούσῃ τῆσδ' ὕπερ, δοθήσεται.

Aristophanes Plut. v. 1054.:

ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ.

ubi C. LB. male μόνον. Hermippus in Athen. T. 3. p. 269.:

εἷς γὰρ μόνος ἂν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν.

Epigr. adesp. 494.:

εἰς ἕνα μοῦνον Ὅμηρον ὅλην τρέψασα μενοινήν.

Herodotus p. 599, 69. ἁμαξιτὸς γὰρ μίη μούνη δέδμηται. ubi alii libri male omittunt μίη. Dionysius Hal. Antiquit. Rom. T. 1. p. 572. ἕως ἦν αὐτοῖς μόνος εἷς ὁ πρὸς τοὺς ἀντιτεταγμένους ἀγών. Theophrastus Charact. 26. in. τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν. Strabo p. 1104. A. ed. Alm. ἓν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς. quod temeraria coniectura corrumpit Wakefield. Silv. Crit. IV. p. 95. non videns, εἴη pendere a praegresso ὡς. [25]) Philo T. 2. p. 145, 16. εἷς μόνος ἀνὴρ μέτοικος ἐπιφροσύνῃ θείᾳ σώζεται. ubi in transcursu notandus rarior verborum ordo οἰκήτορσιν αὐτοῖς pro vulgari αὐτοῖς οἰκήτορσιν: quod tetigi in notis ad Longum p. 371. Paullum differt Dionys. Hal. Antiquit. Rom. T. 1. p. 188. sq. οὐδ' ἐπὶ τοῦ παρὰ τοῖς Ἀγχισεῦσι κειμένου πίνακος ἑνὸς καὶ μόνου τὴν πίστιν ἀβασάνιστον ἀπολιπεῖν [imo καταλιπεῖν e Cod. Vat.].

P. 237. v. 7. αὐτὰς] „αὐτῶν V.“ Bene.

P. 237. v. 8. sq. παῖδας] „Omisit V.“ Perperam. — ὥσπερ ὅμηρα δεδωκέναι. Similiter Diodorus Sic. T. 2. p. 335. sq. σπεύδων δὲ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων σατραπῶν καὶ στρατηγῶν ὥσπερ ὅμηρα λαβεῖν τοῦ μὴ καταλείψειν αὐτόν. Plutarchus Mor. T. 1. p. 205. ὥσπερ ὅμηρα δεδεγμένοι.

P. 237. v. 11. δυσχερῆ] „τὰ δ. V.“ Melius abest articulus. — Mox interpunctionem vulgarem probo. Si cum aliis ὥσπερ φορτία ad antecedentia removeas, languidam haec appendicem trahere coguntur. Ceterum ne quem offendat accusativus φορτία. Haec enim legitima constructio verbi μεταδιδόναι, quod si genitivo iungitur, subaudiendus est accusativus. Noster quidem lo-

cus plene sic habet: ὥσπερ φορτίων μεταδιδόντων ἡμῶν ταῖς ἑαυτῶν γυναιξὶ τῶν δυσχερῶν τινά [s. ἑνια]. Herodotus p. 621, 54. sqq. Εὐρυβιάδη τουτέων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα. Xenophon Anab. 4, 5, 5. οὐ προσίεσαν πρὸς τὸ πῦρ τοὺς ὀψίζοντας, εἰ μὴ μεταδιδοῖεν [al. μεταδοῖεν, quod praefero.] αὐτοῖς πυροὺς ἢ ἄλλο τι ὧν ἔχοιεν βρωτῶν· Statim sequitur κατ' ἔλλειψιν: Ἔνθα δὴ μετεδίδοσαν ἀλλήλοις ὧν εἶχον ἕκαστοι. Ibid. 7, 8, 11. οἱ δὲ λοχαγοὶ ἀπήλαυνον, ἵνα μὴ μεταδοῖεν τὸ μέρος ὡς ἑτοίμων δὴ χρημάτων. Pseudophalaris p. 358. τοσοῦτον ἡμῖν αἱ πολλαὶ καὶ ποικίλαι καὶ συνεχεῖς τύχαι ἐμπειρίας — μετέδωκαν. Nicarchus X. (Anal. Brunck. T. 2. p. 352.):

εἶπε δέ· Παντός σοι δεκάτην ἀπὸ λήμματος οἴσω,
Κύπρι, σοὶ δ' ἐργασίην καὶ λάβε καὶ μετάδος.

— Deinde Sylburgium puto vere correxisse: καὶ ταῖς κοινωνίαις παρηγορουμένων. Praestat hic pluralis. [26]) Antipater in Stob. Serm. LXV. p. 417, 34. sqq. οὐ γὰρ μόνον τῆς οὐσίας καὶ τῶν φιλτάτων πᾶσιν ἀνθρώποις τέκνων καὶ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τῶν σωμάτων οὗτοι μόνοι (coniuges) κοινωνοῦσι. Quae ibi sequuntur, sic distinguenda sunt: αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι κοινωνίαι καὶ ἑτέρας τινὰς ἀποστροφὰς ἔχουσι·

ταύτας δ' ἀνάγκη πρὸς μίαν ψυχὴν βλέπειν,

τὴν τοῦ ἀνδρός. Vulgo omnia, ut metro soluta, continuantur. Expressit autem Antipater Euripidea Med. v. 249. quod monuit Porsonus. — Post αὐτῶν ἐφ' ἑαυτῶν tam usu tritum est, tamque hic bene habet, ut fere taedeat verbum de hac formula addere. Wolfiana quidem ad Demosthenis Leptineam p. 319., modo recte intelligas, nihil habent, quod te cogat vitium in lectione vulgata suspicari. Moeris p. 88. Αὐτοματίσαντες, Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, ἀφ' ἑαυτῶν τι πράξαντες. Scholiastes ad Sophocl. Philoct. v. 568. Αὐτάγγελος, ἀφ' ἑαυτοῦ ἄγγελος. Lexicon Graecum, quod

Tittmannus noster mox publici iuris faciet: Ἑκούσια, τὰ ἀφ' ἡμῶν γινόμενα, μηδενὸς ἔξωθεν ἀναγκάζοντος. Haec satis docent, quid sit ἀφ' ἑαυτοῦ aliquid facere. [26 a]) Xenophon Cyrop. 5, 5, 39. οἱ μὲν καὶ αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς, οἱ δὲ πλεῖστοι ὑπὸ Κύρου ἐγκέλευστοι. Al. αὐτοὶ ἀφ' ἑαυτῶν. quod si quis praeferendum censeat; equidem vix repugnem. Conf. Anab. 1, 3, 13. οἱ μὲν ἐκ τοῦ αὐτομάτου, — — — οἱ δὲ καὶ ὑπ' ἐκείνου ἐγκέλευστοι. In Luciano T. 2. p. 167. vulgo legitur: Ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην, ἀλλ' ὑπ' ἐξουσίας [27]) αὐτός τις ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ δοκιμάσας ἀναλάβῃ, κ. τ. λ. Scribendum: αὐτός τις ἀφ' ἑαυτοῦ. Perpetua confusio praepositionum ἀπὸ et ὑπό. [28]) — In his, ἀνάγκη δ' ἐκ τούτων, vereor ne scribendum sit τούτου, scil. τοῦ γάμου. Supra habuimus ἐν τούτῳ, ἐκ τούτου, statimque recurrit ἐκ τούτου, ubi alii libri item ἐκ τούτων: male, opinor. Sed quod sequitur ὅτι, cave deleas. Sic enim Rhetor βραχυλόγος orationis filum particularum καὶ ὅτι interventu saepissime deducit. Conf. mox p. 239. v. 7. ubi ὅτι non magis delendum. Nec maiori iure tentes p. 240. v. 9. — In ἐπιγαμίων tonus peccat. Scribendum, ut habet Sylburgiana, ἐπιγαμιῶν. [29])

P. 258. v. 12. οἷον] „Omisit V.“ Melius adest.

P. 238. v. 14. sq. εἱμαρμένης] „ἑιμαρμένης V.“ quod ἀναλογώτερον. Sed ut spiritu aspero notaretur, usus evicit. Ψιλούμενον tamen legas etiam in Iuliani Epistola, quam Muratorius primus integram evulgavit Anecd. Graec. p. 326. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη, θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, κ. τ. λ. ubi tirones obiter notent plenam phrasin, τὴν εἱμαρμένην πορείαν, qua uti poterant qui de Ellipsibus Graecis scripserunt.

P. 239. v. 4. ἀνανεάζεσθαι] „ἀνανεάζεσθαι V.“ Corrupte. 30) Post ἀνανεάζεσθαι αὐτὸν Sylburgius ποιεῖ desiderat: nec valde repugnem, si quis hoc verbum excidisse contendat. Leniorem tamen, opinor, admoveris medicinam, pro αὐτὸν scribens αἴτιον. Αἴτιος cum infinitivo frequenter reperitur. Sophocles Antig. v. 1173.:

τεθνᾶσιν· οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν.

ubi Scholiastes: τούτοις δὲ τοῦ θανεῖν αἴτιοι ἐγένοντο οἱ ζῶντες. Herodotus p. 113, 29. sqq. τῶν ἡ ἑτέρη μὲν λέγει τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμόν. P. 114, 1. sq. αἴτιοι δὲ αὐτὸς οὗτος κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν τὸν ταύτῃ εἶναι. P. 199, 93. sq. τούτοισι μὲν δὴ τοῦτό ἐστι αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς. [Ibid. paullo ante structurâ variatâ: τοῦτο δὲ τοῦτο καὶ τοῦ μὴ φαλακροῦσθαι αἴτιόν ἐστι.] Thucydides p. 50, 67. sq. Θεμιστοκλέα δὲ ἄρχοντα, ὃς αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο. Diodorus Sic. T. 2. p. 319, 20. sq. αἴτιος ἐγένετο σύμμετρον αὐτὸν οὐσίαν συλλέξασθαι. Pausanias p. 62. καὶ τὸ συμμαχικὸν τοῦτο ἐγένετο Ἀθηναίοις αἴτιον μάλιστα διαφυγεῖν τὸν Κασσάνδρου πόλεμον. P. 87. extr. τρόπαιον ἔστηκεν ἀπὸ τῆς νίκης, ἣν Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους αἴτιος ἐγένετο γενέσθαι τοῖς Ἕλλησι. Sic et μεταίτιος. Sophocles Trachin. v. 1235. sq.:

— — ἥ μοι μητρὶ μὲν θανεῖν μόνη
μεταίτιος, σοί τ' αὖθις, ὡς ἔχεις, ἔχειν.

ubi, ni fallor, scribendum: σοὶ δ' αὖθις. Vulgatam enim si cum Hoogeveeno Doctr. Part. Gr. T. 1. p. 654. defendas loco Euripideo Orest. v. 1317. (1310. ed. Pors.) scito a Porsono ibi δ' pro τ' ob μὲν praecedens scriptum esse.

P. 239. v. 5. ἀνάγκη καὶ] „Omisit V.“ Nec desiderabis, si scribas: ἐν τούτῳ δεῖ ἀναμιμνήσκειν.

P. 239. v. 6. ἡδεῖαι καὶ] „ἡδεῖαι δὲ καὶ V.“ Bene.

P. 239. v. 9. sq. ὅταν — ὁρᾷ] „ὅταν μὴ ἄψυχον καὶ ταύτην ὁρᾷ V.“ Meliore ordine verborum. Lacunam huius loci, quam alii aliter sarcire conati sunt, Codex noster egregie explet, post τύχῃ inserens: πόσῳ μᾶλλον ἥδεσθαι δεῖ. — ἂν οὕτω τύχῃ. Lucianus T. 1. p. 682. sq. ὁ δ' ἐπιβάλλων ἐνίοτέ σοι τὴν χεῖρα, ὅ,τι ἂν τύχοι, ληρεῖ, τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐπιδεικνύμενος, ὡς οὐδ' ὁδῷ βαδίζων [31]) ἀμελής ἐστι τῶν Μουσῶν, ἀλλ' εἰς καλὸν τὴν ἐν τῷ περιπάτῳ διατίθεται σχολήν. [32]) Al. ὅ,τι ἂν τύχῃ· quod verum. Idem T. 3. p. 277. ἀριστήσαντα, εἰ τύχοιμι, ἐν Συρίᾳ. Ms. Ox. εἰ τύχοι, quod Reitzius recipere debebat. Sic Longinus XIV. in. καλὸν ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς, πῶς ἂν, εἰ τύχοι, ταὐτὸ τοῦθ' Ὅμηρος εἶπεν, πῶς δ' ἂν Πλάτων, ἢ Δημοσθένης ὕψωσαν, [male Toupius e Pearcii coniectura ὕψωσεν: de quo Criticorum scopulo vid. quae monui ad Plinii Panegyr. p. 698. Add. Lucian. T. 3. p. 201, 54. 55. Artemidor. p. 386. ed. Lips.] ἢ ἐν ἱστορίᾳ Θουκυδίδης. ubi vid. Morus. In Diodoro Sic. T. 1. p. 663, 66. genuinam puto optimorum librorum lectionem: οὔ ποτε τύχοι. Idem T. 2. p. 446, 84. sqq. τινὰς δὲ τοῖς ὀξυβέλεσι [imo ὀξυβελέσι] πρὸς τῇ μηχανῇ καθήλωσαν [praestat aliorum librorum προσκαθήλωσαν [32 a])], καθ' οὓς ποτε τύχῃ τοῦ σώματος τόπους. Veram Reg. 1. lectionem τύχοι Wesselingius temere sprevit. In Excerpt. de Virt. et Vit. T. 2. p. 559, 66. φοβερωτέραν οὖσαν, ἂν τύχῃ, τοῦ προϋπάρξαντος. Legendum videatur τῆς τοῦ προϋπ. Frustra. Vid. quae de compendiario usu comparativi infra ad Maximum notabuntur. Dionysius Hal. Antiqu. Rom. T. 1. p. 516. ὅσοις ἔτυχεν εἶναι. Bene liber Vat. ἐνεῖναι. Sed praeterea scribendum: ὅσους ἔτυχεν ἐνεῖναι, *quotquot forte in aedibus erant.* [In iis, quae ibidem proxime antecedunt, legendum e libro Vat. ἀποκτείναντα.] — Pro ἀπαντέον con-

iecit Hudsonus ἐπακτέον. Satis probabiliter. Vid. quae ad p. 239. v. 4. notavimus. Sic infra p. 276. τούτων δὲ ῥηθέντων, οἰκειότατα ἂν ἐπαχθείη ὁ πρὸς τοὺς ἀθλητὰς λόγος κατὰ τὸν Θουκυδίδην. Praeferrem tamen si Codex daret παραθετέον. Id habuimus supra p. 238. v. 9. loco huic plane simili; sicque proprie dicitur de testimoniis, quae quis ad rem illustrandam in medium profert. Vid. Valckenar. Adnot. Crit. in N. F. p. 593. sq.

P. 240. v. 1. περὶ] „παρὰ V." Bene. Perpetua harum praepositionum in Codicibus confusio: cuius causa compendiorum, quibus scribuntur, similitudo.

P. 240. v. 2. παρεῖναι] „ἀπεῖναι V." Commode ad sensum. Sed praestat vulgata, si cum Sylburgio lenissima mutatione scribas παριέναι. De commutatione harum formarum vid. Dorvill. ad Chariton. p. 467.

P. 240. v. 3. οὖν] „Omisit V." Mallem omisisset versu proximo in his: ἐὰν μὲν οὖν. ubi si οὖν abesset, arctius haec antecedentibus continuarentur. Sed ut arctissime continuentur, poscunt participia ὑποβάλλοντα, λέγοντα, pendentia a praegresso χρηστέον. [19])

P. 240. v. 4. καὶ] „Omisit V." Melius abest.

P. 240. v. 6. ὑπὸ] „ἐπὶ V." Bene. Hae quoque praepositiones perpetuo commutantur. Vid. infra ad p. 244. v. 13. sq. — ὑποβάλλοντα tentare nolim. Rhetor ῥωμαΐζων novo hoc verbum sensu, vertens Latinorum *subiicere*, videtur usurpasse.

P. 240. v. 12. τοῦ] „Omisit V." Male. — Paullo ante v. 10. pro τούτων legendum puto τοιούτων. Haec et alibi commutata. Infra p. 276. περὶ ταύτης οὖν πόλεως κ. τ. λ. Ibi etiam Codex noster π. τοιαύτης ο. π. Xenophon Anab. 4, 1. extr. εἰς ταῦτα. MS. Par. εἰς τὰ τοιαῦτα.

Conf. Lexic. Xenophont. Vol. 3. p. 586. b. Wesseling. ad Herodot. p. 60, 22. Brunck. ad Aristoph. Ran. v. 951. Coray in Mus. Oxon. Specim. II. p. 2.

P. 240. v. 14. δὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους] „ἐκ διαφέρων γένους V.“ Aberravit librarii oculus ad praegressa. — οἰκειότης συγγενείας, *necessitudo cognationis.* Latior est significatus prioris nominis quam posterioris. Interpres vertens *amplificatio affinitatis et necessitudo*, videtur secutus hunc ordinem verborum: αὔξησις συγγενείας καὶ οἰκειότης. Vulgaris ferri potest.

P. 241. v. 2. ἰσχυρότερος] „οἰκειότερος V.“ Praestat nostrum. Antegressum οἰκειότης fefellit librarii vel oculos vel aures: nam „in primis mendorum fons similitudo vicinarum vocum.“ Wyttenbach. in Select. Princip. Historic. Annot. p. 356. coll. p. 389. Vid. infra ad p. 246. v. 1. sq. — In transcursu opem feram Dionysio Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 575. μαθὼν τῷ βιαίῳ τρόπῳ οὐ ῥᾳδίαν οὖσαν αὐτὴν ἁλῶναι δι' ἰσχυρότητα. Leg. e Cod. Vat. διὰ τὴν ἐχυρότητα. Sat frequens confusio vocabulorum ἰσχυρὸς et ἐχυρός. Vid. interpretes ad Xenoph. Cyrop. 2, 4, 17. Agesil. 6, 6. In loco tamen Xenophontis posteriori malim: τὰ ὀχυρὰ ἀνώχυρα τοῖς ἐχθροῖς καθίστη. Tales enim simplicium compositorumque cum α privativo oppositiones amat Graecorum sermo; nec rara, ob pronam confusionem literarum ε et ο [34]), commutatio adiectivorum ἐχυρὸς et ὀχυρός. Diodorus Sic. T. 2. p. 329, 62. sq. ἔν τινι φρουρίῳ καθ' ὑπερβολὴν ὀχυρῷ. ubi Cod. Leid. ἐχυρῷ.

P. 241. v. 4. ἀρίστη, τὸ εἰς] „ἀρίστη τ' εἰς V.“ Male. — Ante καὶ ἁρμονίας videtur excidisse ὅτι. Sic antea: ὅτι καὶ ὑπὸ θεῶν συνήχθησαν. Καὶ quidem servari pervelim. — Ἀπὸ in antegressis vulgari sensu accipiendum. Saepissime adhibetur, si

quem dicas studiis, arti, dogmatis, doctoribus quibusdam deditum esse. Noster infra p. 266. *οἷον εἰ ἀπὸ λόγου εἴη.* Lucianus T. 1. p. 729. *ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ* [Πυθαγόρου] *ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες κ. τ. λ.* p. 750. *περὶ ὧν ἐκεῖνοι εἰώθασιν ἀντιλέγειν τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς.*") p. 753. *Μάλα πολλοὶ, Περιπατητικοὶ, καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι, καὶ τοῦ Διογένους ἄλλοι τινὲς, καὶ Ἀντισθένους ζηλωταὶ, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ ἔτι πλείους.* T. 2. p. 261. sq. *τοὺς ἀπὸ Τιμοκράτους τοῦ Ἡρακλεώτου φιλοσόφους.* p. 351. *ὁμόδοξοι γὰρ ἄμφω καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λόγων.* T. 3. p. 422. *οἱ δὲ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων κ. τ. λ.* mox: *ἀπὸ τῆς Στοᾶς — — ἀπὸ τοῦ Περιπάτου.* Herodianus Histor. 5, 7, 6. *ἐς τοσοῦτον δὲ ἐξώκειλε παρανοίας, ὡς πάντα τὰ ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ τῶν δημοσίων θεάτρων μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰς μεγίστας τῶν βασιλικῶν πράξεων, κ. τ. λ.* ubi Stephanus temere putat scribendum *πάντας*, non advertens, neutrum genus stomacho scriptoris multo melius convenire. Alciphron p. 436. *τῶν ἑταιρῶν τὰς πολυτελεστέρας, καὶ μουσουργῶν τὰς καλλιστευούσας, καὶ τοὺς ἐπὶ σκηνῆς ἁπαξαπλῶς εἰπεῖν ἅπαντας.* Οἱ ἐπὶ σκηνῆς sunt, opinor, aut *personae scenicae*. Aristides T. 2. p. 310. ed. Iebb. *ἤδη δέ τις καὶ Σάτυρος τῶν ἐπὶ σκηνῆς* [al. *ἐπὶ τῆς σκηνῆς*, quod praefero.] *κατηράσατο τῷ Ἡρακλεῖ· εἶτά γ'* [leg. *εἶτα δ'*] *ἔκυψε προσιόντος πάνυ.* aut *actores scenici, dum in scena versantur.* Lucianus T. 1. p. 479. *Οἶμαι δέ σε καὶ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τούτους, πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους, κ. τ. λ.* [Ibid. p. 712. *οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς* (videtur excidisse *σε*) *εἰκάσουσιν, οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς* (an *Αὐτοηρακλῆς*? Amat talia Lu-

cianus. Vid. not. ad T. 1. p. 170. et conf. var. lect. ad T. 3. p. 13. Αὐτομέλιννα in Nossidis VII. ubi v. 4. corrige ὅπικα πέλῃ.) εἰαὶ· ἔξω δὲ, Παῦλος ἢ Ἀρισόδημος, κ. τ. λ.] Itaque in Alciphrone, ni fallor, corrigendum τοὺς ἀπὸ [36]) σκ. Geoponica 12, 23. p. 900. τὰς ἐπὶ σκηνῆς τοῦτό φασιν ἐσθίειν. Iure, opinor, Niclasius mavult τοὺς [37]) ἀπὸ σκηνῆς, nuper ideo a Boettigero[38]) temere correptus. Sensum quidem loci Niclasium, hominem graece scientissimum, prorsus intellexisse, nemo non fatebitur, qui eius notam attente perlegerit. Philippus Epigr. XLIV. (Anal. Brunck. T. 2. p. 223.):

οἵ τ' ἀπ' Ἀριστάρχου σῆτες ἀκανθολόγοι.

Lucillius Epigr. XXVIII. (ibid. p. 325.):

τοῖς ἀπ' Ἀριστάρχου γραμματολικριφίσιν.

Add. Rhoerium ad Porphyrii locum in nota excitatum. Sic et Latini. Varro de L. L. IX. p. 134. ed. H. Steph. *alii ab Aristarcho grammatici.* Cicero de Orat. 2, 58. *Erat enim ab isto Aristotele.* — Τὸ εἰς ταὐτὸν σοφίαν τε καὶ ἀνδρείαν τελεῖν. Comparanda talia: Sophocles Oed. R. v. 222. (230. ed. Musgr.):

— ὕστερος γὰρ αὐτὸς εἰς αὐτοὺς τελῶν,

ubi vid. Musgrav. Aristides T. 1. p. 91. ed. Iebb. εἰς Ἕλληνας τελεῖν. Thomas Mag. p. 470. ἐπὶ τῶν εἰς ἱερέας τελούντων. p. 803. πάντων τῶν εἰς τὴν αὐτὴν ἡλικίαν τελούντων. Multum differt altera illa locutio, nostro loco non conferenda, τελεῖν εἰς τόπον, *pervenire in locum:* de qua Markland. ad Euripid. Supplic. v. 1142. Subaudias ibi ὁδὸν, πλοῦν [39]), similia.

P. 241. v. 7. εἴης] „εἴη V." quod vel sine Codice scribendum erat. Etsi enim, ut vere monuit Brunckius ad Sophoclis Trachin. in., Graeci scriptores, pariter ac Latini, secundam personam pro tertia incerta et non definita in senten-

tiis generalibus ponunt, hoc tamen loco, cum statim sequatur, ὥσπερ οὖν καὶ σοὶ ποιητέον, εἴπερ ferri non potest. ς natum ex articulo qui sequitur. — Ὁ τὸν λόγον διαθέμενος. Saepius sic dicitur διατίθεσθαι de oratione habenda, item de carminibus recitandis. Infra p. 286. διηγούμενος λόγον, ὃν συνεβούλευσε διαθέσθαι πρὸς Θηβαίους. Sic ibi noster Codex. Diodorus Sic. T. 2. p. 9, 59. sq. τοὺς εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν, διαθησομένους ἐν τοῖς ὄχλοις μετ' ᾠδῆς τὰ ποιήματα: ubi vid. Wesseling. Lucianus T. 1. p. 754. ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος. T. 3. p. 190. οἶκον δέ τις ἰδὼν — — οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειε λόγους ἐν αὐτῷ διαθέσθαι. Non multum discrepant haec: Dionysius Halic. Ant. Rom. T. I. p. 455. πολλοὺς ἐπαίνους τῶν νεανίσκων διαθέμενος. Diodorus Sic. T. 1. p. 486, 67. sq. τίς γὰρ ἂν ἄξιον ἐγκώμιον διάθοιτο τῆς τῶν γραμμάτων μαθήσεως;

P. 241. v. 10. πρέπει] „πρέποι V." Praestat indicativus. — Quod praecedit αὐτῷ, bene habet: scil. τῷ γαμοῦντι. Errat Sylburgius.

P. 241. v. 12. ἐκ τούτου] „ἐν τούτῳ V." quod unice probandum. — Προοιμιάζεσθαι h. l. *praeludere boni ominis caussa*. Mire luxuriantur Graeci scriptores, inprimis posteriorum temporum, tralato usu huius verbi cognatique nominis προοίμιον. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. T. 1. p. 6. et Wesseling. ad Diodor. Sic. T. 2. p. 530. sq. Exemplis, quae duumviri eximii congesserunt, accedat Eustathii ad Hom. Il. p. 665, 4. ed. Rom. (p. 532, 50. sq. ed. Bas.) ἡ γὰρ φρὶξ, ἡ ἐπιφρὶξ, προοίμιόν ἐστι κύματος.

P. 242. v. 1. sq. ἐξαίροντα] „ἐξαίροντες V." Perperam. α et ες non minus facile commutantur, quam α et ος, de quibus vid. Porson. ad Euripid. Hec. p. 50. a. ed. Cantabr.

P. 242. v. 9. τὸ πρόσον] „τὸν ποσὸν V." nullo sensu.

P. 243. v. 1. εἰ μὲν] „εἰ μὲν οὖν V." Commode ad orationem aptius continuandam. Ceterum in usu particularum μὲν et μὲν οὖν dici vix potest quantopere librarii fluctuentur. Aliud exemplum iam supra ad p. 240. v. 3. vidimus. In Dionys. Hal. Antiqu. Rom. T. 1. p. 554. legam e Cod. Vat. Περὶ μὲν οὖν τούτων ὀλίγου δεῖν πάντες — συμπεφωνήκασιν. In Luciano T. 2. p. 254 ex marg. Ald. Πολλάκις μὲν οὖν, ὡς προεῖπον, ἔδεισε τὸν δράκοντα. In Diodoro Siculo Wesselingius saepissime οὖν aptea omissum ex libris melioribus revocavit. Itaque multum vereor, ne iis Diodori locis, ubi μὲν etiamnunc legitur pro μὲν οὖν, posterior particula pariter per scribarum negligentiam exciderit. Haec mihi quidem ratio probabilior videtur, quam quae placuit H. Stephano ad Diodor. Sic. T. 1. p. 680, 47.

P. 243. v. 2. κράτιστον] „τὸ κράτιστον V." Praestat nostra lectio. — καὶ ὅτι ἥμισυ τοῦ παντός. Lucianus T. 1. p. 5. ἐπειπὼν τὸ κοινὸν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. ubi vid. interpretes, inprimis Hemsterhusium.

P. 243. v. 3. τοῖν] „Omisit V." Non desideramus articulum. — Mox τοῖν θεοῖν unice intelligendum de Cerere et Proserpina. Andocides de Myster. p. 16. ed. Reisk. πρὸς δὲ τούτοις μεμύησθε καὶ ἑωράκατε τοῖν θεοῖν τὰ ἱερά. ubi Reiskius insigni lapsu ruit. Ibid. p. 17. οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν τοῖν θεοῖν εἰσιέναι. Mireris, interpretes hic toties offendisse. In Aristophanis Plut. v. 1007. νὴ τὼ θεὼ perperam interpretatur Scholiastes Dorvillianus τὸν Ἔρωτα καὶ τὴν Ἀφροδίτην. Eccles. v. 155. sq. μὰ τὼ θεὼ Tan. Faber male vertit *per Pollucem et Castorem.* Nec rectius Ios. Mercerus in Aristaen. 1, 27. m. νὴ τὼ θεὼ

per deos fratres. Articulus, opinor, viros doctos fefellit. Obiter moneo, Scholium ad Lucianum T. 2. p. 270, 2. sic legendum esse: Νῦν δὲ ἡ Ἀττικὴ συνήθεια δυϊκῷ κέχρηται παραλόγως, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ, ἄμφω τὼ χεῖρε καὶ τοῖν χεροῖν, θηλυκοῖς ὀνόμασιν ἀρσενικὰ ἄρθρα προσνέμουσα. — Τὸ κρεῖττον. Infra p. 376. πλὴν ὅσα περὶ τῶν κρειττόνων ἢ καθ' ἡμᾶς λέγεται, ubi pessime versio: *nisi quae de optimis, et quae in nostra sint potestate, dicantur.* Antiquit. Rom. T. 1. p. 370. κρείττονα γενόμενον ἢ κατὰ τὴν θνητὴν φύσιν, *relatum inter deos.* Euripides Ion. v. 992.

καὶ πῶς τὰ κρείσσω θνητὸς ὢν ὑπερδράμοι;

Lucianus T. 3. p. 423, 11. ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων. Statim sequitur: Θεοῦ ἐπιδημία τὸ πρᾶγμα ἦν. Vid. ibi L. Bos. Iulianus Orat. I. p. 7. B. σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κρείττονα φύσιν τὸν τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς παρασχόντα. Heliodorus p. 303. ed. Cor. ἀρκεῖ μὲν γὰρ ἴσως καὶ τὸ, μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον, εὐμενείᾳ τῇ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐπελπίζειν. Clemens Alex. p. 252, 31. sq. ed. Pott. σπεύδων ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ κρείττονος. Scholiastes Luciani T. 2. p. 136. Τάχα ὁ κενολόγος εἰς Μωσέα καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαστᾶσιν [l. διαστᾶσαν] κρειττόνων ἐπιπνοίᾳ ἐπισκώπτων αἰνίττεται. ubi ridiculus homo formula utitur non usurpanda ei, qui Mosen a Luciani sannis defendere vellet. [40]) Plene Aeschylus Prom. v. 910. κρείσσονες θεοί. — Τὸ τῆς γενέσεως. Non infrequens haec dictionis abundantia. In Diodoro Sic. T. 2. p. 384, 70. sq. e duobus Codicibus legendum: τὸ γὰρ τοῦ χωρίου εὐρύχωρον ὂν [participium hoc bene addit vulgata] καὶ μαλακὸν κ. τ. λ. Sic idem T. 1. p. 697, 60. sq. τὸ τῆς ὥρας εἶναι πρὸς τὰς νόσους ἐνεργότατον. Lucianus T. 2. p. 179. τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι κ. τ. λ. Porphyrius de Abstin. p. 87. ed. Rhoer. ὡς

τό γε τῆς σαρκοφαγίας οὐδ' ἔλυέ τι σκληρὸν τῆς φύσεως. Sic et pluralis. Sophocles Oed. Tyr. v. 977. sq.:

τί δ' ἂν φοβοῖτ' ἄνθρωπος, ᾧ τὰ τῆς τύχης
κρατεῖ, πρόνοια δ' ἐςὶν οὐδενὸς σαφής;

Euripides Iphig. Taur. v. 609. sqq. ed. Musgr.:

— — — — τὰ τῶν φίλων
αἴσχιςον ὅςτις[41]) καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς,
αὐτὸς σέσωςαι — — — —

Lucianus T. 2. p. 160. νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ τέλεον πέπαυται, τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται. Pausanias p. 736. οὐ γάρ σφισιν ἀνεκτὰ ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῆς ὕβρεως.

P. 245. v. 6. ἐνάτης] „ἐννάτης V." Wassius in praefat. Dukeri ad Thucydidem: „Pag. 316, 18. Ἔννατον] Ἔνατον Cass. rectissime. Ita semper et ubique Codices praestantiores, in Iosepho et LXX. praesertim, Glossae veteres etc." [42])

P. 243. v. 7. τοῦ τοιοῦτου] „τὸν τ. V." Bene. Infra p. 257. leg. ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἡμεῖς τιμῆς καὶ δόξης τευξόμεθα. In Xenophontis Memorab. 1, 5, 2. Zeunius recte scripserat: διάκονον δὲ καὶ ἀγοραςὴν τὸν τοιοῦτον ἐθελήσαιμεν ἂν προῖκα λαβεῖν; [43]) In Luciano T. 1. p. 397. leg. ἀλλ' ὅτι σοι τὸ τοιοῦτο ἥκιςα συνέφερε. Sic idem p. 190. λῆρος γὰρ ἄλλως τὸ τοιοῦτον. Sophoclis Vita in. τὸν ἔκ του τοιούτου γενόμενον. Corrige: ἐκ τοῦ τοιούτου.

P. 243. v. 7. sq. εὐεργετικὸν] „εὐεργετικώτατον V." quod non probem. Alibi etiam librarii superlativa pro positivis scripserunt. Vid. Porson. praefat. ad Euripid. Hecub. p. LIV. ed. Cantabr. Quamquam non negandum est, contrarium vitium paullo frequentius occurrere. Vid. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. 2. p. 528, 85. [ibi enim μεγίςης praetulerim.] p. 352, 26. p. 376, 97.

P. 243. v. 8. εἰ δὲ] „εἰ δὲ καὶ V.“ Melius noſtrum.

P. 243. v. 8. πεντεκαιδεκάτῃ] „πεντεδεκάτῃ V.“ Inſolitum hoc, quamquam fortaſſe non reiiciendum, cum analogiâ vocum ἑνδέκατος et δωδέκατος defendi videatur. Similiter Diodorus Sic. T. 2. p. 158, 70. ſqq. εἰσὶ δὲ αἱ βίβλοι τρεῖς, ἀπὸ τῆς μιᾶς τεσσαρακοστῆς ἄχρι τῆς τρίτης καὶ τεσσαρακοστῆς. pro quo uſitatius Dionyſius Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 537. παραλαμβάνει τὴν βασιλείαν ἐνιαυτῷ δευτέρῳ μάλιστα τῆς μιᾶς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος ὁ Ταρκύνιος. — Ὁ κύκλος. ſcil. τῆς σελήνης. quod alibi additur. Carmen Aeſopo tributum 44) in Anal. Brunck. T. 1. p. 76.:

ἡδέα μὲν γάρ σου τὰ φύσει καλὰ, γαῖα, θάλασσα,
ἄστρα, σεληναίης κύκλα καὶ ἠελίου.

Moſchus Idyll. II. v. 88.:

ἄντυγος ἡμιτόμου κεραῆς ἅτε κύκλα σελήνης.

Leonidas Tarent. XLIX. (Anal. Brunck. T. 1. p. 233.):

Ἄστρα μὲν ἠμαύρωσε καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης
ἄξονα δινήσας ἔμπυρος ἠέλιος.

Marcellus ibid. T. 2. p. 303.:

— — — ὁ δέ οἱ περὶ ποσσὶ σαωτὴρ
παμφανόων ἐνέκειτο σεληναίης κύκλος αἴγλης.

ubi Viscontus lacunam non male explet coniiciens σ. κ. αὐγῆς. Plutarchus Mor. T. 3. p. 686. Τοὺς δὲ κατακοιμηθέντας ἐν αὐγῇ σελήνης μόλις ἐξανισταμένους, οἷον ἐμπλήκτους ταῖς αἰσθήσεσι καὶ ναρκώδεις ὁρῶμεν. Quamquam et Salmaſianum αἴγλη, quod adeo ποιητικώτερον eſt, de ſplendore lunae recte dicitur. Vid. praeter Apollonium Rhod. IV. v. 167. Hymnum Homer. in Lunam (XXXII. Matth.) v. 3. 5. 9. Ceterum ut Rhetor τέλειος ὁ κύκλος dixit, ſic Herodotus p. 487, 40. ſq. πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου.

P. 243. v. 11. εἰ καὶ] „καὶ εἰ V.“ Praestat vulgata. Eadem confusio in Thoma Mag. p. 257. Conf. quae ad Longi Pastoralia p. 355. notavi. Obiter moneo, Luciani T. 1, p. 151. καὶ εἰ χαλεπὸν τοῦτο ab interpretum coryphaeo sine causa idonea tentari. Non meminerat, ut videtur, vir eximius, se καὶ εἰ pro εἰ καὶ, *etiamsi*, saepius legisse. — Ceterum nisi scirem, Rhetorem nostrum orationis apte struendae minus studiosum esse, suspicarer eum scripsisse: ὁμοίως δεῖ, εἰ καὶ ἄλλη τις κ. τ. λ.

P. 243. v. 12. προσβιάζοντας] „προσβιβάζοντας V.“ quod unice verum. Vulgata lectio vereor ut satis graeca sit, siquidem hellenismus, quod sciam, medium poscit. Diodorus Sic. T. 2. p. 455, 5. προσβιαζομένων δὲ τῶν μετ' Ἀγαθοκλέους, οἱ μὲν Ἕλληνες κ. τ. λ. Ibid. p. 435. sq. καὶ προσβιαζόμενος τόποις προσάντεσι καὶ δυσπροσίτοις κ. τ. λ. Plutarchus Mor. T. 2. p. 7. εἰς ἐξαναστὰς ἔφη, δίκαιον εἶναι ταῦτα συνδοκεῖν καὶ ταῖς γυναιξίν· εἰ δὲ μὴ, χαίρειν ἐᾷν, καὶ μὴ προσβιάζεσθαι. quod expressum ad Herodoteum illud p. 712, 46. sq. τά τε σφάγια τὰ Ἡγησιστράτου ἐᾷν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι. Idem T. 3. p. 34. καθάπερ τὸν οἶνον ἡδονῆς ἕνεκα καὶ φιλοφροσύνης εὑρημένον, οἱ προσβιαζόμενοι πολὺν πίνειν καὶ ἄκρατον, ἐνίους εἰς ἀηδίαν καὶ παροινίαν τρέπουσιν, οὕτω κ. τ. λ. Unum hucusque exemplum formae activae mihi occurrit, sed corruptum illud. Lucianus T. 3. p. 570. ὡς ἐπᾴδων προσβιάζοι τῇ μουσικῇ. Ad hunc locum Gallicus interpres p. XXXVII.: „*Le manuscrit* 3011 *lit comme le manuscrit* 2954, προσβιβάζοι.“ [45]) Utram formam probaverit Lucianus, ipse docet T. 1. p. 84. ἤδη καὶ πλείω προσβιάζεται. Sed alterius verbi activa forma bene habet. Xenophon Memorab. 1, 2, 17. τῷ λόγῳ προσβιβάζοντας. ubi vide Schneiderum. Aeschines Orat. p. 485. ed.

Reisk. τῷ λόγῳ προσβιβάζων ὑμᾶς. Aristophanes Equit. v. 35.:

εὖ προσβιβάζεις μ'. — —

Idem Av. v. 425.:

— — προσβιβᾷ λέγων.

P. 243. v. 14. τὸν καιρὸν] „καὶ τ. κ. V." Probo particulam. — Quod statim sequitur ἐπιθεωρεῖν, perraro occurrit adeoque dubiae fidei hic videatur ob Codicis Cant. dissensum. D. Scottus excitavit ex nostro loco atque ex Hippocrateo: ἐπιθεώρησις reperit homo industrius in Marco Antonino. — Mox: ἐν ἦρι. Supra p. 229. habuimus πρὸς ἔαρ. Servans igitur noster regulae Grammaticorum. Herodianus p. 434. ed. Piers. Οἱ ἔπειτα τὸ ἔαρ τοῦ ἦρος, οὐχὶ τοῦ ἔαρος· καὶ τὸ ἔαρ, οὐχὶ τὸ ἦρ. Apparet hinc, cur in Philone de mundi incorruptibil. T. 2. p. 513, 8. Homereum illud ἔαρος δ' ἐπιγίγνεται ὥρη olim lectum fuerit sic: ἦρος δ' ἐ. ὥ., antequam Mangeyus formam genuinam revocaret.

P. 244. v. 4. ἀπονέμοντας] „ἀπονέμοντες V." Probarem, si posset referri ad ἐπεσημαινόμεθα. Id vero non licet. Nam primum βραχυλογία scriptoris vix patitur tam verbosas repetitiones: deinde noster locus ne similis quidem est superiori p. 229., quem verbum ἐπεσημαινόμεθα spectare nemo facile dubitet. Ibi enim veri τὸ σύμμετρον, hic τὸ φαιδρὸν tribuitur; pariterque aestas illic, partimque item autumnus aliis de caussis laudantur. Denique Rhetor regulas suas sic proponere solet, ut inchoatas ab δεῖ, ἀναγκαῖον, verbalibus in τέον, aut aliqua simili ratione, accusativo participii claudat. Quae cum ita sint, teneo ἀπονέμοντας, proclivi errore mutatum in ἀπονέμοντες ab iis, qui proximo ἐπεσημαινόμεθα iungerent, cum ad remotius ἐπιθεωρεῖν referre debuissent.

P. 244. v. 5. τὸ πεπληρῶσθαι] „τῷ π. V.“ Male. Moschus Epigr. εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα ex verissima coniectura Vulcanii, quam Codices confirmarunt (vid. Brunck. Lection. p. 95.):

εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ, πλῆσον ἀρούρας.

Brunckius tamen Valckenarii commentum βρέξον praetulit: quasi vero Cupidini verendum fuisset, ne vices τοῦ Ὑετίου et τῆς Καρποφόρου permutarentur. Sed talia poëtae in huiusmodi lusibus parum curant. Conf. Wakefield. Silv. Crit. I. p. 55. ubi commode laudat Epigr. adesp. DCL. καὶ Δηοῦς ἔπλησε: et Macedonii Epigr. in Anal. Brunck. T. 3. p. 333. καὶ πλῆσον ἀρούρας Δράγματος.

P. 244. v. 8. ἑορτῇ] „ἑ. τινι V.“ Non male: quemadmodum statim sequitur ἐν πανηγύρεσίν τισιν. Ultima nominis ἑορτῇ syllaba videtur encliticum expulisse, ut alibi τῇ et τινὶ permutata Critici norunt. Excerpt. ex Diod. Sic. T. 2. p. 584, 49. sqq. ὥστε καὶ τὸν Δημήτριον ἠξίωσεν ἔν τινι τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πόλεων καταμεῖναι. ubi scriptus liber τῇ habet. [46])

P. 244. v. 8. οἷον ἐν] „οἷον εἰ ἐν V.“ quod, per se non malum, hic orationem gravat. Mallem Codex hanc particulam supra v. 1. post οἷον addidisset.

P. 244. v. 11. ἰτέον] „καὶ ἰτέον V.“ Inutilis, imo noxia accessio; quamvis sciam Graecos scriptores hac particula ad satietatem usque abuti. — Mox post γέγονε male ponitur τελεία στιγμή. Arctissime enim inter se nexa sunt ἰτέον et ἐπισημαινόμενον.

P. 244. v. 12. sq. Ἀσίαν, Εὐρώπην] „Ἀσίας, Εὐρώπης V.“ Bene. Genitivi requiruntur, cum haec sit ἐπεξήγησις praegressi, τοῦ περιέχοντος. — Ἀσία, Εὐρώπη. Sequitur Rhetor rationem alteram orbis terrarum dividendi. Quam qui probabant, duas faciebant eius partes, Asiam et Euro-

pam, Libyen nunc Afiae, nunc Europae contribuentes. Probabat Plato Gorg. p. 265. fq. ed. Heind. ἐποιησάμην δικαςὰς υἱεῖς ἐμαυτοῦ· δύο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, Μίνω τε καὶ Ῥαδάμανθυν, ἕνα δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης, Αἰακόν. — — — καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης Αἰακός. Noli enim exiftimare, tremendum iftud δικαςήριον Libyas non κεκρικέναι. 47) Probabat Ifocrates Panegyr. c. 48. Τῆς γὰρ γῆς ἁπάσης, τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης, δίχα τετμημένης, καὶ τῆς μὲν Ἀσίας, τῆς δὲ Εὐρώπης καλουμένης, κ. τ. λ. ubi vid. Morus. Sic interpretandum fomnium Atoffae in Aefchyli Perf. v. 179. fqq. ed. Brunck. Sic porro intelligendus Sophocles Trachin. v. 101.:

διссαῖς ἀπείροις κλιθείς·

ubi nollem Erfurdtius amplexus effet, quod nunc, opinor, Hermannus ipfe repudiat. Πόντιοι αὐλῶνες et διссαὶ ἤπειροι h. l. funt *mare* et *terra*. Idem fragm. ex incert. tragoed. LXXXIII.:

ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν.

Mofchus Id. II. v. 8.:

ἀσσατ' ἠπείρους δοιὰς περὶ εἷο μάχεσθαι.

qui locus omnis cum Aefchyleo illo comparandus. Antipater Theffalon. LVI. (Anal. Brunck. T. 2. p. 124.):

κεῖται δ' ἠπείροις διδύμαις ἔρις, εἴθ' ὅγε Λυδός,
εἴτε Λάκων. πολλαὶ μητέρες ὑμνοπόλων.

Sic enim ex Cod. Vat. fcribendum. Crinagoras XXI. (ibid. p. 146.):

οἷσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο,
λουτρὰ καὶ ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Indidem, ni fallor, petenda interpretatio Simonidei carminis XLVI. (ibid. T. 1. p. 134.):

Ἐξ οὗ γ' Εὐρώπαν Ἀσίας δίχα πόντος ἔνειμε,
καὶ πολέμους θνατῶν θοῦρος Ἄρης ἐφέπει,

οὐδαμά πω κάλλιον 48) *ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν*
ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ἅμα.

Varro de L. L. IV. p. 13. ed. H. Steph. *Ut omnis natura in caelum et terram diviſa eſt, ſic caelum in* [f. add. IIII, quam notam numeralem proximae literae videntur eliſiſſe.] *regiones, terra in Aſiam et Europam.* Sallustius Bell. Iug. c. 20. (17.) *In diviſione orbis terrae plerique in parte tertia Africam poſuere: pauci tantummodo Aſiam et Europam eſſe, ſed Africam in Europa.* ubi vid. interpretes. Quod *paucos* id feciſſe dicit, iure caſtigatur a Weſſelingio ad Herodotum p. 111, 61. Iam paullo melius, quam vulgo fit, vim ſenties Corneliani illius Themiſt. 5, 3.: *Europaeque ſuccubuit Aſia.* Sed haec ratio poſtea cedere tripartitae diviſioni coacta eſt, de qua Herodotus p. 111. 298. Dionyſius Perieg. in.:

— — *μίαν δέ ἑ καίπερ ἐοῦσαν*
ἄνθρωποι τρισσῇσιν ἐν ἠπείροισι δάσαντο·
πρώτην μὲν Λιβύην, μετὰ δ' Εὐρώπην Ἀσίην τε.

Sic enim locus ex libris ſcriptis legendus, quorum Excerpta editionem Thwaiteſii ornant. Scholiaſtes ad Apollon. Rhod. IV. v. 1569. *πᾶσα ἡ οἰκουμένη εἰς ἠπείρους τρεῖς διῄρηται, Ἀσίαν, Εὐρώπην, Λιβύην.* — Redeamus ad Rhetorem. Quod modo praeceſſit, *τοῦ περιέχοντος*, rariore hic ſignificatione dicitur de terrarum tractu gentem complexo: cui mox opponitur *τὸ περιεχόμενον*. Ὁ *περιέχων* quid fere ſit, viri docti ſatis docuerunt. Vid. Weſſeling. ad Diodor. Sic. T. 1. p. 11. a. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 102. Plene Dionyſius Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 540. *εἰς τὸ βάθος τοῦ περιέχοντος ἀέρος ἀπέκρυψεν.* Diodorus Sic. T. 2. p. 209, 46. ſqq. *συλλογισάμενος δὲ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι φθορὰν τοῦ περιέχοντος ἀέρος κ. τ. λ.* Alio modo ellipſin ſupplet idem in Eclogis T. 2. p. 545, 29. ſq. *τὸν περιέ-*

χοντα τὴν γῆν, οὐρανὸν μόνον εἶναι θεόν. Conf. Euripides Fragm. incert. Tragoed. I.:

'Ορᾷς τὸν ὕψου τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

ubi cur copula in altero versu Musgravium offenderet, nihil, si quid video, causae erat. Idem apud Phurnutum de Nat. Deor. c. 20. p. 184. ed. Amstel. κορυφὴ δὲ θεῶν — ὁ περὶ χθόνα ἔχων φαεινὸς αἰθήρ. de quo fragmento (Incert. CLXII. ed. Musgr.) vid. Valckenar. Diatr. p. 48. Rarius de aëre genere neutro τὸ περιέχον. Strabo p. 1104. A. ed. Alm. Ἔφη γὰρ ἐκεῖνος [Μασῆς] καὶ ἐδίδασκεν, ὡς οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν 49) — — — — εἴη γὰρ ἓν τοῦτο μόνον θεὸς τὸ περιέχον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ γῆν καὶ θάλατταν κ. τ. λ. Artemidorus II. 36. p. 211. ed. Lips. καὶ γὰρ αὕτη τρέπει ἀεὶ τὰ κατάστημα, καὶ τὸ περιέχον ἀλλοιοῖ. ubi cum κατάστημα compares Pseudoplutarch. de Fluv. T. 10. p. 754. sq. ed. Reisk. τῷ γὰρ θερινῷ καταστήματι ξηρὸς ὁρᾶται πολλάκις. Conf. H. Stephan. Thes. T. 1. c. 1773. A.

P. 244. v. 13. Ἑλληνικὸν] „εἰ Ἑλλ. V." quod bonum. Coniunctio vix potest abesse. — τούτου. Legendum videtur τοῦτο. — αὖ πάλιν. Rarius hoc ordine: frequentius inverso, πάλιν αὖ. In Luciano T. 2. p. 170. scribendum videtur πῶς εὔλογον πάλιν αὖ [aut potius αὖθις cum libro Paris.] ἀπωθεῖσθαι. In Porphyrio de Abstin. p. 179. Rhoerius bene scripsit πάλιν αὖ τὰ πλήθη pro vulg. πάλιν αὐτὰ 50) πλ. Sed αὖ πάλιν, ut noster, habet etiam Lucianus T. 1. p. 461. ὁ δέ τις αὖ πάλιν ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸν πλοῦτον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. Ibid. p. 612. οἵτινες αὖ πάλιν οἱ τοῦ ἑτέρου βίου.

P. 244. v. 13. sq. βαρβαρικόν] „βάρβαρον V." quod nostrae lectioni posthabendum. Discant

enim tirones, a Lexicis trivialibus saepe pendentes, βαρβαρικὸς raro de moribus dici, saepissime omnino de iis, quae Graeca non sunt, ad Graeciam non pertinent. Βαρβαρικὰ ἔθνη ex Aristotele enotavit H. Stephanus Thes. T. 1. c. 721. C. Xenophon Anab. 4, 5, 33. διακονοῦντας Ἀρμενίους παῖδας σὺν ταῖς βαρβαρικαῖς στολαῖς. [51]) Ibid. 5, 7, 13. ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς βαρβαρικοῖς. [52]) Alciphron p. 174. εὐνούχους ὑπισχνούμενος καὶ θεραπαίνας καὶ κόσμον τινὰ βαρβαρικόν. quod Abreschius Lect. Aristaen. p. 192. [53]) comparat cum Virgiliano Aen. II. v. 504.:

barbarico postes auro spoliisque superbi.

ubi Scholiastae, ut solet hoc genus hominum, vera falsis miscent. Pollux p. 737. οὕτω δὲ Σοφοκλῆς καὶ τὰς σκηνὰς τὰς βαρβαρικὰς καλεῖ. Sed inprimis frequentant Graeci scriptores, non βάρβαρος, sed βαρβαρικὸς, quoties, ut nostro in loco, Ἑλληνικὸς opponitur. Xenophon Anab. 1, 2, 1. καὶ ἀθροίζει ὡς ἐπὶ τούτους τό τε βαρβαρικὸν καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἐνταῦθα στράτευμα. 1, 7, 14. συντεταγμένῳ τῷ στρατεύματι παντὶ, καὶ τῷ Ἑλληνικῷ καὶ τῷ βαρβαρικῷ. 1, 8, 14. τὸ μὲν βαρβαρικὸν στράτευμα ὁμαλῶς προῄει· τὸ δ' Ἑλληνικὸν κ. τ. λ. 4, 8, 7. ἐντεῦθεν διδόασιν οἱ Μάκρωνες βαρβαρικὴν λόγχην τοῖς Ἕλλησιν, οἱ δὲ Ἕλληνες ἐκείνοις Ἑλληνικήν. Ceterum si alia eiusdem confusionis exempla forte requiras, haec habeto. Herodotus p. 28, 23. sqq. ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβαρικοῦ ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν, ἐὸν καὶ δεξιώτερον κ. τ. λ. Cod. Passion. (vid. Wesseling. in Add. ad h. l.) ἔθνεος τοῦ βαρβάρου τὸ Ἑλληνικὸν, ἐὸν δεξιώτερον. minus culte quam vulgatum. Alii libri: τὸ βάρβαρον ἔθνος τοῦ Ἑλληνικοῦ. inepte. P. 254, 50. sq. ὁ Ἠριδανὸς αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα, ὡς ἔστι Ἑλληνικὸν, καὶ οὐ βαρβαρικόν. Al. οὐ βάρβαρον. quae lectio iure visa est Valckenario dete-

rior. P. 627, 32. ſqq. εἰ ἀποῤῥαγείη ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ τό,τε Ἰωνικὸν καὶ τὸ Καρικὸν φῦλον. Al. βαρβάρου, a Weſſelingio recte ſpretum. Aliter res habet, ſi βάρβαρος et Ἑλλὰς ſ. Ἕλλην inter ſe opponuntur. Aeſchylus Perſ. v. 184. ſq. ed. Brunck.:

— πάτραν δ' ἔναιον, ἡ μὲν Ἑλλάδα
κλήρῳ λαχοῦσα γαῖαν, ἡ δὲ βάρβαρον.

Euripides Iphig. Aul. v. 64. ſq.:

κἀπιςρατεύσειν καὶ κατασκάψειν πόλιν
Ἕλλην' ὁμοίως βάρβαρόν θ' ὅπλων μέτα.

Thucydides p. 119, 8. ſq. βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα.

P. 244. v. 14. ἢ σοφίαν ἢ ἀνδρίαν] „ἢ ἀνδρείαν ἢ σοφίαν V.“ Noſtro ordine habuimus ſupra p. 241. τὸ εἰς ταὐτὸν σοφίαν τε καὶ ἀνδρείαν τελεῖν. Sed infra p. 262. legitur: περὶ τῆς ἀρετῆς ποιησόμεθα τὸν λόγον, οἷον περὶ ἀνδρίας, περὶ δικαιοσύνης, περὶ σοφίας. Similiter Diodorus Sic. T. 1. p. 406, 63. μέγα φρονῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ ςρατηγίᾳ: h. e. ςρατηγικῇ συνέσει; neque facile, ſi recte memini, in hac locutione ςρατηγίαν, aut quae eius loco ponuntur ſimilis nomina ſignificationis, praemittit. Unus nunc locus ſuccurrit, ubi alter ordo praelatus eſt: T. 1. p. 403, 20. ſq. διὰ δὲ σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν μάλιςα θαυμαζόμενος. Altero ordine item Lucianus T. 1. p. 746. Σοφίαν καὶ ἀνδρίαν καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ καὶ τὸ δίκαιον κ. τ. λ. — Inter has duas formas, ἀνδρεία et ἀνδρία, dici vix poteſt quantopere libri fluctuentur: ut, ſi codices in conſilium adhibeas, ſaepiſſime incertus haereas, utra tenenda ſit. Henricus quidem Stephanus Theſ. T. 1. c. 439. F. Suidam ſecutus, ἀνδρία praeferre malit: tueturque hoc ipſum Dorvillius ad Chariton. p. 405. contra Criticos alteram formam ubique, etiam invitis libris, ingerentes. Contrarium probavit, Rhodomano praeeunte, Weſſelin-

gius in Diodoro Siculo, quamquam hac in re non satis sibi constans. [Conf. T. 1. p. 408, 42.] Maior etiam inconstantia in Schweighaeuseri editionibus Historicorum Graecorum: nec minus incerti in Xenophonteis editores vagantur. Quod si quid in re sane quam dubia, cuiusque ratio fortasse ipsis scriptoribus parum constitit, (Grammatici quidem veteres in diversas partes abeunt,) definire licet, equidem teneam diphthongum, in prosa quidem Atticorum ubivis; in poëmatis, ubicunque per metrum licet; quod si refragatur, praeferendam esse alteram formam per se intelligitur. Itaque ἀνδρία hactenus (nam toni immutabilitas nonnihil facit discriminis [54])) affinem habeam his: ἀσεβία, αὐθαδία, εὐγενία, εὐηθία, εὐσεβία, ἱερία, προμηθία; quibus abstinet Attica [55]) prosa, poësis fere non utitur nisi metri coacta legibus. Vid. Valckenar. ad Euripid. Phoeniss. v. 1475. Brunck. ad Euripid. Bacch. v. 259.

P. 245. v. 2. τῇ μεγάλῃ] „μεγάλη V." Verissime: sicque hunc locum legit Toupius ad Longin. p. 284. [56]) Ut Rhetor, ita Xenophon Anab. 2, 4, 13. ἀφικνοῦνται ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν, πρὸς ᾧ πόλις ἦν μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. In iisdem libris Xenophontis saepissime πόλις μεγάλη, εὐδαίμων, οἰκουμένη. Quod, ut alia, imitatur Arrianus de Exped. Alex. Sic 2, 13. extr. πόλιν μεγάλην καὶ εὐδαίμονα. ubi Raphelius: „Haec duo adiectiva in describendis urbibus fere semper coniungit Xenophon locis innumeris." Strabo p. 1161. B. ed. Alm. Πόλις δ' ἐστι μεγάλη τε καὶ εὔανδρος. Palaephatus XXXIX, p. 157. ed. Fisch. Σθένελος δὲ ὁ τοῦ Περσέως εἶχε τὸ μέγιστον καὶ πολυανθρωπότατον [χωρίον], τὴν Μυκήνην. ubi al. πολυανδρότατον. [57]) — Εὔφορος πρὸς ἀνδρῶν ἀρετήν. Respexit hunc locum Casaubonus ad Iul. Capitolin. T. 1. p. 350. *multo melior et feracior ad*

virtutes, posteriora graece vertens εὐφορώτερος πρὸς ἀρετάς. Scholiastes ad Aristophan. Equit. v. 262. Χεῤῥόνησος τῆς Θρᾴκης χωρίον καὶ πόλις, ὑποτελὴς τῶν Ἀθηναίων, εὔφορος εἰς πυροῦ γεωργίαν. Procopius de Aedif. III. 7. p. 63. C. ed. Paris. αὐτὴ δὲ ἡ χώρα τὸ Δέρυ τῆς μὲν γῆς ἐν ὑψηλῷ κεῖται· οὐ μέντοι οὐδὲ τραχεῖα οὐδὲ σκληρά ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καρπῶν τῶν ἀρίστων. ubi monitus facile agnoscas Ὁμηρικὸν ζῆλον. Ante oculos habuit historicus Caesariensis Od. IX. v. 25. sqq.:

αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται
πρὸς ζόφον — — — — —
τρηχεῖ᾽, ἀλλ᾽ ἀγαθὴ κουροτρόφος —

Talia nollem interpretes praestantissimi admovissent ad Longini IV. in. πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος οὐκ ἄφορος. Ibi enim οὐκ ἄφορος est *qui fertur, proclivis:* quemadmodum de vento, sed activo sensu, dicitur φορὸς, εὔφορος. — ἢ ἄν τι ἕτερον ἀνδραγάθημα τῆς πόλεως. Subaud. ᾖ. Minus frequens haec ellipsis verbi substantivi. Sophocles Philoct. v. 782:

ἀλλ᾽ οὖν δέδοικα, μὴ ᾽τελὴς εὐχή, τέκνον.

Brunckius in edit. a. 1788.: „Omittitur verbum ᾖ vel γένηται.“ Idem Oed. Col. v. 360.:

— μὴ οὐχὶ δεῖμ᾽ ἐμοὶ φέρουσά τι.

Vertit Brunckius: „vereor ne mihi pavorem nunties aliquem“; subaudiens ἧς vel ἥκῃς. Male me hoc loco habet μὴ οὐχὶ, vertendum illud post verba metuendi, *ne non*, *ut*, suspicorque corrigendum esse:

— μὴ σὺ δεῖμ᾽ ἐμοὶ φέρουσά τι.

ubi cum σὺ, quod saepius accidit, in οὐ corruptum esset[58]), ne metrum laboraret, paragogicum οὐχὶ scripserunt.[59]) Videamus alias huius verbi ellipses item rariores. Sophocles Philoct. v. 493. sq.:

ὃν δὴ παλαί ἂν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ
μή μοι βεβήκῃ. — — —

Brunckius: „Subauditur εἴη." Βεβήκῃ scripsi ex Codice pro Brunckiano βεβήκοι, quod hic soloecum est. Δέδοικα, μὴ βεβήκοι, non magis ferri potest, quam si latine dicas: *metuo, ne obiisset.*[60]) Callimachus Epigr. V. ed. Ernest. ex Bentleii emendatione:

Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρῖτι, παλαίτερον — —

Subaud. ἦν. Herodianus Histor. 7, 9, 9. πολλὴ δὲ οἰμωγὴ κατὰ τὴν πόλιν γυναικῶν τε καὶ παιδίων, ὧν ἐν ὄψει οἱ φίλτατοι ἀπώλοντο. ubi non puto necessarium, quod Wolfio (Praef. p. XXII.) placet, ἦν post πόλιν inseri. Longus p. 18. ed. Villois. Ἦρος οὖν ἤδη τέλη. Perperam scripsi, partim Wyttenbachium secutus, τέλος ἦν. Errantem in viam reduxit ὁ κλεινὸς Κοραῆς εἰς Ἡλιόδωρον σελ. 317. Μεγάλα χάρις αὐτῷ![61]) Eadem chorda oberravi ibid. p. 20. ὁ δὲ Δάφνις ἀνυπόδητος. ubi non melius scripsi ὁ δὲ Δ. ἦν ἀν. Excusatius, sed tamen peccavi p. 7. Ἤδη οὖν ὁ μὲν, πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς, post μὲν itidem inserens ἦν. Idem p. 106. Σκέψεις οὖν ὑπὲρ τῶν συμβεβηκότων. quod miror me intactum reliquisse: cum enim Longum ederem, aliquanto magis quam nunc emendatrix scilicet manus ex contagione critices seculi pruriebat.[62]) — Ἀνδραγάθημα. Phrynichus p. 106. Κατορθώματα. ἁμαρτάνουσι κἀνταῦθα οἱ ῥήτορες, οὐκ εἰδότες ὅτι τὸ μὲν ῥῆμα δόκιμον, τὸ κατορθῶσαι· τὸ δ' ἀπὸ τούτου ὄνομα ἀδόκιμον, τὸ κατόρθωμα. λέγειν οὖν χρὴ ἀνδραγαθήματα. — Ceterum, si τῇ μεγάλῃ excipias, totus hic Rhetoris locus, ut qui maxime, sanus videtur. Illustre est exemplum βραχυλογίας διδακτικῆς. Quod si arenam sine calce dicas, cogitato, huiusmodi praecepta, modo perspicua sint, calcis non multum indigere.

P. 245. v. 6. προγόνων] „προγόνων ἐνδόξων V." Probe, si interpungas: ποίων τινῶν προγόνων, ἐνδόξων καὶ πατέρων. Sic modo habuimus: ποίας τινὸς οἰκίας, — — — — γένους ἐνδόξου: quae non minus abrupta, sed eadem Κρότωνος ὑγιέστερα, neque ullo modo παραδιορθώσεσιν vellicanda. — πατέρων, *patris ac matris*. Sic saepe πατέρες. Dionysius Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 291. ἃ δ' εἰς αἰδῶ καὶ δικαιοσύνην παίδων, ἵνα σέβωσι τοὺς πατέρας, κ. τ. λ. Diodorus Sic. in Excerpt. de Virt. et Vit. T. 2. p. 561, 22. sqq. χειροτέχνης γὰρ ἐκ παίδων γενόμενος δι' ἀπορίαν βίου καὶ πατέρων ἀδοξίαν, κ. τ. λ. ubi ne articulum ante πατέρων interserendum censeas, scito alibi etiam hanc vocem articulo destitui. Sic Sophocles Antig. v. 742.:

ὦ παγκάκιστε[63]), διὰ δίκης ἰὼν πατρί.

Idem Ai. v. 462.:

καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς —[64])

Euripides Hippol. v. 662. ed. Brunck.:

οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.

v. 665.:

θεάσομαι δὲ, σὺν πατρὸς μολὼν ποδί.

Add. Porson. praefat. ad Euripid. Hecub. p. XXXVII. ed. Cantabrig.[65]) Eunapius de Vit. Philos. p. 151. sq. ed. Antv. (p. 124. sq. ed. Colon.) θυγάτρια — — — — ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἄμφω τοὺς πατέρας ἀπέλιπεν. Alciphron p. 428. οἱ μὲν γὰρ πατέρες Πολύβιόν με ἔθεντο καλεῖσθαι. Xenophon Ephes. p. 19. τοὺς πατέρας οἰκτείροντες. p. 57. ὦ πατέρες ἐμοί! p. 99. τεθνήκασι δὲ αὐτῶν οἱ πατέρες. Sic etiam Latini, sed rarius, *patres*. Vid. Burmann. ad Ovid. Metam. IV. v. 61. Item *soceri* de socero et socru. Vid. I. F. Gronov. ad Liv. 1, 39, 2.

P. 245. v. 12. ἢ σώφρων] „εἰ σ. V." Perperam. Alia commutationis harum particularum exempla dabunt Brunckius ad Apollon. Rhod.

III. v. 730. Porsonus ad Euripid. Phoen. v. 909. ad Med. v. 493. 1079. „ἢ et εἰ centies diversam faciunt lectionem.“ Dorvillius ad Chariton. p. 213. — Supra v. 8. post ἤδη suspiceris δεῖ excidisse. Frustra. Cum enim omnino hoc verbum omitti soleat, infinitivo vices gerente imperativi, tum maxime talibus locis, qualis hic est, subaudiendum relinquitur: etenim tacite repeti potest ex praegresso ἰτέον. Similiter p. 250. v. 7. ἐπὶ τέλει δὲ καὶ εὐχῇ χρῆσθαι. Subaudi δεῖ, quod latet in παραληπτέον v. 1. — Κατὰ σῶμα, κατὰ ἰσχύν. Haec si sola per se spectantur, nihil habent quod vitii moveat suspicionem. Etenim tantum abest, ut, corpore commemorato, mentio τῆς ἰσχύος otiosa sit, ut potius haec duo aptissime, nec sine vi ad laudem τοῦ ἐγκωμιαζομένου augendam, iungantur. Nam ut corpus robore atque nervis praecellat, exercitatione opus est. Xenophon Cyrop. 2, 1, 20. ἐπειρᾶτο ὁ Κῦρος ἀσκεῖν μὲν τὰ σώματα τῶν μεθ' ἑαυτοῦ πρὸς ἰσχύν. Sed tum antecedentia, ποίας τινὸς φύσεως, tum magis etiam sequentia, quae non solum de laudibus corporis, sed etiam de virtutibus τῆς ψυχῆς agunt, nemini non persuadeant, ἰσχὺν vitiosum legendumque esse ψυχήν. Iam etsi permirum insolensque videatur, librarios notissimum ψυχὴν, quodque ipsa vicinia oppositi σῶμα satis tueretur, in ἰσχὺν mutavisse: huius tamen παραδιορθώσεως rationem admodum probabilem reddas, si memineris, Ψῆ saepe scriptum fuisse sic: ┼.[66]) Hac in forma si lineolae ad latera ductae evanuerunt, ψ cum ι commutari posse perspicuum est. Admonet me Rhetoris hic locus Sophoclei, cui Adamant. Coray persimili ratione mederi conatus est. Oedip. Col. v. 610.:

φθίνει μὲν ἰσχὺς γῆς, φθίνει δὲ σώματος.

Corrigit C.[67]):

φθίνει μὲν ἲς ψυχῆς, φθίνει δὲ σώματος.

Digna hoc ingenio coniectura; quam tamen ego quidem non praeſtiterim, cum vocem ἴς, quod ſciam, tragica poëſis non agnoſcat. Ceterum iteratio praepoſitionis κατὰ optime habet, frequentatque Rhetor tales repetitiones. Sic ſtatim recurret: κατὰ τὸν Τυδέα, κατὰ τὸν Κόνωνα. Quod autem Cant. καὶ ἰσχὺν legit, natum eſt ex ſolenni commutatione copulae praepoſitionisque κατά; cuius tot exſtant exempla, ut eorum numerum inire vix poſſis.[68]) In Longi Paſtor. p. 35, 8. ed. Villoiſ. κατὰ τῶν ὤμων pro καὶ τῶν ὤμων bene ſcripſiſſe puto Wakefieldium Addend. ad Moſchi Idyll. I. v. 18. quod me fugit, cum Longum ederem. Ad ſenſum non discrepat lectio C. R. I., a gloſſatore, ni fallor, profecta, ἐκ τῶν ὤμων. Sophiſtici quidem coloris ſunt, ſic deinceps poſita, ἐκ τῶν ὤμων, κατὰ τῶν ὤμων. Τοξάρια autem, quod obiter monere iuvat, ne cum Mollo de duobus arcubus interpreteris. Eſt pro τοξάριον, ut ſaepe τόξα de uno arcu dicitur. Meleager IX. (Anal. Brunck. T. 1. p. 5.):

> Εἰ χλαμύδ' εἶχεν Ἔρως, καὶ μὴ πτερὰ, μηδ' ἐπὶ νώτων
> τόξα τε καὶ φαρέτραν, — — —

Supra p. 7. in ſimili deſcriptione: πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων ἔχοντι, βέλη μικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι.

P. 245. v. 15. ſq. τὰ ἁρμόζοντα — — — Φοινίωνα] „παραβάλλειν κατάδην, τὸν Φοιν." Scripſitne Rhetor: παραβάλλειν καὶ ᾄδειν τὰ ἁρμόζοντα πρόσωπα, τὸν Νέστορα, κ. τ. λ.? *Adſatim eſt perſonarum, quas apte compares.*

P. 245. v. 15. καὶ] „Omiſit V." Bene. Sic v. 5. ἀσυνδέτως habuimus: ὅτι οὐ φαύλης, ὅτι οὐκ ἀδόξου. — Εἰ χρηστὸς, ὅτι θυμοειδὴς κ. τ. λ. Haec optime habent. Sed ut vim eorum ſentias, tenendum, χρηστὸς de *ſimplice* et *fatuo* ſaepe uſurpatum eſſe. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 132. b.

Itaque Rhetor, *Si quis*, inquit, *homo bonus et simplex est, dic eum nec* θυμῷ *carere, sed esse* θυμοειδῆ μετὰ τοῦ πρᾴου, *neque obtuso esse ingenio, sed* ὀξὺν ἐνθυμηθῆναι. — Κἂν ᾖ μικρός. Aptissime haec subiiciuntur. Modo habuimus callidam defensionem τῆς χρηστότητος: sequitur nunc criminis, quo quis τὴν μικρότητα petat, remotio.

P. 246. v. 1. sq. εἰ φιλοπρεπής] „καὶ μεγαλοπρεπής V.“ Verum puto: εἰ μεγαλοπρεπής. Vicinia nominis φιλόκαλος videtur induxisse librarium, ut pro μεγαλοπρεπὴς scriberet φιλοπρεπής: de quo mendorum fonte vid. supra ad p. 241. v. 2.[69]) Itaque φιλοπρεπὴς, ab H. Stephano omissum, a D. Scotto ex hoc uno loco excitatum, si quis e Lexicis eximendum censeat, ego quidem non repugnem.

P. 246. v. 4. ἐπίβολος] „ἐπήβολος V.“ quod recipiendum. Perpetua horum adiectivorum, formâ perparum, significatione multum discrepantium, in libris scriptis commutatio. Ἐπίβολος, *qui aliquid molitur, adsequi studet:* ἐπήβολος, *qui adsecutus est, tenet, possidet.* Sic Wesselingius accurate distinxit ad Diodor. Sic. T. 1. p. 22. (conf. not. ad Herodot. p. 672.) quem malim sequi, quam Toupium ad Longin. p. 292. cui idem videtur ἐπήβολος et ἐπίβολος.[70]) Strabo p. 1058. B. ed. Alm. πραγμάτων μεγάλων ἐπίβουλον γεγονέναι. Leg. ἐπίβολον. Poterat uno verbo scribere μεγαλεπίβολον[71]). Ceterum Rhetor expressit Platonem Euthyd. T. 3. p. 41. ed. Bip. (p. 48. ed. Routh.) Πολλοῦ ἄρα δεῖ, ὡς ἔοικεν, ἡμᾶς λυροποιοὺς δεινοὺς εἶναι, καὶ τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπηβόλους. — Θετικῶς ἐπάγονται τὸν ἐν τούτοις ἔπαινον. Graecus scriptor incertus in Compend. Rhetor. p. 8. ed. Scheff. Καὶ τὸ μὲν οἰκεῖον κεφάλαιον δεῖ θετικῶς εἰσάγειν τὸν ῥητορεύοντα. ad q. l. vid. Schefferus p. 48. „θετικῶς ἐξετάζεσθαι apud Hermog. pro

Infinite. nam θέσεις dicuntur quaeſtiones infinitae.“ H. Stephanus Theſ. T. 3. c. 1475. F.

P. 246. v. 6. ſq. ἀμφιλαβὴς] „ἀμφιλαφὴς V.“ Bene. Ἀμφιλαβὴς non reperias niſi in libris Grammaticorum, qui ad etymon adiectivi ἀμφιλαφὴς eruendum confinxerunt. [72]) Lucianus T. 3. p. 23. ἀμφιλαφεῖς δὲ αἱ ἀφορμαὶ τῶν μέμψεων τοῖς συκοφαντικοῖς τὰ ὦτα. Timaeus p. 26. Ἀμφιλαφές· πολὺ καὶ ἄφθονον. ubi vide praeclaram notam Ruhnkenii. Obiter corrigam Thalli Mileſii Epigr. III. (Anal. Brunck. T. 2. p. 164.):

> Αἱ πτελέαι τῷ Πανὶ καὶ αἱ τανυμήκεες αὗται
> ἰτέαι, ἥ θ' ἱερὰ κἀμφιλαφὴς πλάτανος,
> καὶ λιβάδες, καὶ ταῦτα βοτηρικὰ Πανὶ κύπελλα
> ἄγκεινται, δίψης φάρμακ' ἀλεξίκακα.

Lege: χ' αἱ λιβάδες. — Ceterum poſt χρήσιμον diſtinguendum μέσῃ στιγμῇ, τελείᾳ poſt γένοιτο.

P. 246. v. 10. ἂν] „Omiſit V.“ Perperam. Vix inter peccata librariorum aliud frequentius omiſſione huius particulae. [73]) Xenophon Anab. 5, 4, 25. ὅσα ἀνὴρ φέροι μόλις. Non dubito ſcribendum eſſe ὅσα ἂν ἀνὴρ φ. μ. [74]) Ibid. 34. ἅπερ ἄνθρωποι ἐν ἐρημίᾳ ποιήσειαν. Leg. ἅπερ ἂν ἄνθρωποι ἐ. ἐ. π. Sic ſtatim ſequitur: ἅπερ ἂν μετ' ἄλλων. Quod ſi quis, ut nunc ſunt delicatae hominum aures, contra moneat, illata hac particula fieri κακόφωνον Xenophontis orationem, ſciat has κακοφωνίας, ἂν ἄνδρες, ἂν ἄνθρωποι, in ſcriptis Atticorum creberrimas eſſe. [75]) In Luciano T. 2. p. 37. corrigendum: εἰ δὲ μὴ νὺξ κατέλαβε, τάχ' ἂν καὶ συνεδείπνει μετ' αὐτοῦ. [76]) Ibidem p. 390. legendum: ὥστε ἐβουλόμην ἂν αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι. [77]) T. 3. p. 409. legam: καὶ τοῦτο μὲν ὧδέ πως ἐκεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον ἂν τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἔφθη κ. τ. λ. quamquam ſedem, quam particulae vulgo omiſſae aſſignavi, equidem non praeſtem. [78])

Obiter ſuccurram Meleagro IX. v. 4. ubi nunc legimus: ἦν ἄϱ᾽ Ἔϱως. ἄϱα hic ferri nequit. Corrige: ἦν ἂν Ἔϱως. Haud raro confuſae particulae ἂν et ἄϱ᾽. Vid. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 359. Porſon. ad Phoeniſſ. v. 1672. Schneider. ad Xenoph. Memor. 1, 3, 11. Nec minus laborat Theodoridas VIII. ubi Brunckius T. 2. p. 43. edidit:

— — — εἰ δὲ κε ζόῃ,
τύμπανόν γ᾽ ἐφύσῃ.

ζόῃ eſt ex παϱαδιοϱθώσει Pierſoni. Cod. ζόεν. Transpoſitis particulis ſcribendum:

— — — εἰ δέ γ᾽ ἔζαεν,
τύμπανόν κ᾽ ἐφύσῃ.

Sic Epigr. adeſp. DXIV.:

Αὐτὸν Πυθαγόϱην ὁ ζωγϱάφος, ὃν μετὰ φωνῆς
εἶδες ἄν, εἴ γε λαλεῖν ἤθελε Πυθαγόϱης.

Sin aliquis, preſſius etiam accedens ad ductus vulgatae lectionis, praeferendum cenſeat εἰ δέ κ᾽ ἔζοεν, poſitâ in utroque membro particulâ κε, ego quidem non obſtinate repugnem. Ita enim Homerus Il. II. v. 123. ſqq.:

εἴπεϱ γάϱ κ᾽ ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τϱῶές τε,
ὅϱκια πιστὰ ταμόντες, ἀϱιθμηθήμεναι ἄμφω,
Τϱῶας μὲν λέξασθαι, ἐφέστιοι ὅσσοι ἔασιν,
ἡμεῖς δ᾽ ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοὶ,
Τϱώων δ᾽ ἄνδϱα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν·
πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόοιο.

Barneſius: „γϱ. γάϱ γ᾽.“ Inſcite. Heynio videtur quaeri poſſe, ſitne potius ἐθέλωμεν legendum: mihi non item. Subiunctivo nullus hic locus. Ibid. V. v. 273.:

εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀϱοίμεθά κε κλέος ἐσθλόν.

VIII. v. 196. ſq.:

εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἐελποίμην κεν Ἀχαιοὺς
αὐτονυχὶ νηῶν ἐπιβησέμεν ὠκειάων.

Ibid. v. 205. ſqq.:

εἴπερ γάρ κ' ἐθέλοιμεν, ὅσοι Δαναοῖσιν ἀρωγοὶ,
Τρῶας ἀπώσασθαι, καὶ ἐρυκέμεν εὐρύοπα Ζῆ-
ν', αὐτοῦ κ' ἔνθ' ἀκάχοιτο καθήμενος οἶος ἐν Ἴδῃ.

XIII. v. 288. ſqq.:

εἴπερ γάρ κε βλεῖο πονεύμενος, ἠὲ τυπείης,
οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος, οὐδ' ἐνὶ νώτῳ,
ἀλλά κεν ἢ στέρνων ἢ νηδύος ἀντιάσειεν.

XXIII. v. 526. ſq.:

εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω γένετο δρόμος ἀμφοτέροισιν,
τῶ κέν μιν παρέλασσ', οὐδ' ἀμφήριστον ἔθηκεν.

Ibid. v. 592. ſqq.:

— — — εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο
μεῖζον ἐπαιτήσειας, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι
βουλοίμην, — — — —

Heſiodus Ἔ. κ. Ἡ. v. 331. ſq. ed. Brunck.:

εἰ γάρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρῷ καταθεῖο,
καὶ θαμὰ τοῦτ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο.

Oraculum ab Herodoto ſervatum p. 83, 89. ſq.:

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μηδ' ὀρύσσετε·
Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο.

Erinna Epigr. I. (Anal. Brunck. T. 1. p. 58.):

ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
αἴ κ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἦς κ' Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

Quod igitur Daweſius Miſcell. Crit. p. 335. hanc ſtructuram ſoloeciſmis adnumerat, ſi de ſcriptoribus Atticis voluit dictum, equidem non refrager; ſin, falſus eſt. [79]) — Ad Noſtrum redeo. Οὐκ ἄπο τρόπου. Supra p. 231. οὐδὲ τοῦτό σοι ἄπο τρόπου εἴη ἂν εἰρημένον. Plato Phaedr. p. 354. ed. Heind. Καὶ οὐδέν γε ἄπο τρόπου. Rhetor infra p. 268. Τὰς γὰρ ἀρχὰς ἴσως που καὶ ἐντεῦθέν τις οὐκ ἀπὸ καιροῦ ποιήσεται. ubi Codex noſter bene ἄπο. De Compoſ. Verb. p. 101. ſcribendum: καὶ μὰ Δία οὐκ ἄπο σκοποῦ ταῦτα τῷ ἀνδρὶ εἴρηται. In libello de vita Homeri, qui Herodoto tribuitur, p. 757, 60. ſq. legendum: Ἄνερ, ἄπο τῶν ἱερῶν. In Lon-

go p. 114. ed. Villoiſ. non debebam relinquere ἀπὸ σκοποῦ. [80]) Achilles Tatius p. 207. ed. Bip. Οὐκ ἀπὸ τρόπου δοκεῖ μοι. Codex, cuius discrepantes ab editione Commelini lectiones, gratiſſimum munus Goerenzii mei, optimi viri, penes me ſunt, recte habet O. ἄπο τρ. δ. μ. In Heliodoro p. 410. ed. Cor. nunc demum legimus: ἄπο τοῦ τρόπου τοῦ σοῦ. Antea erat: ἀπὸ τ. τρ. τ. σ. Coray: Ἀνεβίβασα τὸν τόνον τῆς προθέσεως, ἢ μᾶλλον ἔτρεψα τὴν πρόθεσιν εἰς ἐπίῤῥημα, ἵνα ᾖ ὁ νοῦς, Ἔξω τοῦ σοῦ τρόπου, ἢ Παρὰ τὸν σὸν τρόπον. Quod ut tirones melius intelligant, legant haec Euſtathii ad Iliad. p. 166. v. 29. ſqq. ed. Rom. (p. 126. v. 6. ſqq. ed. Baſ.) Ἰστέον δὲ ὅτι, καθάπερ ἀπὸ τῆς εἰς προθέσεως, καὶ τῆς ἐξ καὶ τῆς πρὸς καὶ τῆς ἀνὰ καὶ κατὰ, γίνεται ἐπιῤῥήματος, [Florentina ex Politi correctione: ἐπιῤῥήματα. Vid. quae monuimus ubi de σφαίρῳ Empedoclis disputatum eſt.] τὰ εἴσω, τὸ ἔξω, τὸ πρόσω, ἀφ' οὗ τὸ πόῤῥω, τὸ ἄνω, τὸ κάτω, καὶ ἐκ τῆς περὶ, τὸ πέριξ, ὅθεν τὸ ἀπρὶξ κατὰ συγκοπὴν, καὶ ἐκ τῆς ἀπὸ, τὸ ἄπο, οὕτως κ. τ. λ.

P. 246. v. 10. ſq. γενεθλίοις] „γ. θεοῖς V." Bene. Noſtrae lectionis fons ἀθεότης illa librariorum, cuius plura exempla collegit Porſonus ad Euripid. Phoeniſſ. v. 5. Aeſchylus S. c. Th. v. 641. ſq. ed. Schütz.:

τοιαῦτ' ἀϋτεῖ, καὶ θεοὺς γενεθλίους
καλεῖ πατρῴας γῆς, — —

— Λιπαρὸν καὶ εὔδαιμον γῆρας. Infra p. 266. καὶ ὅτι λιπαρὸν γῆρας κατὰ τὸν Νέστορα ἐβίωσεν. Λιπαρὸν vix differt ab εὔδαιμον. [81]) Ariſtophanes Agric. VIII.:

Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος, αὐτοφυὲς Ἀττική,
χαῖρε λιπαρὸν δάπεδον, οὖθαρ ἀγαθῆς χθονός.

ubi Comicus, ut alibi, neque, opinor, ſine ſanna, reſpexit ad Athenas τὰς λιπαράς, de quibus

vid. Wesseling. Probab. p. 42. sq. Wyttenbach. Bibl. Crit. III. 1. p. 49. sq. In transcursu emendabo Lucianum T. 2. p. 411. sq. *καὶ ἅμα προσδραμὼν, λιπαροῖς τοῖς χείλεσιν, ἐφ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν ἐκτείνων τὸν αὐχένα, κατεφίλει.* Iacobsius ad Anthol. Gr. II. 3. p. 73. malit *λάβροις τ. χ.* Imo corrigendum: *λιπαρέσι. τ. χ.* [82]) Idem T. 1. p. 763. *καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν, καὶ πόνων, καὶ τὸ λιπαρὲς* [83]), *καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι, κ. τ. λ.* T. 2. p. 162. *καὶ πόνῳ πολλῷ, καὶ προθυμίᾳ λιπαρεῖ χρησάμενος.* Saepius autem confusa *λιπαρὴς* et *λιπαρός.* Vid. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. v. 673.

P. 247. v. 3. *λόγος*] „Omisit V." Melius adest. Sic p. 242. *ὁ ἐπὶ ταῖς γενέσεσι τῶν παίδων λεγόμενος λόγος.* — *Ἔξοδος*, ni fallor, intelligendum de solenni sponsae deductione, cuius apparatu strepituque Rhetor, cum ad amicum eundemque sponsum de methodo *τῶν γαμηλίων* perscriberet, se adeo conturbatum fuisse fingit, ut *τῶν ἐπιθαλαμίων* paene oblivisceretur. Notae *αἱ γυναικεῖαι ἔξοδοι*, de quibus nonnulla dederunt H. Stephanus Thes. T. 2. c. 1167. G. et Toupius Emendatt. in Suid. T. 2. p. 59. sq., plura daturus erat Hemsterhusius. Vid. ad Lucian. T. 1. p. 33. a.

P. 247. v. 4. *τοι*] „Omisit V." Legendum *σοι.* Supra p. 242. *Ἐχόμενος δέ σοι κ. τ. λ.* „Saepissime *σοι* et *τοι* commutantur." Brunck. ad Sophocl. Antig. v. 567. Vid. eundem ad Electr. v. 378. 871. 1168. — Mox ante *εἴη* vellem Codex *ἂν* insereret. — *Ἄμικτοι λόγοι* qui sint, lectione Rhetorum Graecorum exercitatior me dixerit. Num *μικτοὶ λόγοι* sunt, *ὧν διαφόρων ὄντων ἓν καὶ τὸ αὐτὸ ὄνομα?* cuiusmodi *οἱ ἐπιτάφιοι.* Vid. infra p. 258. sq. — *Σχεδὸν* hic, ut alibi, sententiam claudit. Exemplis ad Longi Pastor. p. 360. collectis

accedant haec: Ariſtophanes Fragm. ex incert. comoed. XIII.:

Πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐκπετήσιμοι σχεδόν.

Lucianus T. 2. p. 304. Οὐκ ἀπεικότως δὲ καὶ οἱ Ἰταλιῶται τὸν ὀρχηστὴν παντόμιμον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ δρωμένου σχεδόν. T. 3. p. 38. Ἦν μὲν ἐγὼ μειράκιον ἔτι, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν. Bene autem habet vulgaris interpunctio, quam ſi quis commate poſt λόγων retrahendo immutare velit, videat prius ne orationis τὴν συνάφειαν pervertat. Apte enim cohaerent: εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γαμικῷ, πλὴν τῷ χρόνῳ διαφέρων. non item: σχεδὸν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γαμικῷ, πλὴν τῷ χρόνῳ διαφέρων. Etenim praemiſſo σχεδὸν, exſpectes additum iri: μόνῳ τῷ χρόνῳ διαφέρων, aut διαφέρει γὰρ τῷ χρόνῳ, aut ſi qua his ſunt ſimilia. — Εἷς καὶ ὁ αὐτός. Latinorum *unus et idem.* Pag. 259. ὄνομα — — ἓν καὶ τὸ αὐτό. Timon Phliaſ. p. 62. ed. H. Steph. (Anal. Brunck. T. 2. p. 72.):

— ὅπη [l. cum Brunckio ὅππη] γὰρ ἐμὸν νόον εἰρύσαιμι,
εἰς ἓν ταὐτό τε πᾶν ἀνελύετο, — —

Quod compares cum verbis Perictyones in Stob. Serm. p. 15. ed. Schow. ὅστις ὢν ἀναλῦσαι οἷός ἐστι πάντα γένη ὑπὸ μίαν καὶ τὰν αὐτὰν ἀρχὰν, καὶ πάλιν ἐκ ταύτας συνθεῖναι καὶ ἀρυθμίσασθαι [24]), οὗτος κ. τ. λ. Diodorus Sic. T. 2. p. 309, 57. ſq. ὑφ' ἕνα δὲ καὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν οἱ μὲν περὶ τὴν πόλιν τάφρον ὤρυττον βαθεῖαν, κ. τ. λ. ubi cave librarium Leidenſem audias. Plutarchus de S. N. V. p. 11. ed. Wytt. L. B. προσφέρει τὴν κόλασιν, οὔτε μεγέθους μέτρον κοινὸν, οὔτε χρόνον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πάντων ἔχουσαν.

P. 247. v. 9. εἰ] „ἦν V.“ Optime. Senſus loci: *Poſſes quidem etiam in Sapphicis exempla huius formae reperire: ſed quoniam* etc. Sic ſu-

pra p. 253. Ἐμοὶ μὲν ἦν τερπνὸν, κ. τ. λ. ubi, sequitur ἐπεὶ δὲ, quemadmodum hic ἀλλ' ἐπειδή. Hoc enim verbum, in tali quidem structura orationis, particula ἂν carere potest. [85]) Sophocles Oed. R. v. 255. sq.:

οὐδ' εἰ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα μὴ θεήλατον,
ἀκάθαρτον ὑμᾶς εἰκὸς ἦν οὕτως ἐᾶν.

Ibid. v. 1368.:

κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν, ἢ ζῶν τυφλός.

ubi non opus est corrigi ἦσθ' ἄν. Mox v. 1375.:

ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος.

Euripides Iphig. Aul. v. 949. ed. Musgr.:

ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ' Ἀργείων ἀνήρ.

Non ausim cum Marklando ἦν ἂν scribere; nam ἄρα suum hic locum obtinet: quamquam probe sentio, Viri Summi coniecturam auribus magis probari. [V. 952. idem corrigit φονεύοι. Mihi scribendum videtur φονεύσει.] Bion V. v. 5. sqq.:

εἰ μὲν γὰρ βιότω διπλόον χρόνον ἄμμιν ἔδωκεν
ἢ Κρονίδας, ἢ Μοῖρα πολύτροπος, ὥστ' ἀνύεσθαι
τὸν μὲν ἐν εὐφροσύνᾳ καὶ χάρματι, τὸν δ' ἐνὶ μόχθῳ,
ἦν τάχα μοχθήσαντι ποθ' ὕστερον [f. μεθύστερον]
ἐσθλὰ δέχεσθαι.

Sic enim locus videtur scribendus. Xenophon Memor. 2, 7, 10. Εἰ μὲν τοίνυν αἰσχρόν τι ἔμελλον ἐργάσασθαι [malim ἐργάσεσθαι], θάνατον ἀντ' αὐτοῦ προαιρετέον ἦν. Idem Anab. 7, 7, 40. [86]) αἰσχρὸν γὰρ ἦν, *turpe enim foret.* [87]) Sed hac anomalia aliisque eiusdemmodi, quae et numero sunt paucae, et propriae certorum quorumdam verborum [88]), cave abutaris ad legem convellendam, qua particulae ἂν usus in tali constructione regitur. In Sophoclis Electr. v. 914. bene Brunckius dedit:

— — — οὔτε δρῶσ' ἐλάνθαν' ἄν.

At, inquit Hermannus ad Euripid. Hecub. p. 168., ἐλάνθαν' ἂν valde ab Sophoclis elegantia abhorrere

aures arguunt. Utinam ne κακοφωνότεροι versus in Sophocleis legerentur! Quid enim? placentne auribus vel minus fastidiosis versus tales, quales hi: Oed. R. v. 1481.

ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας.

En, ut de cetera κακοφωνίᾳ nihil dicam, sigmatismum Euripideo [89]) vix tolerabiliorem! Oed. Col. v. 1546. sq.:

— — τῷδε τῇδε — — —
τῇδ', ὧδε τῇδε βᾶτε. τῇδε — —

Haec aliaque [90]) Σοφόκλεια sic, opinor, comparata sunt, ut, nisi aurium fastidium cohibeas, vix tibi temperare possis, quin optimum poëtam paullo acerbius increpes. [91]) Quod autem Hermannus in eadem ad Hecubam nota Brunckium [92]) reprehendit in Sophoclis Oed. R. v. 1387. vulgatam lectionem ἀνεσχόμην in ἂν ἐσχόμην [93]) mutantem, id profecto huiusmodi est, ut viro optimo paene subirascar. Euripides Alcest. v. 921. sq. ed. Musgr.:

δύο δ' ἀντὶ μιᾶς Ἅιδης ψυχὰς
τὰς πιστοτάτας γε συνέσχεν ὁμοῦ.

Verissime Northmorus, cui Wakefieldius temere obloquitur, corrigit: συνέσχ' ἂν ὁμοῦ. [94]) Idem Troad. v. 401.:

εἰ δ' ἦσαν οἴκοι, χρηστὸς ὢν ἐλάνθανεν.

Legendum, ut in illo Sophoclis loco, ἐλάνθαν' ἄν. Ibidem v. 402. sq.:

Πάρις δ' ἔγημε τὴν Διός· γήμας δὲ, μὴ
σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχεν ἐν δόμοις.

Revocata antiqua interpunctione, quam Musgravius, a vero loci sensu aberrans, male mutavit, scribendum:

Πάρις δ' ἔγημε τὴν Διός· γήμας δὲ μὴ,
σιγώμενον τὸ κῆδος εἶχ' ἂν ἐν δόμοις.

Hoc quidem aurium sensui etiam fastidiosissimo probatum iri auguror: vulgata enim lectio εἶχεν

ἐν auditum non magis mulcet quam Brunckianum illud ἐλάνθαν' ἄν. Ceterum γήμας δὲ μὴ eft i. q. εἰ δὲ μὴ ἔγημεν. Sic Sophocles Trachin. v. 592. fq.:

— — — ὡς οὐδ' εἰ δοκεῖς
ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα, μὴ πειρωμένη.

i. e. εἰ μὴ πειρῷο. Euripides Heraclid. v. 283. fq.:

μάτην γὰρ ἥβην ὧδέ γ' ἂν κεκτώμεθα [l. κεκτῄμεθα]
πολλὴν ἐν Ἄργει, μή σε τιμωρούμενοι.

i. e. εἰ μή σε τιμωροίμεθα. Xenophon Anab. 5, 7, 9. πῶς ἂν οὖν εἷς ἀνὴρ μᾶλλον δοίη δίκην, ἢ οὕτω περὶ αὑτοῦ τε καὶ ὑμῶν βουλευόμενος; i. e. ἢ εἰ οὕτω π. α. τ. κ. ὑ. βουλεύοιτο. Lucianus T. 1. p. 245. ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας [add. ἂν] ἐμαιοῦτο, παρθένος γε καὶ αὐτὴ οὖσα. Plutarchus Mor. T. 1. p. 287. Οὐδὲ γὰρ [add. ἂν] ἐν μουσικοῖς τις ἢ γραμματικοῖς ἐπιδιδοὺς γνοίη, μηδὲν ἐν τῷ μανθάνειν ἀπαρύτων τῆς περὶ ταῦτα ἀμαθίας, κ. τ. λ.

P. 248. v. 1. ἐπιγεγραμμέναις] „ἐπιγραφόμενος V." Vid. fupra ad p. 234. v. 10. Refpicit ad haec Sapphus epithalamia Dioscoridis Epigr. XXV. (Analect. Brunck. T. 1. p. 499.) ubi v. 2. fcribendum ἤ ῥά σε Πιερίη, *five te Pieria*: v. 8. poft ὀρῆς ponendum fignum coli. Deinde v. 9. θεοῖς ἴσας γὰρ ἀοιδὰς ego quidem non tentaverim. Ἀοιδαὶ θεοῖς ἴσαι per breviloquentiam dictum pro ἀ. ἴσαι ταῖς τῶν θεῶν ἀοιδαῖς. Vid. quae notavimus ad Plinii Epiftol. p. 40. a. Dixeris uno verbo ἀοιδὰς ἰσοθέας. Sic Dionyfius Halic. Ant. Rom. T. 1. p. 111. δόξης τε καὶ ζήλου καὶ τιμῶν ἰσοθέων παρὰ πᾶσι τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ἰταλίᾳ τυχὼν, ἀπῆρεν εἰς Σικελίαν. h. e. τιμῶν ἴσων ταῖς τῶν θεῶν τιμαῖς.[25]) Conf. Weffeling. ad Diodor. Sic. T. 1. p. 247, 32. T. 2. p. 575, 35. Homerus Il. I. v. 163.:

οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, — —

h. e. ἶσον τῷ σῷ. Epigr. adesp. CCCCLXVIII.:

ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγὼ Παλλαδίῳ δύναμαι.

h. e. ἶσα τοῖς τοῦ Παλλαδίου ποιήμασιν. Epigr. adesp. DXXIII.:

οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ.

h. e. ἶσοι τοῖς τοῦ Ὁμήρου ποιήμασιν. Poterat hic, quod Scaligero, ut exquisitius, opinor, non quod Vir Summus hanc breviloquentiam ignoraret, prae lectione vulgata placuit, Ὁμήρου scriptum esse [96]); sed, genitivus eodem modo explicandus foret. Epigr. adesp. DXXXIV.:

ἴσθι δ' ὑπὸ χθονὸς ὤν, ὅτι σοὶ κλέος ἄφθιτον ἔσαι,
ἶσον Ὁμηρείαις ἀενάοις χάρισιν.

h. e. ἶσον τῇ δόξῃ τῶν τοῦ Ὁμήρου ποιημάτων. Gellius Noct. Att. I. 15. *verba illius multa et ἄκοσμα strepentium sine modo graculorum similia esse dicit.*

P. 248. v. 2. μεταχείρησις] „μεταχείρισις V.“ quod unice probandum, παρὰ τὸ μεταχειρίζεσθαι, quo Rhetor mox utitur. Infra p. 281. καὶ τῆς μεταχειρήσεως αὐτὴν [97]) τὴν μέθοδον δηλώσομεν. Al. recte μεταχειρίσεως. Codex noster, ex solenni commutatione praepositionum κατὰ et μετὰ [98]), καταχειρίσεως. P. 394. ἔντεχνος μεταχείρησις. ubi quamquam nihil varietatis enotatum est, tamen item μεταχείρισις scribendum esse, quod mox sequitur μεταχειριούμεθα arguit. Thomas Mag. p. 387. καὶ εὔκολον πρᾶγμα, τὸ εὐμεταχείριστον. καὶ εὐκολίαν ἔχει τόδε, ἤγουν ἑτοιμότητα εἰς μεταχείρησιν. Al. bene μεταχείρισιν. Vitiosam formam reperias in Schol. ad Aristoph. Plut. v. 511. pag. 149. ed. T. H. In Sophocl. Ai. v. 470. voci πεῖρα Glossator Brunckianus item vitiose adscripsit μεταχείρησις. Similiter supra p. 234. v. 13. προκεχείρηται et προκεχείρισται commutata vidimus.

P. 248. v. 5. δὲ] „Omisit V." quod et mihi aliquando placuit, nec multum mirer si tibi non displiceat. Dicas enim, διττογραφίαν particulam hanc invexisse: nam millies δὲ et καὶ commutata esse[99]). Aut, si cui haec ratio minus hic arrideat, satis speciose moneas, saepius librarios δὲ inculcasse, ubi sensum perimat[100]). Sed si memineris, quid ferat hellenismus, neutrum hoc loco quadrare intelliges. Saepius enim Graeci, neque solum prisci illi[101]), quorum omnino minus culta syntaxis, ususque particularum luxuriosissimus, sed etiam posteriorum scriptores temporum, δὲ sic πλεοναστικῶς ponunt. Ut Rhetor, ita Xenophon Cyrop. 8, 5, 12. Ἐκάθευδον δὲ αὐτῷ ἐν τάξει, ὥσπερ οἱ ὁπλῖται, οὕτω δὲ καὶ οἱ πελτασταὶ καὶ οἱ τοξόται. Zeunius: „Auctoritate libri Gabrielii illud δὲ [post οὕτω] inutile delendum esse statuo." Uncinis ille sepsit: plane deleverunt Weiskius et Schneiderus. Neutrum probo. Lucianus T. 3. p. 242. πρέπον [al. πρέποι, quod verum.] γὰρ ἄν, ὥσπερ οἱ θεοὶ δοτῆρες ἐάων [imo δωτῆρες ἐάων] εἰσίν, οὕτω δὲ καὶ ὑμῖν κ. τ. λ. Omisso καὶ, Sophocles Electr. v. 25. sqq.:

ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων,
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν, ὡσαύτως δὲ σὺ
ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπῃ.

Neque solum in sententia aiente, sed etiam in negante aut vetante. Noster mox p. 249. ὥσπερ δ' ἐν τοῖς γαμικοῖς ἠξιοῦμεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπισκοπεῖν, — — — οὑτωσὶ δὲ μηδ' ἐν τούτῳ παρὰ φαῦλον ποιεῖσθαι κ. τ. λ. ubi cave, illectus novandi facilitate, quae mihi olim imposuit, legendum censeas οὑτωσὶ δεῖ. Similiter post οὗτος particula δὲ passim πλεονάζει. Lucianus T. 3. p. 209. εἰ ἐπιγνοίης, ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν πεποιημένοι

κατά τε σῶμα καὶ κατὰ ψυχήν, οὗτοι δὲ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον. ubi non mirer si quis οὗτοι δὴ corrigendum putet: quod tu, mi lector, noli probare. Vid. H. Stephan. Animadvers. in Lib. de Dialectis p. 34.[101 a])

P. 248. v. 5. προσφόρως] „Omisit V." Perperam. Ceterum scribendum: τοῦτον ἄν μοι δοκεῖς τὸν τρόπον καὶ τοῦτον τὸν λόγον προσφόρως μεταχειρίσασθαι. Structura haec verborum satis frequens, sed saepissime depravata in libris veterum. Vid. Dawes. Miscell. Crit. p. 82. sq. In Euripidis Hippol. v. 472. sq. ed. Brunck., cum Valckenarii ad h. l. Brunckiique ad Aristoph. Av. v. 355.[102]) ratio parum satisfaciat, suspicor, quod partim iam antea tetigi, corrigendum:

— — — εἰς δὲ τὴν τύχην
πεσοῦσαν ἣν σύ, πῶς ἂν ἐκνεῦσαι δοκεῖς;

Quod vulgo legitur, ὅσην, natum est, opinor, ex adscripta praepositione ἐς.[103]) Aeschines Socraticus 2, 36. Ἆρ' οὖν ἄν σοι δοκοῖ ἄνθρωπος ἀπὸ μοχθηρῶν τε καὶ αἰσχρῶν πραγμάτων ἀργύριον αὐτῷ πορίσασθαι, κ. τ. λ. Scribe δοκεῖ. Lucianus T. 1. p. 514. εἰ ἠπίστατο, ὡς ἑπτέτης γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται, ἆρα ἄν σοι δοκῇ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γενομένῳ; Corrige δοκεῖ. Idque Belinus in Cod. Paris. reperit. Idem T. 3. p. 192. ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον οὐκ ἂν οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν; Lege οἰόμεθα. Alio modo in hac constructione laborat Isocrates Panathen. p. 390. ed. Lang. τῶν συμβουλευόντων ἀποικίαν ἐκπέμπειν κοινῇ πάντας ἐπὶ τοιαύτην χώραν καὶ τοσαύτην, περὶ ἧς ὅσοι περ ἀκηκόασιν, ὁμολογοῦσιν, ἡμᾶς τε, εἰ σωφρονήσαιμεν καὶ παυσαίμεθα τῆς πρὸς ἀλλήλους μανίας, ταχέως ἄνευ πόνων καὶ κινδύνων κατασχεῖν αὐτήν, ἐκείνην τε ῥᾳδίως ἂν ἅπαντας δέξασθαι τοὺς ἐνδεεῖς ἡμῶν ὄντας τῶν ἐπιτηδείων. Leg. ταχέως ἂν ἄνευ

Eodem vitio Xenophontem Anab. 7, 1, 28. Zeunius facile liberasset, paratis si bonis scivisset uti: Recte enim liber Etonensis: τί ἂν οἰόμεθα παθεῖν. Apollonius Rhod. I. v. 196. sqq. videtur scripsisse:

— τοῦ δ' οὔ τιν' ὑπέρτερον ἄλλον ὀΐω,
νόσφιν γ' Ἡρακλῆος, ἂν ἐλθέμεν, εἴ κ' ἔτι μοῦνον
αὖθι μένων λυκάβαντα μετετράφη Αἰτωλοῖσι.

ubi cum ἂν excidisset, ad versum explendum alii ἐπελθέμεν, alii ἐσελθέμεν scripserunt. Sed εἴ κ', pro quo olim, probante Hermanno ad Viger. p. 779., εἴ γ' scribendum mihi videbatur, nunc malim servare: hanc enim constructionem, ut alibi monuimus, poësis epica frequentat. Denique in Luciano T. 1. p. 28. scribendum videtur: καὶ εἴγε μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἂν εἶναί μοι δοκῶ κ. τ. λ. Aliud placuit Brunckio ad Aristoph. Av. v. 355.

P. 248. v. 6. εὐθὺς] „Omisit V." Possit abesse, sed melius additur, cum Graeci hanc vocem etiam ibi frequentent, ubi sensus ea carere posse videatur. Lucianus T. 3. p. 370. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐλθοῦσαν κ. τ. λ. Ceterum sequitur hic εἶτα sine particula δὲ, etsi ἐν μὲν τῷ προοιμίῳ εὐθὺς praecessit. Sic enim Graeci sequentia ab solo εἶτα s. ἔπειτα exordiuntur. Vid. supra p. 235. 236. infra p. 262. 270. 274. Strabo p. 804. C. ed. Alm. Καταρχὰς μὲν γὰρ ὡμήρευσε παρὰ Πάρθοις· ἔπειτα δι' ἐκείνων ἔτυχε καθόδου, κ. τ. λ. Idem p. 805. A. τέως μὲν ἐφρουρεῖτο· ἔπειτ' ἀνῃρέθη, κ. τ. λ. Non monerem hoc, nam usu est tritissimum, nisi viros doctos ad talia passim offendere vidissem. Conf. novissimam editionem Alciphronis T. 1. p. 145. b. In viam reducere errantes poterat Hoogeveenus Doctr. Particul. Gr.

T. 1. p. 662. sq. — Quae mox sequitur formula νὴ Δία, innumerabilibus locis sic posita, sed passim, quod summopere mireris, minus intellecta viris doctis, cum Latina *me hercule* comparari potest. Cicero de Orat. II. 2. *Quo etiam feci libentius, ut eum sermonem, quem illi quondam inter se de his rebus habuissent, mandarem litteris: vel ut illa opinio, quae semper fuisset, tolleretur, alterum non doctissimum, alterum plane indoctum fuisse; vel ut ea, quae existimarem a summis oratoribus de eloquentia divinitus esse dicta, custodirem litteris, si ullo modo assequi complectique potuissem; vel me hercule etiam, ut laudem eorum, iam prope senescentem, quantum ego possem, ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem.* Graece scripsisset: ἢ καὶ νὴ Δία. Conf. locus Diodori Siculi supra ad p. 229. v. 1. adscriptus, ubi cave fidem habeas iis libris, qui νὴ Δία omittunt. — Ὑπ' αὐλοῖς ἢ πηκτίσιν. Notissimus usus praepositionis ὑπό. Minus notum, eodem sensu etiam Latinos ἑλληνίζοντας *sub* dixisse. Copa init.:

> Copa Syrisca, caput Graia redimita mitella,
> crispum sub crotalo docta movere latus.

Vid. Hemsterhus. ad Lucian. T. 1. p. 355.

P. 248. v. 12. μεταβήσῃ] „ἐπιβήσῃ V." Male. Infra p. 262. Μετὰ ταῦτα δ' [Codex noster: Μετὰ δὲ ταῦτα] ἐν μὲν τοῖς κοινοῖς ἐπὶ τὸ προτρεπτικὸν μεταβησόμεθα.

P. 248. v. 13. τὸν] „Omisit V." Articulum si quis delendum censeat, non multum repugnem. Γάμος enim in iis est nominibus, quae articulo saepissime carent. Εἰς γάμους ἔρχεσθαι dixit Euripides Meleagri fragm. IX. Strabo p. 805. B. αἷς νόμος ἐστὶ, καταπορνευθείσαις πολὺν χρόνον παρὰ τῷ θεῷ, μετὰ ταῦτα δίδοσθαι πρὸς γάμον. Mar-

cellinus de Thucyd. Vit. p. 2. extr. λαμβάνει Θρᾳκῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην πρὸς γάμον. — Sed pro συιόντων noli dubitare Wolfium vere ſcripſiſſe συνιέντων. Perpetua haec confuſio. Dionyſius Hal. Ant. Rom. T. 2. p. 662. συνούσης αὐτῷ καὶ τῆς μητρὸς κ. τ. λ. Al. συνιούσης. Diodorus Sic. T. 2. p. 220, 86. ſqq. αὗται δὲ ἑκάστης νυκτὸς περιῄεσαν τὴν κλίνην τοῦ βασιλέως, ἵνα τὴν ἐκλογὴν αὐτὸς ποιήσηται τῆς μελλούσης αὐτῷ συνιέναι. Non damno hoc: malim tamen συνεῖναι.

P. 249. v. 1. τροφῆς] „ἀνατροφῆς V.“ quod verum puto. P. 254. χρήσῃ δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῖς ἐγκωμιαστικοῖς λόγοις ἀπὸ γένους, ἀπὸ φύσεως, ἀπὸ ἀνατροφῆς. P. 262. ἐν δὲ τοῖς ἰδίοις τὴν ἀνατροφὴν, καὶ τὴν παιδείαν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα. Non deſunt alia iſtius commutationis exempla. Plato T. 5. p. 282. [Menex. p. 31. ed. Gottleb.] πολιτεία γὰρ τροφὴ ἀνθρώπων ἐστί. Stobaeus hunc locum excerpens Serm. XLI. p. 247. ἀνατροφὴ legit: nam quod eius editiones, etiam princeps, habent ἀναστροφὴ, corruptum eſt.[104]) Ceterum ut Rhetor γένος et ἀνατροφὴ iungit, ſic Xenophon γίγνεσθαι et ἀνατρέφεσθαι. Memor. 4, 3, 10. Οὐ γὰρ καὶ τοῦτ', ἔφη ὁ Σωκράτης, φανερὸν, ὅτι καὶ ταῦτα ἀνθρώπων ἕνεκα γίγνεταί τε καὶ ἀνατρέφεται;

P. 249. v. 2. ὅσα] „καὶ ὅσα V.“ Non male.

P. 249. v. 4. ἐπὶ] „Omiſit V.“ Perperam.

P. 249. v. 15. ἀνάγκη συμβ.] „ἀ. καὶ σ. V.“ Nata copula ex ſyllaba poſtrema vocis praegreſſae. — Quod deinde ſequitur p. 250. v. 1. χρήσει, temere tentavit Wolfius, ſcribendum cenſens ῥήσει. Vid. Hemſterhuſium ad Schol. Ariſtoph. Plut. p. 226. ſq. ubi Cuperum eadem oberrantem chorda caſtigat. Χρῆσις enim propria vox de

poëtarum locis in teſtimonium excitatis. Etymol. M. c. 815. v. 17. ſq. χρῆσις μὲν γὰρ λέγεται ἡ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων μαρτυρία· — — οἷον, τὰ μὲν Ὁμήρου καλεῖται χρῆσις· — — —. Quamquam non deſunt exempla commutationis illorum vocabulorum. Epigr. adeſp. CCCXVIII.:

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ καὶ Πήλιον ὑψωθέντα
ψευδὴς ἱστορίης ῥῆσις ἀνεπλάσατο.

Vat. Cod. χρῆσις.

N O T A E.

1) Imo ex praeclara Codicis Vatic. lectione ἀηδών. Epigr. adesp. 535. de Euripide: τὸν σκηνῇ μελίγηρυν ἀηδόνα. ubi cave scribas, quod in Epigr. adesp. 717. recte legitur, τὴν — μελίγηρυν ἀηδόνα. Eustathius ad Iliad. p. 376. v. 24. ed. Rom. (p. 285. v. 1. ed. Bas.) ἀττικὸς γὰρ ἀνὴρ τὰν αἶγα λέγει, ὥςπερ καὶ τὸν ἀηδόνα. Masculinum huius nominis genus Lexica ignorant.

2) Ut ab Abreschio Dilucid. Thucyd. p. 159.

3) Negligentiae librariorum in articulo vel addendo vel omittendo exempla cum alibi exstant, tum in Diod. Sic. T. 2. p. 402. ubi bene legitur οἱ πολλοὶ τῶν φευγόντων, *plerique fugientium.* Male Cod. omittit οἱ.

4) Homerus Il. XII. v. 225.:

οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἐλευσόμεθ' αὐτὰ κέλευθα.

Apollonius Rhod. I. v. 199. sqq.:

καὶ μὴν οἱ μήτρως αὐτὴν ὁδὸν, — —
— — — — — —
— — — ἐφωμάρτησε κιόντι.

Idem IV. v. 690.:

ἄμφω δ' ἑσπέσθην αὐτὴν ὁδὸν, — —

Ibid. v. 1502. sq.:

Ἔνθα καὶ Ἀμπυκίδην αὐτῷ ἐνὶ ἤματι Μόψον
νηλειὴς ἕλε πότμος· — — — —

Aratus v. 928. sq.:

δειδέχθαι κείνοις· αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
πνεύματος. — — — —

Antipater Sidonius XCV. (Anal. Brunck. T. 2. p. 33.):

— — — — ἤματι δ' αὐτῷ
θὴρ τις ὄϊν, τὴν βοῦν δ' ὤλεσε δυςτοκίη.

In Oraculo apud Codinum, de quo Huschkius Anal. Crit. p. 295., unice veram puto alteram lectionem:

ἔνθ' ἰχθὺς ἔλαφός τε νομὸν βόσκονται ἐς αὐτόν.

5) Suspicor μακαριςότατον. Confunduntur haec adiectiva in Cyrop. 7, 2, 27.

6) In Xenophont. Oeconom. 4, 4. probo quod libri non pauci offerunt: τῶν Περσῶν βασιλέα. Sic mox sequitur: βασιλέα τῶν Περσῶν. In eiusdem Anab. 2, 4, 8.

recipienda lectio librorum aliquot: ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τὴν βασιλέως ἐπὶ γάμῳ. Obiter moneo, ibidem paullo poſt, deleto articulo, legendum eſſe: ἐφυλάττοντο δὲ ἀμφότεροι ὥςπερ πολεμίους ἀλλήλους. οἱ, quod vulgo poſt δὲ legitur, natum eſt ex initiali litera vocabuli proxime ſequentis. Contrarium vitium reperias in Apollonii Lexico Hom. p. 200. ed. Pariſ. καὶ ἄρθμιοι, οἱ ἄφελοι. Legendum: καὶ ἄρθμιοι, οἱ φίλοι. Heſychius: Ἄρθμιοι. φίλοι. Etenim ut alibi α et οι commutata ſunt, ita his locis alterum ex altero originem traxit. Horum errorum unus idemque fons, quem indicavit Porſon. ad Eurip. Med. v. 44. p. 353. ed. Lipſ. *) Conf. noſtra ad Plinii Epiſt. p. 30. quibus nunc iuvat addere haec: Sophocles Antig. v. 634.:

ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

Legendum, opinor:

ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλα;

ubi σοὶ μὲν interpretandum *tibi quidem certe*, *etiamſi non aliis*, μὲν intellecto, ut millies, περιγραφικῶς: quod moneo, ne cui tironum, ſi forte Devarium ſuum conſulere neglexerit, imponat mirificum commentum Pargoldi Obſervat. Crit. p. 212. Πανταχῇ autem vertendum *ubique*, *omni in re.* Conf. Oed. Col. v. 122. Ai. v. 1369. [Quae ibi proxime antecedunt, ἆρα μὴ κλύων, Musgravius parum auſpicato, minus etiam proſpere, opinor, Hermannus meus Adnot. ad Viger. p. 789. tentavit **) Particulae illae hic ſingulatim capiendae, ſic ut vis ἐρωτηματικὴ ſoli poſteriori tribuatur, prior, συλλογιστικῶς intelligenda, iungatur praecedentibus, reſpiciatque ad Haemonis propinquantis στυγνὸν πρόςωπον καὶ συνωφρυωμένον,

*) Sciant, quorum intereſt, conſilium huius editionis Gerhardum Fleiſcherum, quem operis illius Phidiaci praeſtantia advertiſſet, αὐτοκέλευστον; me, ab eo rogatum, curam et indicum conficiendorum et regendi typothetae ſuſcepiſſe. Quod cum ἀμάντευτος ὢν τοῦ μέλλοντος, in ipſo libro tacuerim, hic candide profiteor, ut qui nuper de editore Lipſienſi vanus rumor percrebuit, penitus exſtinguatur. Nolo enim quae ipſe deliquerim, eorum culpam inſons ſuſtineat.

**) Recurrit ἆρα μὴ in Sophoclis Electr. v. 446. item variis modis tentatum, ſed non minus ſanum, ſimiliterque explicandum. *Haec cum ita ſint, num putas* etc. Ubi quod ἆρα primo loco poſitum eſt, non magis quemquam offendet, quam ἄρα, pariter συλλογιστικὸν, praemiſſum in Ariſtophanis Pac. v. 856.

Obiter moneo, in Sophoclis Electr. v. 614. legendum eſſe ἄρ' οὐ σοὶ δοκεῖ —. Enclitica, ni fallor, non ferenda in hac ſede trimetri.

chorique hoc vultu perturbati verba poſtrema. Simillima ratione Trachin. v. 61. ſq.:

ὦ τέκνον, ὦ παῖ, κἀξ ἀγεννήτων ἄρα
μῦθοι καλῶς πίπτουσιν. — —

Hic ἄρα, ab illo non discrepans niſi accentu, quem metrum mutari iubebat, ad verba ancillae praegreſſa pariter reſpicit. Nec multum differt eiusdem fabulae v. 873. ſq.:

ὦ παῖδες, ὡς ἄρ' ἡμῖν οὐ σμικρῶν κακῶν
ἦρξεν τὸ δῶρον, Ἡρακλεῖ τὸ πόμπιμον.

ubi comma poſt δῶρον melius deleas. Supra v. 670.:

οὐ δή τι τῶν σῶν Ἡρακλεῖ δωρημάτων;

Plato Euthyphr. c. 18. τὰ παρ' ἡμῶν δῶρα τοῖς θεοῖς.] Xenophon Anab. 5, 4, 25. καὶ ἄλλα δόρατα ἔχοντες παχέα, κ. τ. λ. Scribendum, ni fallor: καὶ ἄλλοι δ. ἔ. π. Diſtinguenda enim δόρατα a παλτοῖς ſ. ἀκοντίοις. Sic Herodotus p. 17, 54. ſq. ἀκόντια δὲ καὶ δοράτια κ. τ. λ. Demoſthenica c. Ariſtocr. p. 621, 8. ſq. ed. Reisk. Dionyſius Halic. de Compoſ. Verb. p. 194. ſic habet: περὶ τούτου τοίνυν ἐςί μοι ἅπασα σπουδή. Quid illud τοίνυν? Orator videtur ſcripſiſſe: περὶ τούτου τανῦν ἐςί μοι ἅπασα ἡ σπουδή. Adi Olynth. I. init. ubi ſimiliter leges περὶ ὧν νυνὶ σκοπεῖτε. Neque alienus eſt Demoſthenes ab uſu vocis τανῦν. Or. de Cherſon. p. 105, 7. Reiskius edidit Θηβαίους νῦν ὑπάγεται. Alii Θηβαίους τε νῦν ὑπάγεται [ſ. ὑπάγει]. Scribe Θηβαίους τανῦν ὑπάγεται. Sic enim recte editum, ubi eadem leguntur, Philipp. IV. p. 148, 20. Lucianus T. 3. p. 249. Τοῦτο μὲν εὐγενείας, ὦ Λυκῖνε, σημεῖόν ἐςιν Αἰγυπτίας, ἡ κόμη. Scribo Αἰγυπτίοις. Iam paullo aptior nexus horum cum iis quae ſequuntur: ἅπαντες γὰρ αὐτοῖς κ. τ. λ. quamquam non ignoro, αὐτοῖς etiam ad Αἰγυπτίας ſalva helleniſmi indole referri poſſe. Sed noſtra lectio magis convenit Luciani ἀφελείᾳ. Ne quis igitur mihi opponat Σοφόκλειον illud, πόλιν τὴν Εὐρυτείαν, aliaque eiusdem commatis, quae et ipſe in numerato habeo. Ceterum commutatio iſta literarum α et οι non χθὲς demum καὶ πρώην, ſed iam olim libros vitiare coepit: unde nati errores Grammaticorum etiam perdoctorum. Sic, ut hoc utar, Gloſſographi Etymologique certatim commemorant verbum δαδύσσω, explicantes ταράττω. Noli id in libris veterum ſcriptorum quaerere: corruptum eſt enim ſcribendumque δοιδύσσω, quod verbum Comici, opinor, iſta ſignificatione uſurparunt. Conf. Ariſtophanes Pac. v. 228. ſqq. ubi eaedem partes τῆς θυείας καὶ τοῦ ἀλετριβάνου. Inprimis comparanda haec v. 265. ſq.:

εἴπερ γὰρ ἥξει γε τὸν ἀλετρίβανον φέρων,
τούτῳ ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος.

Similiter Lucianus T. 1. p. 499. κωμικῶς: ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥςπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, κ. τ. λ. —

Illuc revertor. Persimili ratione perperam natus articulus Xenoph. Anab. 4, 4, 21. καὶ οἱ ἀρτοκόποι καὶ οἱ οἰνοχόοι φάσκοντες εἶναι. Bene deest alterum οἱ in edd. vett. et MS. Guelf. quibus Zeunius auscultare debebat. Structura enim verborum haec est: καὶ οἱ φάσκοντες εἶναι ἀρτοκόποι καὶ οἰνοχόοι. Quod si quis vulgatam lectionem tueatur, causam mihi edat, cur Graeci captos pistores statim agnoverint, non agnoverint pincernas, priusquam hi ipsi de munere suo illos certiores facerent. [Ibidem statim sequitur: δοκεῖ αὐτοῖς ἀπιέναι. MS. Par. ἐδοκεῖ. quod solo accentu peccat: nam genuinum puto ἐδόκει.]

7) Eadem docent Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 358. b. Dorvillius ad Charit. p. 435. 555. Abreschius ad Cattieri Gazophyl. Graec. p. 14. Reiskius ad Artemid. p. 179. ed. Lipf. Brunckius ad Apollon. Rhod. 1, 356. 2, 1013. Profecto paucissima reperies, quae huic regulae repugnare videantur; corrupta illa, ni fallor, quaeque auguror olim emendatiora lectum iri. Tale est ἀντευτάσχειν ex Platone [Gorg. p. 255. ed. Heind.] excitatum ab H. Stephano Thes. T. 3. c. 79. A. Sed ipse Stephanus, „in illo Platonis loco, inquit, scribitur etiam disiunctim ἀντ' εὖ πείσεται.“ Haecque ratio unice tenenda. Stephanus, qui pro reiicula haberet, oblitus erat Platonici in Phaedro: ξύμ μοι λαβέσθε τοῦ μύθου; de quo obiter Toupius Emendat. in Suidam T. 1. p. 162. et Wyttenbachius in Villoisoni Animadvers. ad Longum p. 186. Quod si ex poëta desumtum dicas, (conf. H. Stephan. Annot. in Plat. p. 60. b.) alia tmeseos exempla ex scriptoribus prosaicis collecta habent Valckenarius ad Herodotum p. 576, 66. Reizius de accent. inclin. p. 38. ed. Wolf. et Coray ad Theophrasti Charact. p. 236. Tale porro Euripidis δυςθνήσκειν, ab ipso Scaligero pro barbaro habitum; de quo iudicium Porsoni cupidissime exspecto. In transcursu vide, quam miro errore ignorantia aut oblivio illius canonis Wakefieldium implicaverit. Aeschylus Eumen. v. 555. sq. ed. Schütz.:

καλεῖ δ' ἀκούοντας οὐ-
δὲν, ἐν μέσᾳ δυςπαλεῖ τε δίνᾳ.

Quid Anglus? Scilicet δυςπαλεῖ pro futuro habens verbi δυςπάλλω, ἐ. μ. δ. τ. δ. perperam vertit: „et aegre movebit (i. e. movebitur — vibrabit brachia) medium inter turbinem.“ Vim adiectivi δυςπαλὴς cum aliunde discere poterat, tum ex Ruhnkenii Epist. Crit. p. 222.

7 *) Persimili errore Grotius Excerpt. p. 431. in Euripideis (Fragm. incert. CLV. Musgr.) εὖ θυσαμένους edidit, quod ἐκθυσαμένους scribendum erat. Vid. Valckenar. ad Herodot. p. 480.

In Euripidis Heracl. v. 181. Barnesiana habet εὐμάθῃ. Al. recte ἐκμάθῃ.

8) Quot locis scriptorum veterum labem adsperserint librarii, cum semel scriberent, quae bis scribenda erant, Critici sciunt. Herodotus p. 601, 56. sq. Φωκέων καὶ Λοκρῶν περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ. Valckenarius, vitium vulgatae sentiens, corrigit περισπερχθέντων. Lenior, opinor, probabiliorque medela a me adhibita, trium iteratio elementorum: περισπερχέων ἐόντων. Plutarchus Mor. T. 1. p. 225. sq. Ὁ δὲ κόλαξ πρῶτον μὲν ἐνδείκνυται τὸ πικρὸς εἶναι καὶ περισπερχὴς καὶ ἀπαραίτητος ἐν τοῖς πρὸς ἑτέρους.

Persimili, ni fallor, ratione corrigendus Eusebius in Stobaei Serm. XLIV. p. 310, 8. sqq. οὕτω δὲ καὶ αὐτὸν χρὴ, οὐκ ἐπὶ κέρδεσιν οἰκείοις, ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίῃ καὶ φυλακῇ πάντα πρήσσειν τῶν ἀρχομένων· ὥςε αὐτοὺς, τὸ εἰς ἑωυτὸν [Trincav. male ἑωυτοὺς] ἧκον, ἀσινέοντας [Trincav. ad verum propius ἀσινεόντας] καὶ εὐθυνέοντας [Trincav. melius partim, partim secus, εὐθηνέωντας] ἀποδοῦναι τῷ καταπεπιςευκότι. Tractavit hunc locum Iacobsius Animadv. in Stob. p. 256., si quid video, parum feliciter. Suspicor scribendum: ἀσινέας ἐόντας καὶ εὐθηνέοντας α. τ. κ. Ἀσινέω quidem, quanquam a Wesselingio agnitum Differt. Herodot. p. 153. [ad Herodot. p. 412.] multum vereor, ut graecum sit. Εὐθυνέοντας autem me recte emendasse, nemo erit qui dubitet. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 269. οἱ γὰρ εὐθηνοῦντες καὶ πλούσιοί εἰσιν. ubi ante Gelenium item εὐθυνοῦντες legebatur. Idem verbum restituendum Democrito in Stobaei Serm. LXXIV. p. 452, 5. sqq. Οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι. ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας· ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηλέοντα, καὶ ταῦτα λεπτά τε [sic Trincav.] καὶ ἀσθενέα. Gesnerus bene in margine: „forte εὐθηνέοντα.“ quod miror Iacobsium ibid. p. 277. non intellexisse. Poterat scribere philosophus: ὀλίγας δὲ τὰς εὐθηνίας κ. τ. λ. Pergamus in De-

mocriteia. Legitur brevi post: πάντα γὰρ ἔκγονα κτῆται κατὰ φύσιν, ἐπὶ ὠφελείης γε οὐδεμιᾶς ἕνεκα. Scribe: ἐπωφελείης γε οὐδ. ἕν. Quintus Maecius VII. (Anal. Brunck. T. 2. p. 238.):

δῶρα παρ' ἀκταίης σοὶ τάδ' ἐπωφελίης.

ubi al. item ἐπ' ὠφελίης. Statim sequitur: ἀλλ' ὅταν γένηται, ταλαιπωρεῖ, καὶ τρέφει ἕκαστον, ὡς δύναται, καὶ ὑπερδέδοικε μέχρί σμικρᾶς. Fuit cum legendum suspicarer: καὶ ὑπερδέδοικε, μέχρι σμικρὰ ᾖ. Frustra. Subaudi ἡλικίας, et compara Xenoph. Memor. Socr. 3, 5, 27. Plene Suidas T. 1. p. 704. Ἐκ τιτυνῶν. ἐκ μικρᾶς ἡλικίας. quae glossa corrupta est. Portus malebat ἐκ τυτθῶν; quod non displicuit Kustero. Imo corrigendum ἐκ τυννῶν,*) i. e. ἐκ παίδων. Callimachus Eleg. p. 299. ed. Valcken.:

— Μοῦσαί νιν ἑοῖς ἔπι τυννὸν ἔθεντο
γούνασι.

Eadem ellipsis in βαιά. Epigr. adesp. DCCXXXII.:

τῷ πέλον ἀσπασίη βαιῆς ἄπο· — —

Neglexerunt haec qui Graecas Ellipses uno corpore complexi sunt.

Obiter moneo, Iacobsium in Aristoxenicis, quae l. c. post Democritea tentat, operam perdidisse. Non est Aristoxeni illud fragmentum, qui error fuit Gesneri aliorumque**), sed Platonis, cui in editione Trincavelli recte tribuitur: depromtum ex Lib. IV. de Leg. p. 187. sqq. ed. Bip. Corrupta, quibus Iacobsius mederi studet, sed incallum, in Platone emendatius sic leguntur: θυμουμένοις τε οὖν ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμόν; κ. τ. λ.

In Strabone p. 757. C. posterior syllaba vocis Δόσκοι copulam sequentem καὶ videtur elisisse. Videamus alia scriptorum Graecorum loca, quibus, nunc corruptis, medicina ex hoc fonte haurienda. Xenophon Oeconom. 4, 8. Ἔτι δὲ ὁπόσην μὲν τῆς χώρας διελαύνων ἐφορᾷ αὐτός, καὶ δοκιμάζει, κ. τ. λ. Schneiderus: „Camerarius — καὶ αὐτὸς δοκιμάζει, Leonclavio probante." Verissime: sed ut caussa vitii appareat, scribendum: αὐτὸς καὶ δοκιμάζει. Libanius p. 203. ed. Bongiov. τίς γὰρ οὕτως ἢ

*) Occupavit hanc correctionem Ruhnkenius Epist. Crit. p. 178.

**) Ut Abreschii, cum Dilucidationes Thucydideas scriberet (vid. p. 720.): post in rectam viam reducti ab amico, (Valckenario, opinor,) quod ipse gratus fatetur in praefat. ad Cattieri Gazophyl. Graecor. p. 6. Conf. Wyttenbach. in Bibl. Crit. P. VIII. p. 112.

παῖς, ἢ ἀνὴρ, ἀνόητος οὐκ ἂν ῥᾳδίως τοῦτον καταλάβοι τὸν λόγον; Haec pro integris habens Wyttenbachius in Bibl. Crit. III. 2. p. 64. ita interpretatur, ut ὥστε post ἀνόητος subaudiat: quo nihil vidi durius. Imo legendum: ἀνόητος, ὃς οὐκ ἂν ῥ. τ. κ. τ. λ. *) Sicque

---

*) En alia huius constructionis exempla. Sophocles Antig. v. 220.:

οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος, ὃς θανεῖν ἐρᾷ.

Euripides Alcest. v. 192. sq.:

— — — κοὔτις ἦν οὕτω κακὸς,
ὃν οὐ προσεῖπε, — — — —

Aristophanes Acharn. v. 736. sq.:

— — — τίς δ' οὕτως ἄνους,
ὃς ὑμέ κα πρίαιτο, — — —

Herodotus p. 304. sq. ἐκδιδοῖ γὰρ ἐς αὐτὸν κρήνη πικρή, οὕτω δή τι ἐοῦσα πικρή, ἣ μεγάθεϊ σμικρὴ ἐοῦσα, κιρνᾷ τὸν Ὕπανιν, ἐόντα ποταμὸν ἐν ὀλίγοισι μέγαν. quae viri docti coniecturis frustra sollicitarunt. Item praegresso ὧδε. Euripides Helen. v. 509. sq.:

ἀνὴρ γὰρ οὐδεὶς ὧδε βάρβαρος φρένας,
ὃς, ὄνομ' ἀκούσας τοὐμὸν, οὐ δώσει βοράν.

Neque dissimilia haec: Euripides Androm. v. 170. sqq.:

εἰς τοῦτο δ' ἥκεις ἀμαθίας, δύστηνε σὺ,
ἢ παιδὶ πατρὸς, ὃς σὸν ὤλεσεν πόσιν,
τολμᾷς ξυνεύδειν, — — — —

Idem Alcest. v. 195. sq.:

— — — — ἐκφυγὼν δ' ἔχει
τοσοῦτον ἄλγος, οὔποτ' ἐκλελήσεται.

Lucianus Tragopod. v. 275. sq. inflexa nonnihil constructione:

ἔστιν τις ἐν γῇ φαρμάκου δρᾶσις τόση,
ὃ χρισθὲν οἶδε τὴν ἐμὴν παῦσαι βίαν;

Xenophon Histor. Gr. 4, 1, 4. πατρὸς δ' εὐγενεστάτου, δύναμιν δ' ἔχοντος τοσαύτην, ὃς, ὑπὸ Φαρναβάζου ἀδικηθεὶς, κ. τ. λ. Sic enim ibi interpungendum: nam Morus fallitur. Ceterum miror, Stephano in altera editione placere potuisse quod in Leunclavianae margine notatum legerat, ὡς ὑπό. Id si Leunclavius in Codice reperit, pro glossemate habendum est. Isocrates Panathen. p. 390. ed. Lang. ἐπὶ τοιαύτην χώραν καὶ τοσαύτην, περὶ ἧς ὅσοι περ ἀκηκόασιν, ὁμολογοῦσιν, κ. τ. λ. Diodorus Siculus T. 1. p. 185, 10. sqq. τὸ μὲν πρῶτον τοὺς κόγχους συλλέγουσι τηλικούτους τὸ μέγεθος, ὧν εὑρίσκονταί τινες τετραμναῖοι. ubi Cod. Clar. ὥστε εὑρίσκεσθαι: manifestum glossema, quod tamen Wesselingium in fraudem illexit. Eadem ratio pronominis ὅστις, quoties post οὕτω et similia sequitur. Exempla dedit Wyttenbachius in Bibl. Crit. III. 2. p. 63. sq. quibus accedant haec: Euripides Heraclid. v. 414. sq.:

— ἑκὼν δὲ τίς κακῶς οὕτω φρονεῖ,
ὅστις τὰ φίλτατ' ἐκ χερῶν δώσει τέκνα;

nunc video scriptum in Reiskiana editione T. 3. p. 239. Lucianus T. 2. p. 391. ἕνα γοῦν ἰδὼν Κυνικὸν, τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας, ὑπέρογκον κεκραγότα, κ. τ. λ. Scribendum: ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας ὕπερον *) ὑπέρογκον, κεκραγότα κ. τ. λ. Eadem fere ratio Interpreti placuit.

Finem faciam huic notae, ubi tironum in gratiam addidero egregiam Leunclavii annotationem ad Xenophontis Cyrop. 1, 3, 14. depromtam ex Basileensi editione, (nam in Francofurtana nonnulla leges immutata): „Non dubium est rectius Philelphum pro ἐπεὶ τάτε νῦν, legisse ἔπειτα τάτε νῦν. Nam id vocabulum saepius ita mutilatum deinceps etiam occurret. Et memini saepe manu exaratis in libris tales occurrere mutilationes, ubi praesertim ultima praecedentis dictionis syllaba, et prima sequentis erant consimiles, ut heic vides, et in Caesario nostro exemplum illustre est, ubi διηνεκεῖθεν legitur in manuscripto exemplari, quod apud me est, pro quo non dubitabo substituere διηνεκεῖ ἐκεῖθεν αἵματι ἐρυθραίνεται, quum typis evulgandum dabo, quod spero propediem confore. Et infra in lib. VII. ἑλλην. p. 498. 10. ubi antea legebatur προσεκεχωρήκεσαν οἱ πελληνεῖς τὴν τῶν λακεδαιμονίων συμμαχίαν, nos eadem caussa moti reposuimus οἱ πελληνεῖς εἰς τὴν λακ. συμμαχ." Discant vel ex hoc specimine tirones, quam exquisitae res in veterum illorum editorum Commentariis, nunc fere neglectis contemtisque, reconditae lateant.

9) Eandem structuram Aristophani contra Brunckium vindicavi infra ad p. 237. v. 11.

Iam intelligas, quid Valckenarium Adnot. in Euripid. Hippol. p. 187. b. moverit, ut in Lycophronis Alex. v. 1283. scribendum censeret: μητρὶ τῇ Προμηθέως. quod Sebastianus, posthabita librorum suorum auctoritate, recipere debebat. [Ibidem Vir Summus: „In vs. 227. Hea-

---

Xenophon Anab. 7, 1, 28. τούτων δὴ πάντων ὁμοῦ ὄντων, ἔσι τις οὕτως ἄφρων, ὅτις οἴεται ἂν ἡμᾶς περιγενέσθαι;

*) In transcursu contra Valckenarium in Animadv. ad Ammon. p. 183. moneo, Cyrillum in Lex. MS. bene scripsisse: τὸ δὲ τύπτον ὕπερον λέγεται. Dicitur enim et ὕπερος et ὕπερον. Lucianus quidem neutro genere saepius utitur. T. 3. p. 61. ἢ καὶ τὸ ὕπερον. Mox: ἢ ὕπερον τὸ ὕπερον. P. 62. λαβὼν τὸ ὕπερον. Statim: ἴσθι αὖθις ὕπερον. Paulloque post: διακόνει τὸ ὕπερον.

thio sum obsequutus, ἴϑι corrigenti pro ὅϑεν, ut ὺς in Κλιτὺς usitato more possit produci." Fallitur. Exemplis a Brunckio collectis accedant haec: Lycophron Alex. v. 786.:

ὃν Βομβυλίας κλιτὺς ἢ Τεμμικία —

Idem v. 1278.:

Ζωστηρίου τε κλιτὺν, ἔνϑα παρϑένου —

Nicias VI.:

— Μαιναλίαν κλιτὺν ἀποπρολιπών.]

10) Sic in Herodoto p. 47, 35. legendum γῇ ἡ Λυδίῃ. [Conf. p. 74, 26. γῆς τῆς Ἑλλάδος. p. 79, 58. γῆς τῆς Οἰνωτρίης. p. 81, 49. ἐς γῆν τὴν Μιλυάδα.] In Arte nostra infra p. 282. v. 6. corrigendum χαλεπὴ ἡ μέϑοδος. Ut autem his locis ultima litera vocis praegressae articulum elisit, ita prima sequentis Xenoph. Anab. 4, 7, 8. ubi corrigendum: τούτου γὰρ ἡ ἡγεμονία ἦν κ. τ. λ.

In transcursu admoveamus similem medicinam duobus aliis Anabaseos Xenophonteae locis. 6, 4, 18. leg. ἤκουσά τινος, ὅτι Κλέανδρος ὁ ἐκ Βυζαντίου ἁρμοστὴς μέλλει ἥξειν πλοῖα ἔχων καὶ τριήρεις. *) pariterque 7, 2, 12. Ἐν δὲ τούτῳ ἀφικόμενος Ἀρίσταρχος ὁ ἐκ Βυζαντίου ἁρμοστὴς, ἔχων δύο τριήρεις, κ. τ. λ. Utrobique articulus au-

---

*) Modo praecessit: ὡς γὰρ ἐγὼ, κ. τ. λ. quod viris doctis iure displicuit. Corrigo: καὶ γὰρ ἐγὼ, κ. τ. λ. Contrario modo corruptus Aristo Stobaei Serm. CXVIII. fin. cuius locus sic legendus: Πολλοὶ σοφοὶ γηραιοὶ φιλοζωοῦσι. ὡς γὰρ οἱ ὀψὲ γήμαντες φιλοζωοῦσιν, ἵν' ἐκϑρέψωσι τὰ τέκνα, καὶ οὗτοι ὀψὲ ἀρετῆς ἐπήβολοι γενόμενοι, ἐφίενται [sic recte Trinc. et Gesn. 1.] αὐτὴν ἐκϑρέψαι. Satis frequens commutatio particularum καὶ et ὡς ob similitudinem compendiorum tachygraphicorum. Vid. Sylburg. ad Dionys. Hal. T. 1. p. 420. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 194. b. Markland. ad Euripid. Iphigen. Aul. p. 26. sq. Xenophon in Oeconom. 5, 4. videtur scripsisse: καὶ γὰρ ἐν τῷ χώρῳ, ὡς ἐν τῷ ἄστει, ἀεὶ κ. τ. λ. Scholiastes ad Sophocl. Trachin. v. 250. ἰδίῳ γὰρ λογισμῷ πάντα πράττει ὡς ϑέλει. Sic bene Brunckius. Al. perperam καὶ ϑέλει. Add. var. lect. ad Eustathii epistolam praefixam Παρεκβολαῖς in Dionys. p. 103. ed. Oxon. Porphyrius ad Homerum in Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 243. καὶ ὡς ἐπὶ τῆς ἀηδόνος. Conflatae sunt duae lectiones, delendumque καί. Conf. Porson. ad Odyss. p. 70. a. Add, Dionys. Halic. Ant. Rom. T. 2. p. 1180, 7. Eiusdem confusio διττογραφίας, ni fallor, invexit in Herodotea, piscem in silvas, καϑὼς p. 729, 92. ubi vere scripsisse mihi videor κατὰ ταὐτὰ καὶ Μαρδονίῳ. Certe probabilior haec ratio quam Fischeri καϑὼς plane delentis Prolus. de vitiis Lexic. N. T. p. 674. b.

te ἐκ vulgo deest. Elisit aut prima litera huius praepositionis, aut, quod probabilius puto, ultima nominum praegressorum, sic scripta: C. *) Bene supra 6, 2, 13. editum: ἀκούσας τοῦ Χειρισόφου, ὅτι Κλέανδρος ὁ ἐν Βυζαντίῳ ἁρμοστὴς φαίη, τριήρεις ἔχων ἥξειν εἰς Κάλπης λιμένα. ubi articulus ante ἐν item a nonnullis libris deest. **) Ceterum advertant hic tirones diligentiam Xenophontis in usu praepositionum ἐκ et ἐν. Si rem ad nostrae indolem linguae aestimes, nihil his locis inter se differunt ὁ ἐκ Βυζαντίου ἁρμοστὴς et ὁ ἐν Βυζαντίῳ ἁρμοστής: aliquantum differre sentias, si hellenismi intelligens sis. Scilicet μέλλει ἥξειν et ἀφικόμενος praepositionem priorem, φαίη posteriorem sibi iungi postulat. Vid. optimae frugis notam Fischeri ad Platon. Phaedon. p. 318. sq.

11) Sequitur ibi paullo post: Ἦν δὲ, ὃν ἐζήτει, Ἀγασίας. Obsidet haec perpusillum mendum, ab editoribus ne animadversum quidem, nedum sublatum: quamquam animadvertere et tollere unius eiusdemque operae erat. Lege: ὃν ἐξῄτει. Refertur hic ἐξαιτεῖν, ut fere fit, ad

*) Huius formae τοῦ σίγμα si memor sis, facile emendes Sophocl. Fragm. Tyr. v. 5. apud Aelian. N. A. XI. c. 18.:

σπασθεῖσα δ' ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν.

Brunckius, sensu loci probe intellecto, audacissime scripsit: κύρσασα δ' ἐ. λ. π. π. Longe mitior medicina in promtu est. Etenim in CΠΑCΘΕΙCΑ si quis mihi largiatur primam literam natam esse ex ultima vocis praegressae, ei facile persuadeam, ut mecum legat ΠΛΑΘΕΙCΑ: hanc enim formam alteri πλασθεῖσα, quae propius etiam ductus vulgatae accederet, Critici optimorum auctoritate librorum nunc praeferunt. Genitivo autem casu ποταμίων ποτῶν ne quis offendatur, legat Musgravii notam ad Euripid. Rhes. v. 914. [coll. not. ad Troad. v. 214.] — Sic emendaveram Sophoclea, cum vidi Reiskium in idem incidisse. Sed vir optimus Criticen hic tam iratam expertus est, ut ipse coniecturam, qua una aliquot piacula in fragmento illo commissa expiare poterat, velut invito sibi obtrusam prae commento infelicissimo aspernaretur. Alia ratio placuit Iacobsio Exercit. Crit. T. 1. p. 124.

**) Excidit item, idque eandem ob caussam, 7, 4, 3. ubi ex Cod. Eton. scribendum: ὁ οἶνος ὁ ἐν τοῖς ἀγγείοις. — In Cebetis Tab. c. 8. in. scribendum et interpungendum: Ὁ δὲ ὄχλος τῶν ἀνθρώπων ὁ πολὺς, οὗτος ὁ περὶ αὐτὴν ἑστηκὼς, τί βούλεται; Perperam Schweighaeuserus.

Nec minus ς τὸ τελικὸν vocabuli praegressi literam ο, priorem syllabam vocis proxime sequentis, hausit in Platonis Phaedro p. 339. ed. Heind. ubi scribendum: Τὸ δ' εὐπρεπείας δὴ γραφῆς πέρι καὶ ἀπρεπείας ὅπῃ [vulg. πῇ] γιγνόμενον καλῶς ἂν ἔχοι, καὶ ὅπῃ ἀπρεπῶς, λοιπόν.

ἐκδιδόναι. Sic Herodotus p. 36, 15. ſqq. οὐ γὰρ δὴ ὁ Ἀλυάττης ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρει. Idem p. 76, 23. ſqq. οἱ δέ μιν ἐξαιτέονται, προεῖναι κελεύοντες Κυμαίους. ἡμεῖς δὲ δειμαίνοντες τὴν Περσέων δύναμιν, τὸν ἱκέτην ἐς τόδε οὐ τετολμήκαμεν ἐκδιδόναι, κ. τ. λ. Ceterum ſatis frequens iſtorum verborum confuſio. Pauſanias T. 1. p. 125. ἐπεὶ δὲ ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων Ἡρακλέους, ἐζήτει τοὺς παῖδας Εὐρυσθεὺς, κ. τ. λ. Veriſſime Cod. Moſc. ἐξῄτει: quod Facius recipere debebat. Idem vitium, eodem modo tollendum, recurrit ibid. p. 471. Τότε δὲ πρεσβεία Λακεδαιμονίων ἥκουσα ἐζήτει Πολυχάρη. Corrigamus item Liban. T. 4. p. 817. Μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ Φίλιππος ἐζήτησε τὸν Δημοσθένην. Leg. ἐξῄτησε. Alia huius permutationis exempla dederunt Weſſeling. in Addend. ad Diodor. Sic. T. 1. p. 322, 10. Segaar. in Act. Liter. Societ. Rheno-Traiect. T. 1. p. 99. ſq. Wyttenbach. in Select. Princ. Hiſtor. p. 427.

12) Quam ſalutarem pariter ac lenem medicinam plurimis ſcriptorum veterum locis, vel perperam intellectis vel temere tentatis, ſola interpunctionis mutatio afferat, ſaepiſſime docuerunt Critici. Sed identidem monendi ſunt tirones, ut rem in ſpeciem ſane quam levem intentiſſima cura ne indignam habeant, cum viros etiam principes noſtrarum literarum, ſi quando, gravioribus occupati rebus, ad hoc puſillum negotium minus attenderent, lapſos videamus. In Xenophont. Anab. 3, 1, 24. vulgo legitur: Ἀλλ' ἴσως γὰρ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐνθυμοῦνται. Πρὸς τῶν θεῶν, μὴ ἀναμένωμεν κ. τ. λ. Ad h. l. Wyttenbachius in Select. Princip. Hiſtoric. p. 386.: „Πρὸς τῶν θεῶν! Legendum, Πρὸς οὖν θεῶν!" Mecum ſi poſt ἐνθυμοῦνται commate diſtinxeris, nihil fuiſſe novandum videbis, verbaque concionantis maiore cum vi, quam particula iſta interſerta, decurrere ſenties. In Herodoto p. 8, 27. ſqq. diſtinguendum: ἀλλ' οὐδὲν γὰρ [male omiſſum Suidae, cuius editiones item perperam interpungunt.] μέγα ἔργον ἀπ' [l. ὑπ'] αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο, βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσεράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνησθέντες. ubi recta diſtinctio Reizium adeo meum fefellit: quo excuſatius ego videar erraſſe, qui et ipſe punctum poſt ἔτεα reliquerim. Lucianus T. 1. p. 443. Ἀλλ' ἤδη μὲν ἐπὶ τῷ ςομίῳ ἐσμέν· ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν [Codex, cuius penes me ſunt lectiones: ἀποβλ. καὶ ἀποσκ. χρὴ] πόῤῥωθεν τοὺς ἀφικνουμένους. Hoogeveenus Doctr. Partic. T. 1. p. 662. poſt ἀποβλέπειν ſubaudit δέ: idque ipſum, repertum in libro Gorl.,

Schmiederus inseruit. Mihi neutrum placet, videturque Samosatensis scripsisse: Ἀλλ' ἤδη γὰρ ἐπὶ τῷ στομίῳ ἐσμὲν, ἀποβλέπειν χρὴ κ. τ. λ. Γὰρ et μὲν passim confusa sunt.*) Vid. Porson. ad Euripid. Phoen. v. 975.

Ceterum ἑλληνικωτάτη haec constructio, cuius tamen rationem viros etiam doctissimos fugisse loca illa ipsa arguunt, quorum vitiosa interpunctio sensum pervertit. Sophocles Philoct. v. 1020. sq.:

ἀλλ' οὐ γὰρ οὐδὲν θεοὶ νέμουσιν ἡδύ μοι,
σὺ μὲν γέγηθας ζῶν, — — —

Sic enim ibi quoque interpungendum. Similiora etiam Xenophonteo illi loco, quem a crisi Wyttenbachiana tutati sumus, haec: Tyrtaeus II. init.:

Ἀλλ' Ἡρακλῆος γὰρ ἀνικήτου γένος ἐστὲ,
θαρσεῖτ' — — — —

ubi Brunckius et in Analectis et in Ethica Poësi μέσην στιγμὴν post ἐστὲ minus recte posuit, melius facturus, si Klotzianam interpunctionem adscivisset. Sophocles Oed. Tyr. v. 1409. sqq.:

ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ' ἃ μηδὲ δρᾶν καλὸν,
ὅπως τάχιστα, πρὸς θεῶν, ἔξω μέ που
καλύψατ' — — — —

Idem Oed. Col. v. 624. sq.:

ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἡδὺ τἀκίνητ' ἔπη,
ἔα μ' ἐν οἷσιν ἠρξάμην, — —

Ibidem v. 755. sqq.:

---

*) Strato LII.:

καὶ μὴν οὐ ψεῦδος. δυσὶν εἷς μέσος, ὃς μὲν ὑπουργεῖ —

Quod clamat Codex Vaticanus, impurissimus nebulo scripsit:

καὶ μὴν οὐ ψεῦδος· δυσὶν εἷς μέσσος γὰρ ὑπουργεῖ —

XCV. in gemino flagitio:

— — — — τὸν ἐν μέσσῳ δὶς ἀριθμεῖ.

Ceterum ne quem offendat γὰρ tribus vocibus subiectum, sciat huius positionis exempla non rara esse. In Aristophanis Lysistr. v. 595. e duobus Reg. Cod. scribendum:

ὁ μὲν ἥκων γὰρ, κἂν ᾖ πολιὸς, ταχὺ παῖδα κόρην γεγάμηκε.

Post quatuor voces posuit Philemon p. 300. ed. Cler.:

μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίγνεται:

Menander emendatus a Porsono Append. ad Toupii Emend. in Suid. T. 4. pag. 478.:

οὐχὶ παρακληθέντας ὑμᾶς δεῖ γὰρ ἡμῖν εὐνοεῖν.

Vid. Porsonum, it. Hemsterhus. ad Lucian. T. 1. p. 432. et Abresch. Lect. Aristaen. p. 255. sq.

ἀλλ' οὐ γὰρ ἐϛι ταμφανῆ κρύπτειν, σύ νυν,
πρὸς θεῶν πατρῴων, Οἰδίπους, πεισθεὶς ἐμοὶ,
κρύψον — — — — —

V. 797. ſq.:

ἀλλ' οἶδα γάρ σε ταῦτα μὴ πείθων, ἴθι,
ἡμᾶς δ' ἔα ζῆν ἐνθάδ' — —

V. 1267. ſqq.:

ἀλλ' ἔϛι γὰρ καὶ Ζηνὶ σύνθακος θρόνων
Αἰδὼς ἐπ' ἔργοις πᾶσι, καὶ πρὸς σοὶ, πάτερ,
παραϛαθήτω. — — — —

Philoct. v. 81. ſq.:

ἀλλ' ἡδὺ γάρ τοι κτῆμα τῆς νίκης λαβεῖν,
τόλμα· — — — — —

ubi interpunctio vulgo vitioſa. Electr. v. 256. ſq.:

ἀλλ' ἡ βία γὰρ ταῦτ' ἀναγκάζει με δρᾶν,
ξύγγνωτε. — — — —

Euripides Electr. v. 107. ſqq.:

ἀλλ' εἰϛορῶ γὰρ τήνδε *) προϛπόλων τινὰ
πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένῳ κάρᾳ
φέρουσαν, ἑζώμεσθα — —

---

*) Verte *hic* ſ. *illic*. Non ignota vis huius pronominis, de qua accurate egit poëtarum noſtratium doctiſſimus idemque harum literarum bene peritus in *N. Magazin für Schullehrer* I. 1. p. 159. ſqq. Exemplis ab eo collectis iuvat alia addere: nam vix credas, quoties haec ſignificatio viros doctos, ut Erneſtium ad Homer. Od. IV. 26., in fraudem induxerit. Sophocles Oedip. Col. v. 111. ſq.:

σίγα. πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες
χρόνῳ παλαιοὶ, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.

Haec enim lectio unice vera. Al. ὧδε δ. τ. quod Brunckius temere adſcivit. Vid. in eadem fabula v. 29. 32. Ai. v. 898. 1168. 1224. Antig. v. 526. Electr. v. 4. 7. 665. Philoct. v. 36. Euripides Oreſt. v. 342. ſq. ed. Porſ.:

καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ ϛείχει
Μενέλαος ἄναξ, — —

ubi Ald. ruente metro ὧδε: quod a gloſſatore profectum. Hippol. v. 179.:

τόδε σοι φέγγος, λαμπρὸς ὅδ' αἰθήρ.

ubi non audiam Valckenarium. [Nec magis ad v. 183. τὸ πάλιν enim i. q. τοὔμπαλιν.] Alceſt. v. 1146. ſq.:

γυναῖκα λεύσσω τήνδ' ἐμὴν ἐτητύμως,
ἢ κέρτομός με θεοῦ τις ἐκπλήσσει χαρά;

ubi quod continuo ſequitur:

οὐκ ἔϛιν· ἀλλὰ τήνδ' ὁρᾷς δάμαρτα σήν.

nihil habens illud difficultatis, Wakefieldius tam tortuoſo modo explicat, ut ſatis intelligas, hanc toties obviam locutionem ei inſolentem viſam fuiſſe. Eadem tamen interpretandi ratio placuit Iacobſio Praefat. ad Exercitt. Crit. I. p. XVII. Rheſ. v. 615.:

ubi cave corrigas, verbi ἅπαξ λεγομένου ἐγκείρειν insolentia forte offensus, ἐν κεκαρμένῳ κάρᾳ: ne cavillator feminam te hydropicam facere criminetur. Etenim πηγαῖον ἄχθ. κάρᾳ φέρουσαν dicitur ut in Sophoclis cognomine fabula v. 326. sq. ἐντάφια χεροῖν φέρουσαν: in eiusdem Philoct. v. 655. ἃ βαστάζω χεροῖν. Aelianus de Nat. Anim. 7, 12. in. Τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὑδρίαν μεστὴν ὕδατος.

ὅδ' ἐγγὺς ἧσται, κοὐ συνήθροισται στρατῷ.

[V. 614. πόθεν Musgravius male tentavit: est enim i. q. ποῦ. Conf. Euripid. Bacch. v. 1164. ed. Brunck. et vid. Scholiast. ad Sophocl. Trachin. v. 1012. it. Brunck. ad h. l.] Plura si quis ex Euripide excitata cupiat,, adeat Alcest. v. 1027. Androm. v. 412. 1169. Electr. v. 216. 552. Herc. fur. v. 1134. sq. Hippol. v. 171. 1352. Ion. v. 79. Iphig. Taur. v. 269. 456. [f. διδύμας. vid. Sophocl. Electr. v. 206.] 1222. Orest. v. 453. Rhes. v. 85. 629. Aristophanes Lysistr. v. 65. sq.:

ἀτὰρ αἵδε καὶ δή σοι προσέρχονταί τινες·
αἵδ' αὖθ' ἕτεραι χωροῦσί τινες. — —

Theocritus XXV. v. 18. sq.:

αὖλις δέ σφισιν ἥδε τεῆς ἐπιδέξια χειρὸς
φαίνεται εὖ μάλα πᾶσα πέρην ποταμοῖο ῥέοντος.

Aristoteles Epitaph. 6.:

Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων Ἀρετὰ παρὰ τῷδε κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, — — — —

Mnasalcas III.:

Ἀσπὶς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φυλλέος ἱερὸν ἅδε
δῶρον Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ δέδομαι.

ubi non audiendus Codex Vaticanus. Idem XVII.:

— — — — αἵδ' ἐπὶ τύμβῳ
λᾶες Σειρήνων ἕσταμες εἰδάλιμοι.

ad q. l. Iacobsius: „Pro αἵδε ne dubites quin cum Eichstädtio [Quaest. Philol. Specim. p. 73.] ᾇδε scribendum sit.“ Dubitabit nunc, opinor, ipse Eichstadius. Epigr. adesp. DCCXLIII.:

Στὰς, ξένε, τάνδ' ἄθρησον ἐπὶ στάλᾳ Κλεοπάτραν.

Sic enim bene lapis, fallliturque Brunckius. Epigramma graecum ex Marmore in Bibl. Liter. et Art. Gotting. II. Inedit. p. 3.:

Ἄγγελε Φερσεφόνης, Ἑρμῆ, τίνα τόνδε προπέμπεις —

Ceterum eodem modo οὗτος usurparunt. Sophocles Philoct. v. 38. sq.:

— — καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
ῥάκη, — — — — —

Electr. v. 6. sq.:

αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
ἀγορὰ Λύκειος· — — — —

Aristophanes Acharn. v. 40.:

ἀλλ' οἱ Πρυτάνεις γὰρ οὑτοιὶ μεσημβρινοί.

Lucianus T. 3. p. 366. Ἀλλὰ τίς αὕτη σπουδῇ πρόσεισι —. In eodem T. 1. p. 263. leg. Αὕτη σοι ἐγὼ πλησίον. Vid. Hemsterh. ad h. l. quem miror dubitasse, hoc an vulgatum Αὐτὴ praeferendum esset.

— Eodem in versu Electrae Euripideae cum πηγαῖον ἄχθος minus commode dictum videatur, suspiceris, (quid enim impediat coniecturam, modeste proponendam, periclitari?) coniicias igitur, scribendum esse πηγαῖον ἄνθος. Persimili ratione Aeschylus Pers. v. 481. sq.:

— — οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
δίψει πονοῦντες — — — —

Sic recte editum: perperam Aldina δρῶμεν, Codicem suum, ut videtur, serviliter secuta. Saltem δρῷμεν dare debebat. Idem Oed. Col. v. 1418. sq.:

— — πῶς γὰρ αὖθις ἂν πάλιν
στράτευμ' ἄγοιμι ταὐτὸν, εἰσάπαξ τρέσας;

Sic Brunckius ex coniectura dedit. Vulgo erat: αὖθις αὖ πάλιν. Praestat quod Toupio placuit Emendatt. in Suid. T. 3. p. 55.

— — πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν
στράτευμ' ἄγοιμ' ἂν ταὐτὸν, εἰσάπαξ τρέσας;

Nam αὖθις αὖ πάλιν Sophocles sibi eripi aegre patiatur. Vid. Philoct. v. 952. Sed quid, si a poëtae manu profectum quis dicat:

— — πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν
στράτευμ' ἄγωμι ταὐτὸν, εἰσάπαξ τρέσας;

Epica quidem poësis hanc coniunctivi formam, quam ita amiserat, vix ut tenuissima eius vestigia apparerent, non reluctans nuper postliminio recepit: scenica, nisi meum me augurium fallit, mox recipiet. **) Lucianus T. 2. p. 685. Τί πρὸς τοσαύτην ἀναισχυντίαν εἴποιμι, ὦ Δάμι; ***) Codices Belini recte: εἴποιμι ἄν. Scholiastes ad Sophocl. Antig. v. 552. ποίαν μηχανὴν εὕροιμι; Etsi nolim tales scriptores legibus accurate scribendi severius adstringere, vix tamen dubito hominem dedisse, ποίαν ἂν μηχανὴν εὕροιμι;

---

*) Leg. πείθειν. Thomas Mag. p. 161. ὡσαύτως καὶ — — τὸ δύναμαι [μετὰ παρῳχημένου καὶ ἐνεστῶτος μόνου τίθεται, οὐδέποτε δὲ μετὰ μέλλοντος].

**) Moschus Id. II. v. 152.:

— ἐπεὶ δύναμαί γε φανήμεναι ὅ,ττ' ἐθέλοιμι.

Scribendumne ἐθέλωμι? Haec forma item Homero Odyss. XXI. v. 348. videtur restituenda.

***) Quae ibi praecedunt, sic interpungenda: ἢ εἰ κακὸν κακῶς ἐπιτρίψαντες. Mox scribendum: καὶ αὐτεπαγγέλτους ἐνίοτε. Sic in Euripid. Iphig. Taur. v. 1344. malim καίπερ οὐκ ἐωμένους. Vid. Brunck. ad Aeschyl. Prom. v. 217.

Ceterum si quis de canone hoc syntactico forte dubitet, audiat quem hellenismi callidissimum fuisse nemo negare ausit, quemque Hermannus meus vellem audivisset, priusquam Adnotat. ad Viger. p. 724. Brunckium seu potius Dawesium, τὸν ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἄριστα κανονίσαντα, animosior quam felicior ἀνταγωνιστὴς adoriretur, audiat igitur ipsum deum Delphicum. Oraculum Myscello et Archiae de tripode datum, quod servavit Scholiastes ad Aristoph. Equit. v. 1089.:

Χώρας καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες
ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον, τίνα γαῖαν ἵκησθε.
ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ' ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε,
πλοῦτον ἔχειν κτεάνων, ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν.

Nec minus diligenter servato constructionis discrimine Lucianus T. 1. p. 787. τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν; τῷ διαγνῷ τὸν τὴν ἀμείνω προαίρεσιν προῃρημένον κ. τ. λ. *)

Ad Aesopea revertor. Πῶς ibi reddendum *utinam*. Frequentatur hoc sensu πῶς ἂν cum optativo: rarius sic legitur, sine comite altera particula, πῶς cum coniunctivo. Marcus Antonin. IX. 40. p. 284. ed. Trai. οὗτος εὔχεται, πῶς κοιμηθῶ μετ' ἐκείνης; σὺ, πῶς μὴ ἐπιθυμήσω τοῦ κοιμηθῆναι μετ' ἐκείνης; ἄλλος, πῶς στερηθῶ ἐκείνου; σὺ, πῶς μὴ χρήζω τοῦ στερηθῆναι; ἄλλος, πῶς μὴ ἀποβάλω τὸ τεκνίον; σὺ, πῶς μὴ φοβηθῶ ἀποβαλεῖν; Arrianus Dissertat. Epictet. p. 651. ed. Upt. ἢ τίς ἂν ἦν ὁ Ἡρακλῆς λέγων, Πῶς μοι μὴ μέγας λέων ἐπιφανῇ, μηδὲ μέγας σῦς, μηδὲ θηριώδεις ἄνθρωποι;

45) Idem in Cod. Gorl. reperit Schmiederus (vid. T. 2. p. XXI.) in ordinemque recepit. quod laudo.

46) Non minus frequens confusio ceterorum casuum enclitici illius articulique. Xenophon Histor. Gr. IV. init. τοῦ ἀφιστάναι τὸ ἔθνος ἀπὸ βασιλέως. Marg. Steph. et Leuncl. τι ἔθνος. Diodorus Sic. T. 2. p. 306, 96. sq. ἀτελέστων δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν οὐσῶν. Al. τινῶν. Ibid. p. 322, 65. τῶν κοινῇ συμφερόντων. Al. τινῶν. Talia si memineris, novum robur accedere senties ingeniosae Wesselingii coniecturae in Diod. Sic. T. 2. p. 391, 34. pro ἐπὶ

*) Mire errat ad h. l. Belinus p. LXV. Διαγνῷναι quidem, quod in Codd. Paris. reperit, non natum est, ut illi visum, ex διαγνῷ ἂν, sed ex διαγνῴη ἄν, quod et ipsum bonum. Nam si quem haec optativi forma offendat, ut Hermannum in Argonautic. v. 1218. videtur offendisse, consulat is Aeschyli Supplic. v. 230. ed. Schütz. maior.

τινος πέτρας ſcribentis ἐπὶ τῆς Πέτρας. Nec minus probabiliter idem T. 2. p. 434, 45. pro εἰς τὸ Φρούριον coniicit εἴς τι Φρ. Hasque tam leves, tam egregias coniecturas vide qua modeſtia Vir Summus in notis expromat, multum ille alienus a προπετείᾳ critica, quae his diebus in veneranda antiquitatis monumenta graſſari coepit, iisque, ſi latius ſerpat, peſtem ac perniciem minitatur. Quod ſi Leopardi, ſi Scaligeri, ſi Caſauboni, ſi Lipſii, ſi ceteri heroës priorum temporum ab inferis reverterentur, vah! quanta cum indignatione ingemiſcerent, caſta Muſarum ſacra per furorem atque dementiam hominum δοκησισόφων in Bacchanalia abiiſſe.

47) Legimus ibidem paullo poſt: μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι. Haec editor Berolinenſis gloſſematicae interpolationis ſuſpecta habet, οὐλὰς a gloſſatore profectum eſſe exiſtimans. Mihi ſecus videtur: nec miror, Hemſterhuſium, cum hunc Platonis locum in Lucianeis afferret, de fraude nihil ſuſpicatum eſſe. Primum enim compara mihi locum qui mox ſequitur: κατεῖδεν οὐδὲν ὑγιὲς ὂν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ διαμεμαστιγωμένην καὶ οὐλῶν μεστὴν κ. τ. λ. Hic locus ex illo priore, quem philoſophus illuſtrationis ergo praemiſit, tam aptus nexusque eſt, ut, cum hic οὐλῶν legas, illic οὐλὰς ſignificantiſſime poſitum fatearis. Deinde οὐλὰς verbum eſt ita comparatum, ut in una eademque dictione iuxta ἴχνη τῶν πληγῶν ſatis commode ſtare poſſit. Etenim neque omnes οὐλαὶ ſunt eaedem verberum veſtigia: neque verbera ſemper tam atrociter infliguntur, ut cicatrices poſt ſe relinquant. Igitur Plato, *ſi quis*, inquit, *verbero fuit, habuitque in corpore cicatrices*, (non caſu acceptas illas, non honeſtas, ſed) ἴχνη τῶν πληγῶν *etc.* Poterat, fateor, omittere ἴχνη τῶν πληγῶν: ſed addidit, quo illuſtrior eſſet comparatio corporis verberum cicatricibus ſtigmoſi cum hominis nequam animo, cui vita flagitioſa tanquam notas poſt mortem conſpicuas inuſſit.

48) „*The penultimate is ſhort Ionice et Dorice.*“ Vir egregius in *Monthly Review* 1799. Aug. p. 439. hunc canonem nube exemplorum confirmare ſtudens. Probabit igitur, opinor, Diodori Sic. lectionem: οὐδέν πω τοιοῦτον. *)

---

*) Archilochus hac in re parum ſibi conſtat. Etenim III. v. 4:
— ἐξαῦθις κτήσομαι οὐ κακῶς.

49) Al. Ἀφρονοῖεν, quod unice verum. Eadem constructione scribendum p. 744. A. ἔλεγε πρὸς τοὺς πυθομένους, ὅτι πρεσβεύοι περὶ κουφισμοῦ τοῦ φόρου· τελοῖεν γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τὰς ἑκατὸν χαλεπῶς ἂν τελοῦντες. ut recte legitur in editione Lipsiensi. Plato de Republ. L. IV. in. (T. 6. p. 327. sq. ed. Bip.) ὥσπερ οὖν ἄν, εἰ ἡμᾶς ἀνδριάντας *) γράφοντας προσελθὼν ἄν **) τις ἔψεγε, λέγων, ὅτι οὐ τοῖς καλλίστοις τοῦ ζώου τὰ κάλλιστα φάρμακα προστίθεμεν· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ, κάλλιστον ὂν, οὐκ ὀστρείῳ ἐναληλιμμένοι εἶεν, ἀλλὰ μέλανι· μετρίως ἂν ἐδοκοῦμεν κ. τ. λ. Scribendum suspicor προστιθεῖμεν, formâ optativi atticâ, quam librarii saepe obliterarunt. Xenophon Anab. 7, 3, 13. καὶ ἔλεγον πολλοὶ κατὰ ταὐτὰ, ὅτι παντὸς ἄξια λέγει Σεύθης· χειμὼν γὰρ εἴη, κ. τ. λ. Hic quoque corrigam λέγοι. Idem Histor. Gr. 3, 2, 23. Ἀποκριναμένων δὲ τῶν Ἠλείων, ὅτι οὐ ποιήσειαν [add. ἂν] ταῦτα· ἐπιληΐδας γὰρ ἔχοιεν τὰς πόλεις· κ. τ. λ. ubi constructionis ratio Morum fefellit. Simili structura Sophocles Philoct. v. 614. sqq.:

καὶ ταῦθ' ὅπως ἤκουσ' ὁ Λαέρτου τόκος
τὸν μάντιν εἰπόντ', εὐθέως ὑπέσχετο
τὸν ἄνδρ' Ἀχαιοῖς τόνδε δηλώσειν ἄγων·

Sed VII.:

Οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι, οὔτε κάκιον
θήσω, τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων.

[Obiter moneo, Stratonem VI. v. 6. scripsisse:

— διδασκομένη δ' ἔτι κακιοτέρα.

Vulg. χερειοτέρα. Cod. Vat. κακειοτέρα, ut millies librarii ει scripserunt, ubi ι longum scribendum erat. Sic in Epigr. adesp. DCCXXVII. corrigendum:

— τῆς δ' ἦν οὔ τι γλυκιότερον.]

Τάχιον, paenultimâ item productâ, legas in Philippi Thessal. Epigr. XXIV. v. 1. Eademque mensura comparativi ἥδιον, ἡδίων in Asclepiadae Epigr. I. v. 3. XI. v. 4. quibus locis tertius nunc accedat XX. v. 3. ubi ex Cod. Vat. scribendum:

ἥδιον δ' ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας
χλαῖνα, — — — —

[Quae ibi de nautis praecedunt, vereor ut Iacobsius recte interpretatus sit. Conferendum, ni fallor, Meleagri Idyll. in Ver v. 9. sq. 21.]

*) Notetur ἀνδριὰς h. l. de pictura dictum: quod perrarum. Grammaticus Sangerm. MS. (Ruhnken. Animadv. in Timaeum p. 6.): Ἄγαλμα καὶ γραφὴν καὶ ἀνδριάντα, ἀδιαφόρως. Ἀντιφάνης Ζωγράφῳ.

**) Delenda haec particula, quam nec Cod. Reg. (vid. T. 7. p. 379.) agnoscit.

οἴοιτο μὲν μάλισθ', ἑκούσιον λαβών·
εἰ μὴ θέλοι δ', ἄκοντα· — —

50) Hoc vitium dici vix poteſt quoties occurrat. Plutarchum Mor. T. 1. p. 56. ſuſpicor dediſſe: καὶ περὶ τῆς ποιητικῆς ἐςιν εἰπεῖν, ὅτι

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ

αὖ τοῖς χρωμένοις ἀναδίδωσιν. Vulgo αὐτοῖς χρ. Αὖ hic vertendum *contra;* ſcripſiſſetque Chaeronenſis philoſophus, ni verſum ſervare integrum maluiſſet, πολλὰ δ' αὖ λυγρὰ τ. χρ. ἀ. ut Euripides Creſph. fragm. I.:

Ἔδει γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους,
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακὰ,
τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

Ibid. p. 490. vere conieciſſe Wyttenbachium puto: Ὥςπερ γὰρ αὖ τῷ Σωκράτει γυμνάσιον ἦν κ. τ. λ. Praeceſſit enim: Πρῶτον [ſic cum Wyttenbachio legendum] μὲν ὁ Σωκράτης κ. τ. λ. Idem Vit. Ciceron. T. 4. p. 818. ed. Reisk. πολλὰ μὲν Καίσαρι γράφων, πολλὰ δ' αὐτοῦ Πομπηΐου δεόμενος. Solanus iure praefert αὖ τοῦ: idemque probatur Wyttenbachio in Select. Princip. Hiſtoric. Annot. p. 435. Minus placet Reiskii ratio. Ibidem paullo ante legitur: ἤδη τῶν πραγμάτων, ὥςπερ ὑπὸ φλεγμονῆς, ἀφιςαμένων περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον. Corrigendum puto πρὸς τ. ἐ. π. Saepius confuſae praepoſitiones περὶ et πρός. Rhetor noſter infra p. 403. τοὺς πρὸς τὴν Ἑλλάδα. Cod. Cant. veriſſime τ. περὶ τ. Ἑ. Item in compoſitis. Diodorus Sic. T. 2. p. 191, 84. ſqq. οἱ δὲ Τύριοι δεισιδαιμονήσαντες χρυσαῖς σειραῖς προςέδησαν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ξόανον τῇ βάσει. Sic bene Weſſelingius pro vulg. περιέδησαν. Xenophon Epheſ. p. 24, 4. ſq. ὁ δὲ Ἀβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία περιτρέχουσι τῷ Κορύμβῳ τῷ πειρατῇ. Hemſterhuſio placet παρατρέχουσι. Probabilior coniectura Locellae προςτρέχουσι, qui, „quam frequenter, inquit, περὶ et πρὸς commutata ſint, fraudem faciente obſcuro fereque eodem ſcripturae compendio, nemini non notum eſt."

Illuc redeo. Uberrimus ſane perennisque fons emendationum et leniſſimarum et certiſſimarum, ſeiunctio eorum quae male coaluerunt *). In Xenoph. Anab. 4, 2, 3.

---

*) Contrarium vitium eximam Diodoro Sic. Exc. Legat. T. 2. p. 632, 69. ſq. ἡ δὲ σύγκλητος ἀσμένως τοὺς λόγους προσδεξα-

legitur: Ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἐπὶ χαράδραν οἱ ὀπισθοφύλακες. MS. Par. ἐπιχαραδραῖοι ὀπ. Quod si Zeunius paratis opibus uti scivisset, manum Xenophontis facile restituisset: Ἐπεὶ δὲ ἦσαν ἐπὶ χαράδρᾳ οἱ ὀπισθοφύλακες. Sic 6, 5, 12. ἐπεὶ ἐγένοντο οἱ ἡγούμενοι ἐπὶ νάπει μεγάλῳ καὶ δυςπόρῳ. Ex eodem hausta fonte palmaria Snapii emendatio Euripid. Ion. v. 1016. (1035. ed. Musgr.) ubi vulgo legitur:

εἰς ἓν δὲ κραθέντ' αὐτὸν ἰχῶρ' εἰςφορεῖς;

Musgravius ad h. l. T. 3. p. 535. b. ed. Oxon.: „Legendum, auctore Cl. Snapio Collegii Regalis apud Cantabrigienses olim Praeposito:

εἰς ἓν δὲ κραθέντ' αὐτὸν, ἢ χωρὶς, φορεῖς;

Cuius perelegantis sane emendationis notitiam Viro Eruditissimo Thomae Morell S. T. P. debeo." Hanc notam, inter praestantissimas Musgravii referendam, in editione Euripidis Barnesio-Musgraviana omissam esse, iure dolemus, dolebitque nobiscum ipse editor.

51) Praecessit ibi: ἔνθα κύψαντα ἔδει ῥοφοῦντα πιεῖν ὥςπερ βοῦν. MS. Eton. ἔνθεν ὑποκύψαντα. quod ad verum ducit. Scripsit Xenophon: ἔνθεν ἐπικύψαντα κ. τ. λ. Legit hoc ipsum Hermogenes de Form. Orat. II. p. 505. ed. Laur. ubi sic: πίνειν ἀπὸ τοῦ κρατῆρος ἐπικύψαντας ἔδει καθάπερ βοῦν. Xenophon Cyrop. 2, 3, 18. τῶν δὲ ἐπικυπτόντων ἐπὶ βώλους ἔπαιον τοὺς τραχήλους καὶ τὰ νῶτα. Qui ex cratere ῥοφῶν bibere vult, eum oportet, non ὑποκύπτειν, sed ἐπικύπτειν. Ceterum ἐπὶ et ὑπὸ, etiam in compositis, haud raro permutantur. Confusionis huius exemplum iam vidimus supra ad p. 240. v. 6. En alia. Herodotus p. 289, 87. sq. τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενεΐτας. Al. male ὑπὸ τ. Ὑ. Sic scribendum erat etiam p. 306, 1. In Diodoro Sic. T. 1. p. 640, 41. sq. Scaliger [vid. Add. ad h. l.] et Wesselingius bene corrigunt: διὰ τὸν φόβον ἠναγκάζετο φέρειν ὑπὸ τὸν χιτῶνα σιδηροῦν θώρακα. Vulgo ἐπὶ τ. χ. Pausanias p. 49. extr. δίκην ὑπὸ τούτῳ τῷ φόνῳ γενέσθαι πρῶτον. Quis dubitabit, vere correxisse Sylburgium et Kuhnium ἐπὶ τ. τ. φ.? Idem p. 483. extr. Νάξου δὲ οἰκισθείσης ποτὲ ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ Χαλκιδέων τῶν ὑπὸ τῷ Εὐρίπῳ. Sylburgius, cuius nota videnda, coniicit ἐπὶ τῷ Εὐρίπῳ, iure probante Valckenario ad Hero-

---

μένη, δόγμα ἐξέβαλε τὸ κυροῦν, κ. τ. λ. Corrigo δόγμα ἐπιβάλετο κυροῦν. Vid. Wesseling. Add. ad T. 2. p. 573, 5.

dot. p. 306. b. P. 550. med. *καταφεύγουσιν οὖν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων βουλὴν οἱ Ὠρώπιοι.* Corrigendum ex Stephano Byzantino, qui v. Ὠρωπὸς hunc ipsum locum affert, *ἐπὶ τ. Ῥ. β.* Conf. interpretes ad h. l. Pausaniae. Probabilis igitur coniectura Rhodomani in Diodoro Sic. T. 1. p. 581, 40. sq. legentis *ἔφυγον ἐπὶ τὸ τοῦ Φαρναβάζου στρατόπεδον*, neque adeo erat, cur Wesselingius opponeret notum illud Homericum:

> *Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε.*

Hymnus Homer. in Apoll. v. 18.:

> *ἀγχοτάτω Φοίνικος, ὑπ' Ἰνώποιο ῥεέθροις.*

Verissime Reizius (Eichstad. Quaest. Philol. Spec. p. 7.) *ἐπ' Ἰ. ῥ.* Quintus Cal. IX. v. 400. sq.:

> *οὕνεκά μιν τὸ πάροιθε μέγα στενάχοντα λίποντο*
> *μοῦνον ἐρημαίοισιν ὑπ' αἰγιαλοῖσι θαλάσσης.*

Bene Rhodomanus *ἐπ' αἰγ. θ.* Tryphiodorus v. 21. sq.:

> *Τρωσὶ δὲ λωβητοῖσιν ὑφ' Ἕκτορος ἑλκυθμοῖσι *)*
> *μυρομένοις — — — — —*

Corrige *ἐφ' Ἕκτ.* [Ibid. v. 415. scrib. divise *ἡμετέρῃσιν ἐπ' ἀχνυμένῃ θαλίῃσιν.*] Scholiastes ad Sophocl. Antig. v. 328. in editionibus prioribus: *ἀπιὼν ὁ θεράπων καθ' ἑαυτὸν ταῦτά φησιν. οὐ γὰρ δυνατὸν ὑπὸ τοῦ Κρέοντος ταῦτα λέγεσθαι.* Brunckius dedit *πρὸς τὸν Κρέοντα*; melius facturus, si contemtam sibi indignisque modis proscissam Vauvillerii editionem inspicere dignatus fuisset. In ea optime legitur: *ἐπὶ τοῦ Κρέοντος, coram Creonte, audiente Creonte.* Lucianus T. 2. p. 250. *διελέγχειν αὐτὸν ἐπὶ πολλῶν παρόντων.* T. 3. p. 50. *ἐπὶ μαρτύρων.* Vid. Dorvill. ad Chariton. p. 721. Wesseling. ad Diodor. Sic. T. 2. p. 153.

Videamus composita. Hymn. Homer. in Apoll. v. 284. *ἐπικρέμαται.* Al. *ὑποκρέμαται.* Batrachomyom. v. 72. *ἐπεστονάχιζε.* Al. *ὑπεστονάχιζε.* Ernestius ad h. l.: „Confusio utriusque [verbi] solennis est, omninoque istarum praepositionum in compositis." Ibid. v. 106. *ἐπενήχετο.* MS. Lips. *ὑπενήχετο.* Aristophanes Ran. v. 366. *κυκλίοισιν χοροῖσιν ὑπᾴδων.* Al. *ἐπᾴδων.* Ibid. v. 874. *ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπᾴσατε.* Al. item *ἐπᾴσατε.* Idem Plut. v. 548. *τὸν τῶν πτωχῶν δ' ὑπεκρούσω.* ubi Pollucem *ἐπεκρούσω* videri legisse Brunckius monet. Xenophon Anab. 7, 7, 29. *οἱ νῦν σοι ὑπήκοοι γενόμενοι.* Al.

---

*) Praeferrem *ἑλκηθμοῖσι.* Vid. Valckenar. Epist. ad M. Roever. p. XLIII. et ad Hom. Il. XXII. v. 62. p. 52. a.

ἐπήκοοι. Xenocrates de Alim. ex Aquatil. fin. κοιλίας ἐπαγωγά. Vere correxit Smyrnaeus ille inclutus κοιλ. ὑπαγωγά.

52) Ibid. 4, 3, 1. ad eandem rationem, ni fallor, legendum: ἀπεῖχε δὲ τῶν ὀρέων ὁ ποταμὸς ὡς ἓξ ἢ ἑπτὰ ςάδια τῶν Καρδουχίων. Ingratum in tantulo spatio bis repetitum Καρδούχων. Supra habuimus 4, init. τὰ Καρδούχια ὄρη ἀπότομα ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἐκρέματο — — —. Ἤκουον γὰρ τῶν ἁλισκομένων, ὅτι εἰ διέλθοιεν τὰ Καρδούχια ὄρη κ. τ. λ.

53) Quod idem vir doctus Aristaeneti ἐκ τοῦ Βαβυλωνίου χρυσοῦ tentat, βαρβαρικοῦ scribendum coniectans, parum probo. Κηρύκιον illud τὸ πρὸς ἑταίρας, ὃ ἐκ τοῦ Βαβυλωνίου χρυσοῦ χαρακτηρίζεσθαι πέφυκεν, quid aliud est quam πλῆθος ςατήρων, οἷς ὁ Βαβυλώνιος χαρακτὴρ ἐπιβέβληται, manus gravis aureis in moneta Babylonia percussis?

54) Conf. Triclin. ad Sophocl. Antig. v. 943.

55) Aliter habet in scriptoribus Ionicis. Hanc enim formam perlibenter usurpat Ias, (vid. Valckenar. ad Herodot. p. 641, 48.) alteram illam, qui eius in talibus mos est, in ηῖ resolvens. Obiter vindicabo locum Perictyones a Iacobsio Animadvers. in Stobaeum p. 285. temere tentatum. Philosopha in Stobaei Serm. p. 488, 8. sqq. ἀναγκαῖα δὲ μὴ ἡγεέσθω εὐγενίην καὶ πλοῦτον, καὶ μεγάλης πόλιος πάντως γενέσθαι, καὶ δόξαν, καὶ φιλίην ἐνδόξων καὶ βασιληΐων ἀνδρῶν. ἢν μὲν γὰρ ἔῃ, οὐ λυπέει· ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ ποιέει. Iacobsius: „Legendum est, ni me omnia fallunt: ἢν δὲ μὴ ἔῃ, ἐπιζητέειν οὐ πονέει. *quaerere non laborat.*" Scil. ἡ γυνή. Debebat igitur, ne structura verborum laboraret scabritie, etiam λυπέεται scribere. Sed omnia sana sunt. Verte: *Haec enim si adsunt, non sunt molesta: sin absunt, sui non movent desiderium.* Vid. quae H. Stephanus Thes. T. 3. c. 424. congessit: qualia si ipsi Stephano in promtu fuissent, cum Diodorum Siculum recenseret, inutilem coniecturam ad XVIII. 40. (T. 2. p. 288, 70.) expromtam potuisset compendifacere. Ceterum ἐπιζητεῖν hic i. q. ἐπιποθεῖν. Diodorus Sic. T. 2. p. 239. in. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀναγνοὺς τὴν ἐπιςολὴν, χαλεπῶς μὲν [bene omittit Cod. Reg.] ἤνεγκεν ἐπὶ τῇ τἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ πολλάκις ἐπεζήτησε τὴν ἀρετὴν αὐτοῦ· καὶ παρόντι μὲν οὐ χρησάμενος, ἀπόντα δὲ ἐπιποθήσας, ὅτε οὐδὲν ὄφελος, ἔγνω τὴν καλοκἀγαθίαν τἀνδρὸς ἐκ τῆς τῶν διαβαλόντων κακίας. — In eodem fragmento Perictyones p. 487, 44. sqq. legitur: λιμὸν ὣν καὶ

δεῖψαν ἐξακέσασθαι δεῖ μοῦνον, κὴν ἢ ἐκ τῶν εὐτελέων, κὴν ῥῖγος, κὴν νάκος, κὴν σισύρη. Haec magis etiam Iacobsius p. 284. coniecturis vexat. Sane laborant menda, sed perpusilla, quam eluas scribendo καὶ ῥῖγος. scil. ἐξακέσασθαι δεῖ μοῦνον. Praeterea ante νάκος videtur ἢ excidisse. Vid. quae supra ad p. 232. v. 7. monuimus.

56) Sic item Codices Marciani, quod me, cum superiora dudum scripta essent, Morellius docuit. „Codices Marciani non τῇ μεγάλῃ, sed μεγάλῃ habent. Marcus Antonius Antimachus Latinus interpres εἰ μεγάλῃ legisse videtur: ante vero eum itidem legit Theodorus Gaza, utpote qui latine reddidit *Si magna.* Theodorus namque an. 1444. Mantuae degens Capita tria Rhetoricae, de oratione nuptiali, de oratione natalitia, de oratione epithalamio Latine vertit, et ad Luchinum Mediceum inscripsit; quae interpretatio cum aliis aliorum sub finem saec. XV. singulari libello impressa est.“ Iac. Morellii Biblioth. Manuscr. Gr. et Lat. T. 1. p. 296.

57) Obiter moneo, Dionysium Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 419. συνωμοσίας πολυανθρώπους dicere coniurationes, quarum multi conscii et participes sunt; rariore loquendi modo, cuius exemplum in Lexicis frustra quaeras.

58) Commutationis vocum οὐ et σὺ exempla habent Wesseling. ad Herodot. p. 551, 11. Musgrav. ad Euripid. Heracl. v. 738. Porson. ad Orest. v. 1268. Iacobs. ad Simonid. VII. 6.

59) Non unus hic locus in Sophocle est, ubi iunctura illarum negationum male me habeat. Oedip. R. v. 249. sq.:

— — — οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος
ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτο μὴ οὐ ξυνειδότος.

Ita Marklandus coniecit, edidit Brunckius. Omnibus in libris legitur γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος. Marklandus, qua erat Vir Summus modestia: „contra sensum loci, ut mihi videtur.“ Brunckius, ut solet, confidentius: „prorsus absurde.“ Non ausim assentiri. In superioribus Oedipus poenam constituit civilem irrogandam et interfectori Laïi, et occultatori interfectoris: nunc, si inquisitio frustra fit, diras addit exsecrationes, quibus primo parricidam (v. 246—248.), post conscium facinoris (v. 249—251.) devoveat. Posterior quo magis terreat cives, καὶ ἵνα περιπαθέστερος γίγνηται ὁ λόγος, ut bene Scholiastes, ne sibi quidem parcens, si sciens interfectorem occultet, suo ipsius capiti perniciem imprecatur. Haec si recte dispu-

tavi, apparet, erraſſe viros eximios, cum librisque ſcribendum eſſe:

— — — οἴκοισιν εἰ ξυνέστιος
ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' ἐμοῦ ξυνειδότος.

Antig. v. 33. ſq.:

καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖς μὴ οὐκ εἰδόσι
σαφῆ προκηρύξοντα· — — — —

Sic Brunckius ex coniectura. Omnes libri τοῖς μὴ εἰδόσι, intolerabili ſane hiatu. Sed vereor, ne vir egregius, ut aures placaret, locum ſenſu caſſum reddiderit. Hermanni enim explicatio lectionis Brunckianae (Adnotat. ad Viger. p. 773.) an aliis ſatisfaciat, neſcio: mihi quidem non ſatisfacit. Scribendumne τοῖς οὐκ εἰδόσι? Οὐ et μὴ ſaepe permutata eſſe, Criticos non latet*). Affert quidem Brunckius Oedip. R. v. 220. ſq.:

— — — οὐ γὰρ ἂν μακρὰν
ἴχνευον αὐτὸς, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.

quod, gloſſa praeëunte, vertit: *qui nullum indicium habeo.* Perperam. Nam alius hic locus generis, vertendumque hic μὴ οὐκ *niſi*, εἰ μὴ, ut bene Scholiaſtes. Sic ibid. v. 12. ſq.:

— — — δυςάλγητος γὰρ ἂν
εἴην, τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

Lucianus T. 1. p. 790. ὡς οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ἐκ πολλῶν τὸ βέλτιστον, μὴ οὐχὶ πειραθεὶς ἁπάντων. T. 2. p. 152. ſq. τὸ δὲ δὴ ἄχρι τῶν τυράννων προςελθεῖν οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ οὐχὶ τῶν περὶ αὐτοὺς φυλάκων καὶ δορυφόρων ἁπάντων κεκρατηκότι, κἀκείνους ἅπαντας προνενικηκότι. Ibid. p. 263. ὃ οὐκ ἂν ποιῆσαι ἐδύναντο, μὴ οὐχὶ τῆς φενάκης ἀφῃρημένης. Paullo ſpecioſius attuliſſet Herodot. p. 153, 25. inprimisque p. 487, 40. Sed non video quid nos impediat, quo minus hic quoque μὴ οὐ participio iunctum *niſi* vertamus. Priorem quidem Herodoti locum ad Sophocleorum et Lucianeorum formam ſic facile redigas: Οὐκ ἂν δικαίως, ὦ βασιλεῦ, ἱσταίης ἔμπροσθεν τῶν Σεσώστριος ἀναθημάτων, μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενος τοῖσι ἔργοισι. Poſteriorem ſic: Εἰνάτῃ οὐκ ἂν ἐξέλθοιμεν, μὴ οὐ πλήρεος ἐόντος τοῦ κύκλου. Subaudi hic: Ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἀδύνατον· οὔκων ἐξελευσόμεθα. Obiter moneo, in tali verborum complexu οὐ omitti poſſe nec raro omitti. Xeno-

*) Vid. var. lect. ad Herodot. p. 442. ad Diodor. Sic. T. 1. p. 308. ad Lucian. T. 2. p. 202.

phon Anab. 6, 4, 19. ὁ δ' οὐκ ἂν ἔφη ἐξαγαγεῖν, μὴ γιγνομένων τῶν ἱερῶν. Alia exempla ad p. 247. v. 9. excitata reperies.

60) Idem ſoloeciſmus obſidet Sophocl. Ai. v. 279. ubi ſcribendum:

ξύμφημι δή σοι, καὶ δέδοικα, μὴ 'κ θεοῦ
πληγή τις ἥκῃ. — — — —

Similis ſoloeciſmus eximendus Hymno Homerico in Cererem v. 272. ſq.:

— — — ὡς ἂν ἔπειτα,
εὐαγέως ἔρδοντες, ἐμὸν νόον ἱλάσκοισθε.

Corrigo ἱλάσκησθε. Sic Homerus Il. XVI. v. 84.:

ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄρηαι.

ubi al. perperam ἄροιο. Eximendus idem Xenophonteae Anabaſi 1, 6, 9. ubi corrigendum: ὡς μηκέτι δέῃ τοῦτον φυλάττεσθαι, ἀλλὰ σχολὴ ᾖ ἡμῖν, κ. τ. λ. ᾖ in plerisque libris plane deficit; cuius defectus cauſa manifeſta: in uno Etonenſi remanſit, ſed corruptum in ἦν. Millies enim iota adſcriptum in ν abiit. Conf. Sylburg. ad Dionyſ. Hal. Antiqu. Rom. T. 1. p. 548. Brunck. ad Ariſtoph. Equit. v. 806. ad Acharn. v. 271. Porſon. ad Euripid. Med. v. 953. Videamus aliquot exempla hujus corruptionis. In poëmatio, quod libellus de vita Homeri tenet p. 753. ed. Weſſel., ſcribendum ſuſpicor:

δὸς δ' ἐς ὑπώρειαν ὑψικρήμνοιο Μίμαντος
αἰδοίων μ' ἐλθόντα βροτῶν ὁσίων τε [male vulg. γε]
κυρῆσαι·
φῶτά τε τισαίμην, ὅς ἐμὸν νόον ἠπεροπεύσας,
ὠδύσατο Ζηνὶ ξενίῳ ξενίῃ τε τραπέζῃ.

Non de nihilo videtur, quod vulgo legunt forma inuſitata τραπέζην. Heſychius: Ὠδύσατο. — ἐμίσησεν. Ad eandem normam legendum, opinor, in Statyllio Flacco X. v. 7:

— — τί τοσοῦτον ἐμῇ ὠδύσσαο νηδυῖ;

νηδυῖ formâ contractâ, ut Homericum νέκυι, quod Iliad. XVI. v. 526. in libro Lipſ. item corruptum in νέκυν. Agathonis locus in Grotii Excerpt. p. 437. ſic corrigendus:

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα.

Dio Caſſ. T. 2. p. 1115, 13. καταδικασθεὶς τὴν ἐπιθάνατον. Sic perperam ediderunt, cum vulgo legeretur τὴν ἐπὶ θάνατον. Scribendum erat τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Artemi-

dorus p. 415. ed. Lipſ. καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ. p. 425. καταδεδικάσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Pro quo brevius Diodorus Sic. T. 1. p. 624, 83. καταδικασθῆναι — — θανάτῳ. Herodotus p. 408, 45. κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. In Pauſania p. 878. extr. ſine controverſia ſcribendum: ὄνομα δὲ Νεῶνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασσοῦ τῇ ἄκρᾳ. Herodotus, ad quem Pauſanias reſpexit, p. 634, 21. Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ [τῇ τοῦ Παρνησσοῦ κορυφῇ]. ubi miror Valckenarium, ſummae Criticum perſpicacitatis, Periegetae Cappadocis verbis ſine vitii ſuſpicione uſum eſſe. Longe rarior contrarius error, quo ν in iota, nunc ſubſcriptum, transiit. Exemplum huius vitii, quod in Luciano reperiſſe mihi videor, mox afferam. In Euripidis Heraclid. v. 417. ſq. legendum, ni fallor:

τῶν μὲν λεγόντων, ὡς δίκαιον ἦν ξένοις
ἱκέταις ἀρήγειν· — — — —

Haec hactenus. —

Denique emendemus Platonis Epiſtol. II. T. 11. p. 69. ubi item σολοίκως: ἣν εἰ μή τις ἐξαιρεθήσεται, τῆς ἀληθείας ὄντως οὐ μή ποτε τύχοι. Optativus h. l. genuinus videtur Hoogeveeno Part. Gr. T. 2. p. 949. ſubaudienti ἄν: quae particula dici non poteſt quantopere virum optimum in toto illo libro, ſane laborioſiſſimo eodemque utiliſſimo, ſi modo lector naſum habeat, (nam ἀκρισίᾳ ſcatet incredibili) ludificata ſit. Tu, ſi me audis, corrige οὐ μή ποτε τύχῃ. Plato de Republ. VI. T. 7. p. 87. οὔτε γὰρ γίγνεται, οὔτε γέγονεν, οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον. Apophthegmata Laconica in Plutarcheis T. 1. P. 2. p. 930. ed. Wytt. τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἧφθαι, οὔτε ἔστιν, οὔτε μή ποτε γένηται. Ariſtarchus in Schol. ad Homer. Iliad. II. v. 125. ἐὰν καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς πρεσβύτας ἀριθμήσωσιν, οὐ μὴ [ſic leg.] γένωνται ὅσοι ἡμεῖς. Sed quid exemplis uſus in re, de qua nemo Graece ſciens dubitet?

61) Eadem viro egregio χάρις, quod Longi p. 29. τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων contra ſuſpiciones meas tuitus eſt ibid. p. 10. ſq., commode comparato Luciani loco T. 3. p. 76. βοτρύοις ἐστεφανωμένον. ubi non melius, quam ego in Longo, rem adminiſtravit C. C. Reitzius Lex. Lucian. p. 80. a. coniiciens βότρυσι. Ut autem Longus exiguo in ſpatio βότρυος et βοτρύων coniungit non eiusdem caſus declinationis, ita Xenophon Anabaſ. 5, 4, 26. poſt τῷ

μόσυνι statim utitur altera forma τοῖς μοσύνοις: qualia*) frustra sit qui ad eandem normam exigere laboret. —

Ceterum idem, quod de βότρυς, βότρυον, tenendum de ἄρκυς, ἄρκυον. Hesychius T. 1. c. 538. Ἄρκυα. δίκτυα. λίνα. Mox c. 539. Ἄρκυλον. δίκτυον. Corrigendum suspicor: Ἄρκυον. δ. Ἄρκυον habet Etymologicum M. c. 144,

---

*) Simili inconstantia Xenophon eiusdem libri cap. 7, 7. ὁ βοῤῥέας. statimque ὁ βοῤῥᾶς. quae ad eandem formam revocare, ut facillimum, ita, opinor, perquam lubricum est. Qui ibidem proxime praecedit locus, facta transpositione adverbiorum ἔνθα et ἔνθεν, [conf. Herodot. p. 173, 25. sq.] primoque δ' in μὲν mutato, sic scribendus videtur: Ἔστιν οὖν ὅστις τοῦτο δύναιτ' ἂν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι, ὡς ὁ ἥλιος, ἔνθεν μὲν ἀνίσχει, δύεται μὲν ἐνταῦθα, ἔνθα δὲ δύεται, ἀνίσχει δ' ἐντεῦθεν; Gestum pronuntiantis δεικτικὸν, quem Weiskius hic sibi visus est reperisse, equidem non agnosco. Sic Cyrop. 5, 4, 21. δείξομεν τοῖς πολεμίοις ἔνθα κρατῆσαι νομίζουσιν, ἐνταῦθα ἄλλους αὐτῶν κρείττους. Simillimus autem Xenophonteus iste locus, ut a me refictus est, huic Herodoteo p. 114, 4. sqq. εἰ δὲ ἡ στάσις ἤλλακτο τῶν ὡρέων, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τῇ μὲν νῦν ὁ βορέης τε καὶ ὁ χειμὼν ἑστᾶσι, ταύτῃ μὲν τοῦ νότου ἦν ἡ στάσις καὶ τῆς μεσαμβρίης, τῇ δὲ ὁ νότος νῦν ἕστηκε, ταύτῃ δὲ ὁ βορέης· εἰ ταῦτα οὕτως εἶχε, κ. τ. λ. Conf. Hoogeveen. Doctr. Partic. Gr. T. 1. p. 650. sq. qui quod novo more Herodotum particulas sic geminasse ait, oblitus est huius constructionis exempla se alibi etiam inque scriptoribus Atticis reperisse. Plato, ut hoc utar, Apol. Socrat. c. 17. in. Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ, ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔταττον, οὓς ὑμεῖς εἵλεσθε ἄρχειν μου, καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ, καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ ἐπὶ Δηλίῳ, τότε μὲν, οὗ ἐκεῖνοι ἔταττον, ἔμενον, ὥσπερ καὶ ἄλλος τις, καὶ ἐκινδύνευον ἀποθανεῖν· τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος, ὡς ἐγὼ ᾠήθην τε καὶ ὑπέλαβον, φιλοσοφοῦντά με δεῖν ζῆν, καὶ ἐξετάζοντα ἐμαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους, ἐνταῦθα δὲ [inepte Mudgius δὴ] φοβηθεὶς ἢ θάνατον ἢ ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα, λείποιμι τὴν τάξιν. ubi obiter tirones advertant diversum usum modorum variorum, ἔμενον καὶ ἐκινδύνευον, et λείποιμι, qui omnes ab eadem pendent particula εἰ. Prior enim modus rem spectat, quae vere accidit, posterior rem, quae ut possibilis ponitur. Xenophon Oeconom. 4, 8. Καὶ οὓς μὲν ἂν αἰσθάνηται τῶν ἀρχόντων συνοικουμένην τε [sic cum Schneidero corrigendum] τὴν χώραν παρεχομένους, καὶ ἐνεργὸν οὖσαν τὴν γῆν, καὶ πλήρη δένδρων τε ὧν ἑκάστη φέρει καὶ καρπῶν, τούτοις μὲν χώραν τὴν ἄλλην προστίθησι, καὶ δώροις κοσμεῖ, καὶ ἕδραις ἐντίμοις γεραίρει· οἷς δ' ἂν ὁρᾷ ἀργόν τε τὴν χώραν οὖσαν καὶ ὀλιγάνθρωπον, ἢ διὰ χαλεπότητα, ἢ δι' ὕβριν, ἢ δι' ἀμέλειαν, τούτους δὲ κολάζων καὶ παύων τῆς ἀρχῆς, ἄρχοντας ἄλλους καθίστησι. Persimilis locus praecedit, ubi, ni fallor, item legendum: τούτους δὲ χαλεπῶς κολάζει, κ. τ. λ.

Ceterum ut discas, librarios alibi etiam μὲν in δὲ mutasse, lege haec Diodori Sic. T. 1. p. 682, 35. sqq. ταύτην μὲν ἀπέσβεσαν, τοῖς δὲ κριοῖς πυκνὰς τὰς ἐμβολὰς διδόντες, κατέβαλον μέρος τοῦ τείχους. Ibi liber Clar. ταύτην δὲ ἀπέσβ.

11. His perlectis Schneiderus, opinor, ἄρκυον et boni vocem commatis esse fatebitur, neque amplius cum Glossatore Labbaeano pro deminutivo habebit.

Sed longe diversa est ratio Hesychiani illius T. 2. c. 399. Κώνα. βέμβιξ. quod cum plurimis aliis sordibus ex Hesychii Lexico temere corrasis H. Stephanus in Thesauri sui Indicem intulit*). Neque enim Hellas κώνα pro κῶνος novit; scribendumque in Hesychio: Κῶνος. βέμβιξ**). Etymolog. M. c. 551, 23. καὶ τοὺς βείμηκας, κώνους λέγουσι. ubi Sylburgius corrigit βέμβηκας. Leg. βέμβικας cum Brunckio in Aristoph. Fragm. p. 269. Iure enim idem ad Aristoph. Vesp. v. 1517. formas βέμβηξ, βεμβηκίζω reprobat. Frequens autem facilisque commutatio literarum α et ος, cuius rationem Princeps Criticorum indicavit in praeclara nota ad Euripid. Hec. v. 788., qua Cantabrigiensis editio exsplendescit. „Nihil, inquit, proclivius, quam α pro ος scribi. Cum enim sigma hoc fere signo c exprimatur, manifestum est, si o et c coaluerint, figuram τῷ α non dissimilem effictum iri.“ Vide ibi exempla. Proinde dolet, Sturzium Empedocleis nuper, amicius quam κριτικώτερον, barbarum hoc κώνα intulisse. Quod si vel maxime graecum esset, quid, quaeso, aliud significaret, quam κῶνον, i. e. turbinem, quem pueri μάστιγι στρέφουσιν? Talem autem lusum Empedoclea illa non ferunt: nam puer quidem recte dicatur κώνῃ περιηγέϊ γαίων, non item ὁ Ἐμπεδόκλειος σφαῖρος. Longe aliam loco vitiato medicinam admoveas, neque operose quaerendam illam, et lenitate, ni fallor, summopere commendabilem. Iure enim mireris, inter tot Criticos, quorum acumen hunc locum versavit, neminem adhuc ex Stobaei lectione μιμίῃς exsculpsisse, quod Empedocles, opinor, pro suo non nolit agnoscere, ῥύμῃ περιηγέϊ γαίων. μ et ρ passim confusa sunt. Haec origo inepti illius κέκμηκα in Plinii Epist. 1, 12, 10. ubi unice probandum κέκρακα. Nec minus τὸ προσγεγραμμένον ι et ς librarii commuta-

*) De hac H. Stephani temeritate graviter, sed iure conquesti sunt Summi Duumviri, Hemsterhusius in literis ad Albertium datis, quae leguntur inter Testimonia Hesychio praefixa, et Valckenarius Adnotat. in Adoniaz. Theocr. p. 226.

**) I. e. turbo lusorius: ne de δίνῃ, circumactu, cogites: glossemata enim sensu vulgari capienda, non eo, quo si caperentur, non essent glossemata, sed glossae. Hanc cautionem si negligas, fieri non potest quin copiis Lexicographorum Graecorum vel critice vel hermeneutice abutaris.

runt. Sic τῇ Λιβύῃ et τῆς Λιβύης confusa in Herodoto p. 111, 65. ταύτῃ et ταύτης in Strabone T. 1. p. 6. ed. Lips. *).

Emendemus, hac invitante occasione, qui Empedocleis illis lucem vicissim accendit, Ecphantam Stobaei Serm. p. 332, 48, ubi ἡ τῶν ζώων φύσις dicitur ῥύμα τῶ παντὸς περὶ αὖ γενομένα. Iacobsius Animadv. in Stob. p. 260.: „Nullus dubito quin emendandum sit: ῥύμα τῶ παντὸς περιαγομένα." Facilis sane immutatio, quam occupavit Koenius ad Gregorium p. 108. a. Sed latet aliquid paullo reconditius. Scribo proxime ductus vulgatae lectionis simulque accommodatissime ad illum Empedoclis locum: ῥύμα τῶ παντὸς περιαγεομένα. Priscae est Graecitatis forma activa περιαγέω, περιηγέω, de qua Lexica nostra οὐδὲ γρύ: quod non miror, cum Berglerus adeo, homo Graecae linguae peritissimus, in his lapsus sit ad

---

*) Idem librariorum error corrupit haec Sophoclea Electr. v. 1312. sq.:

— — οὔ ποτ' ἐκλήξω χαρᾶς
δακρυῤῥοοῦσα. — — —

Scribe χαρᾷ. [Quod ibidem praecedit v. 1309. sq.:

— — ἥν σὺ μὴ δείσῃς ποθ', ὡς
γέλωτι φαιδρὸν τοὐμὸν ὄψεται κάρα.

constructionem habet tironibus diligenter notandam: est enim paullo rarior. Sic infra v. 1426. sq.:

— — — μηκέτ' ἐκφοβοῦ,
μητρῷον ὥς σε λῆμ' ἀτιμάσει ποτέ.

Aristophanes Acharn. v. 655.:

ἀλλ' ὑμεῖς μή ποτε δείσηθ', ὡς κωμῳδήσει τὰ δίκαια.

ut Brunckius perite edidit.] Conf. v. 906.:

χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων.

Contrario modo corruptus, ni fallor, Aeschylus Prom. v. 1088. sq. ed. Brunck.:

καὶ μὴν ἔργῳ, κοὐκέτι μύθῳ,
χθὼν σεσάλευται· —

Malim:

καὶ μὴν ἔργον, κοὐκέτι μῦθος.
χθὼν σεσάλευται, —

Conf. Demosthenica p. 406. 540. ed. Reisk. Corruptus item Euripides Iphig. Taur. v. 1228. ed. Musgr.:

Ἰφι. Θαυμάτης μηθέν. [imo μηδέν.] Θό. Τὰ τῆς θεοῦ
πρᾶσσ' ἐπὶ σχολῇ καλῶς.

Lege: ἐπὶ σχολῆς. Suidas T. 1. p. 835. Ἐπὶ σχολῆς. — ἀντὶ τοῦ ἐπὶ εὐκαιρίας, ἢ ἀργίας. Plato Euthyphr. c. 7. in. Ἀλλὰ ταῦτα μέν μοι εἰσαῦθις ἐπὶ σχολῆς διηγήσει. Add. Photii Biblioth. c. 1328, 11.

Denique sic πλημμελὲς et πλημμελεῖ in Platonis Phaedone confusa mihi videri supra ad p. 227. v. 5. sq. obiter monui.

Alciphr. p. 104.; quamquam iam pictorum περιηγεῖν, de quo in transcursu Hemsterhusius ad Lucian. T. 1. p. 412. b., meliora docere potuerat. De simplici ἀγέω, ἡγέω, lege Toupium Emendat. in Suid. Vol. 2. p. 367. Apte comparat Iacobsius Onatam Stobaei Ecl. p. 4. (P. 1. p. 96. ed. Heer.) τοὶ δ' ἄλλοι θεοὶ οἱ [dele articulum] θέοντές εἰσι [bene Heeren. ἐντι] κατ' οὐρανὸν σύν τε [bene Heeren. σὺν τᾷ] τῶ πάντος περιαγήσει κ. τ. λ. Τὴν τοῦ παντὸς φορὰν dicit Anonymus ibid. p. 50. ed. Heer.

62) Haec de ellipsi verbi substantivi disputatio in memoriam mihi reducit Sophocleum locum Antig. v. 321.:

οὔκουν τόδ' ἔργον εἰμὶ ποιήσας ποτέ.

Sic Brunckius ex codice E.: vereor ut optime. Aldus et membr. οὔκουν τόδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ. hocque ad verum, opinor, recta ducit. Legendum suspicor:

οὔκουν ὅδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.

Quod interpretantes, alii εἰμὶ, alii ἐγὼ cum adscripsissent, haec in textum illata aliam alibi lectionem pepererunt: nam in T. Brunckius reperit τοῦτο ποιήσας ἐγὼ, qua lectione Valckenarius mire abusus est. Talis orationis structura substantivo verbo facile caret. Vid., si per Purgoldum licet, eiusdem fabulae v. 634. Ὅδε autem pro ἐγὼ dictum tam pervulgati usus est, ut satis habeam tironum causa tres locos adscribere. Sophocles Trachin. v. 305.:

μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆςδέ γε ζώσης ἔτι.

Ibid. v. 1015. sq.:

ὠλεκόμαν ὁ τάλας; καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι
οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἐπιτρέψει;

Euripides Alcest. v. 1111.:

οὐκ ἔστιν ἥτις τῷδε συγκλιθήσεται.

63) Porsonus ad Euripid. Orest. v. 301. ex Plutarcho legendum censet ὦ παῖ κάκιστε. Non placet. Compara Trachin. v. 1139.:

χρῇς', ὦ κάκιστε, πατέρα σὸν κτείνασα, δρᾷ;

Ibid. v. 1126. sq.:

ὦ παγκάκιστε, καὶ παρεμνήσω γὰρ αὖ
τῆς πατροφόντου μητρὸς, ὡς κλύειν ἐμέ;

Adde quod hic ordo verborum, ὦ παῖ κάκιστε, paullo insolentior videtur. Graeci, quod sciam, dicere solent, ὦ κάκιστε παῖ.

Haec scripseram, cum Erfurdtius meus, ceteroquin improbans Plutarcheam lectionem, indicavit mihi duos in Sophocle locos, qui ordinem istum tueri videntur: Oed. R. v. 58. ὦ παῖδες οἰκτροί. Electr. v. 86. ὦ φάος ἁγνόν.

[Add. Euripid. Med. v. 1254. ed. Porſ. ὦ φάος διογενές.] *Videntur* inquam; neque enim, opinor, vere tuentur. Etenim, ſi quid video, particulam ὦ ſemper continuo ſequitur nomen gravius. Atqui id in loco illo eſt, non παῖ, ſed κάκιστε. Legitur ibidem v. 746.:

ὦ μιαρὸν ἦθος καὶ γυναικὸς ὕστερον.

Sic Ariſtophanes Acharn. v. 285:

σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν, ὦ μιαρὰ κεφαλή.

Quae cum ita ſint, pervelim a Porſono excitari e ſcriptoribus probae Graecitatis aliquot locos ſimiles huic in Epiſt. Cathol. Iacobi II. 20. ὦ ἄνθρωπε κενέ *).

64) Quod ibi ſtatim ſequitur γυμνὸν — τῶν ἀριστείων ἄτερ, Ὁμηρικῶς dictum eſt. Conf. Il. XXI. v. 50. V. v. 473. ſq. **) Moneo hoc, ne quis, quae ſaniſſima ſunt, in-

---

*) Id viro eximio, ut nunc ipſum video, haud difficile erit. Vide mihi ipſum Sophoclem Electr. v. 622. ὦ θρέμμ' ἀναιδές. v. 1161. ὦ δέμας οἰκτρόν. Euripides Bacch. v. 598. ed. Brunck. ὦ φάος μέγιστον. Plato Phaedr. p. 240. ed. Heind. ὦ παῖ καλέ. Nec dubito plura exempla, quae item poſtpoſitum habeant nomen gravius, facili opera inveſtigari poſſe. Nihilo ſecius etiamnunc tueor vulgatam in Antigona lectionem, ὦ παγκάκιστε, ut convenientiorem irae loquentis. Taceo, παῖ, quae fere eſt blandientis vox, vix videri admittere ſociam κάκιστε.

**) Compares item Sophocleam χρῆσιν Philoct. v. 31.:

ὁρῶ κενὴν οἴκησιν ἀνθρώπων δίχα.

ubi qui proxime antecedit verſus, quamvis repugnante Hermanno ad Viger. p. 777., ſic ſcribendus videtur:

ὅρα, καθ' ὕπνον μὴ κατακλιθεὶς κυρεῖ.

vide num dormiat. Quod vulgo legitur, ὅρα, κ. ὕ. μ. κ. κυρῇ, vertendum: *cave ne dormiat, vereor ne dormiat.* [Ibid. v. 519. ſqq.:

ὅρα σὺ, μὴ νῦν μέν τις εὐχερὴς παρῇς·
ὅταν δὲ πλησθῇς τῆς νόσου ξυνουσίᾳ,
τότ' οὐκέθ' αὑτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

Electr. v. 580. ſq.:

ὅρα, τιθεῖσα τόνδε τὸν νόμον βροτοῖς,
μὴ πῆμα σαυτῇ καὶ μετάγνοιαν τιθῇς.

quae lectio unice probanda. Mox v. 584.:

ἀλλ' εἰσόρα, μὴ σκῆψιν οὐκ οὖσαν τιθῇς.

Lucianus T. 1. p. 24. ὅρα, μή τις εἰρωνείαν φῇ καὶ μυκτῆρα, οἷον τὸν Ἀττικὸν, προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. Sed quid exemplis opus in re, de qua nemo Graecae linguae ſatis peritus dubitet?] Sic Brunckius in Sophocl. Antig. v. 1254. ubi in ſimili conſtructione antea legebatur καλύπτῃ, ex Codd. bene dedit καλύπτει. Lucianus T. 1. p. 757. ὅρα, μὴ καὶ ταῦτα, ὦ Ἑρμότιμε, παίζεις πρός με. P. 797. εἰδέναι δὲ, ὅστις ὁ τἀληθῆ λέγων ἐστὶν, ὅρα, μὴ οὐχὶ μυρίων [imo μυρίου, quod in Cod. ſibi oblatum Belinus temere ſprevit] ἐστὶν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται. Leg. δεῖται.

epta coniectura corrumpat: sunt enim nunc qui cultro critico furibundi adeo saeviant, ut vel innocentissimorum caede satiari non posse videantur.

65) Sic in similibus articulus saepissime omittitur. Sophocles Trachin. v. 256. sq.:

ἢ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους
ξὺν παισὶ καὶ γυναικὶ δουλώσειν ἔτι.

Idem fragm. Συνδ., quod servavit Schol. ad Aiac. v. 190.:

Ὦ πάντα πράσσων, ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς
ἔνδηλος ἐν σοὶ πανταχοῦ μητρὸς φθορεύς.

Xenophon Anab. 7, 8, 9. τοῦτον ἔφη αὐτὸν, εἰ ἔλθοι τῆς

P. 801. Ὅρα τοίνυν, μὴ τῷδε μᾶλλον φιλοσοφία ἔοικεν. T. 3. p. 56. ὁ δὲ, ὅρα, ἔφη, ὦ Εὔκρατες, μὴ τοῦτο φησὶ Τυχιάδης, κ. τ. λ. Simili ratione idem T. 1. p. 806. σκόπει, μὴ καὶ ἡμεῖς τι τοιοῦτον ἀνεσπάκαμεν. Ad eandem, ni fallor, normam corrigenda haec Lucianea T. 3. p. 441. ἔπειτα δὲ εἰσῄει με, μὴ ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ, καὶ τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν κ. τ. λ. Scribo: μὴ ἄρα — — — — ἀληθὲς ἦν, καὶ — — ἀπάγει. Posterius quidem in aliquot libris legitur, placuitque Belino, etsi vera eum ratio fefellit. Prius cur in ᾖ transierit, paullo ante dictum est. Quod si quem offendat temporum diversitas, ἦν, καὶ ἀπάγει, sciat, talia Graecos scriptores haud raro sibi indulsisse. Vid. Abresch. Lectt. Aristaen. p. 11. sq. 111. Porson. ad Euripid. Hecub. v. 21.. ad Med. v. 1138. Porro Lucianus T. 1. p. 26. ὥστε μοι ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω με Προμηθέα λέγοις εἶναι, κ. τ. λ. Corrigo: λέγεις. Denique Lucillii illud CXV. v. 5. καὶ μὴ τέτρωται κατεμάνθανε. vehementer miror Hermanno c. l. dubium adeoque corruptum videri potuisse. Qui aliter, opinor, statuisset, si libris inspectis vidisset, hanc esse constantem et scriptorum omnium, ipsius etiam Vaticani, et editorum lectionem, neque me demum. χθὲς καὶ πρώην sic scribendum putavisse. Primus solusque Brunckius καὶ μὴ invexit: male. Tolerabilius foret, si dedisset καί πη τ., κ. Ceterum κατεμάνθανε hic significantissime positum, cum sequatur μόλις ἔγνω. Interpretare ἀκριβῶς ἐξήταζε. Vid. Abresch. ad Cattier. Gazoph. p. 80.

Claudam hanc notam, ubi addidero locum bonae frugis e libro Devarii, quem iure indigneris e manibus tironum nunc fere excuti: „Iungitur [μὴ] itidem *Indicativo modo*, in interrogationibus. Plato: μή σε κατακωλύω, ὦ Ἰσχόμαχε; *nunquid te moror?* Et Lucian. μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; *nunquid alius quispiam?* Et alibi Plato: μή που, ὦ Κέβης, καὶ σέ τι τοιοῦτον ἐτάραξεν; [In Epigrammate adesp. VI. v. 4. scribendum e Codice Vatic. μή που κνίσματ᾽ ὄνυξιν ἔχει;] Itidem, quando interrogationes per verbum ἐρωτῶ remissius fiunt, μὴ Indicativo iungitur. Plutarchus: καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε, μὴ βαρεῖς εἰσί. In cuiusmodi interrogationibus, si μὴ nulli encliticae particulae praeponitur, duplici gravi accentu signatur a librariis antiquis. Quod fit ad indicandam vim pronunciationis, qua differt ab ea significatione, qua μὴ pro ἵνα μὴ accipitur." p. 215. ed. Reusm.

νυκτὸς σὺν τριακοσίοις ἀνδράσι, λαβεῖν ἂν καὶ αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας καὶ τὰ χρήματα. Ibid. 22. καὶ λαμβάνουσιν αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας καὶ τοὺς ἵππους καὶ πάντα τὰ ὄντα. Euſtathius ad Iliad. p. 405. v, 31. ed. Rom. (p. 307. v. 25. ſq. ed. Baſ.) τὸν δὲ [Ἀντήνορα], ἅμα παισὶ, μετὰ τῶν περιγενομένων Ἑνετῶν εἰς Θρᾴκην περισωθῆναι. Strabo, unde ſua hauſit Euſtathius, addidit articulum p. 905. B. ed. Amſt. Τὸν μὲν οὖν Ἀντήνορα καὶ τοὺς παῖδας μετὰ τῶν παραγενομένων [rectius, opinor, Euſtathius περιγ.] Ἑνετῶν εἰς τὴν Θρᾴκην περισωθῆναι. Addidit item Herodotus p. 79, 41. ſqq. καταπλώσαντες δὲ ἐς τὴν Ἀλαλίην, ἀνέλαβον τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν, ὅσην οἷαί τε ἐγένοντο αἱ νῆές σφι ἄγειν. P. 83, 4. ſqq. συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήματα καὶ τοὺς οἰκέτας. Mixta ſtructura Dionyſius Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 116. ἀγόμενος ἐπὶ ταῖς κρατίσαις συνωρίσι τόν τε πατέρα καὶ θεοὺς τοὺς πατρῴους, γυναῖκά τε καὶ τέκνα.

66) Haec ipſa ratio eſt, cur ψ et τ toties confuſa reperiantur. Cuius confuſionis non novi illuſtrius exemplum permutatione vocum ψυχὴ et τύχη. Loci, inconſtantiam librariorum his in vocibus teſtantes, ubivis obvii; quorum, ſi opus eſſet, ingentem numerum poſſem indicare. Defungar uno itemque altero. Diodorus Sic. T. 2. p. 214, 61. ſqq. ὥςτε πάντας ὁρῶντας τὰ τῆς ἡλικίας ἀξιώματα, καὶ τὰς περιεχούσας τὰ σώματα συμφορὰς, ἐλεεῖν τὰς ψυχὰς τῶν ἀκληρούντων. Interpres: *afflictiſſimorum hominum animas*; tacente Weſſelingio. Tu mecum leges τὰς τύχας τ. ἀ. Idem vitium, eodem modo ſanandum, reperias T. 1. p. 82, 4. Menander Stobaei Serm. IV. p. 110. ed. Lipſ.:

Τί σχυτὸν ἀδικῶν τὴν ψυχὴν καταιτιᾷ;

ubi Schowius: „C. W. τὴν τύχην καταιτιᾷς. Reponerem καταιτιᾷς.“ Hem Criticum! Margaritam ſpernit, tollit quod ſpernendum erat. Τύχην ſcribendum eſſe, ipſae ſenarii leges*) oſtendunt: hocque pridem Geſnerus in margine notaverat, ediderat Clericus p. 204., ob metrum commendaverat Morellus Theſ. Gr. Poëſ. extr. Sed καταιτιᾷς Graecitas non novit. Omnes, quod ſciam, Stobaei editiones [ſunt ad manus Trinc., Tigur. 1543., Ba-

---

*) Has trimetri leges ſi Iacobſius attendiſſet, Euripidea in Alex. VII. δευτέραις φροντίσι tentare caviſſet. Vid. Praefat. ad Exercitatt. Crit. I. p. XX.

fil. 1549., Tigur. 1559., Francof. 1581.] bene κατaιτιᾷ. Clericus dedit καταιτιᾷς; quod Icaro isti in alto Critices condonemus. Democritus ibid. p. 120.: Ἀνοήμονες ῥυθμοῦνται*) τοῖς τῆς ψυχῆς κέρδεσιν, οἱ δὲ τῶν τοιῶνδε δαήμονες**) τοῖς τῆς σοφίης. Corrigit Iacobsius ad Anthol. Gr. III. 2. p. 116. τ. τ. τύχης κ. Occupavit correctionem Grotius ad oram Stobaei in Bibliotheca L. B. Vulgatam lectionem tuetur Luzacius Exercit. Acad. in Euripid. p. 41. sq.: non male, opinor; etsi magis huc inclino, ut hic etiam τύχης legendum censeam.

Eadem in compositis inconstantia librariorum. Euripides Med. v. 553. ed. Porf.:

τί τοῦδ' ἂν εὕρημ' εὗρον εὐτυχέστερον.

MS. εὐψυχέστερον. Vid. egregia Porsoni nota in Addendis. Idem Helen. v. 961. sq. ed. Musgr.:

ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο τὸ καλὸν, εἰ καλὸν τόδε,
αἱρήσομαι τοπρόσθε τῆς εὐδαιμονίας.

Eximie Porsonus in Add. ad Med. v. 722. praeëuntibus in ultima voce Heathio, (non contemnendi hominis acuminis, quem pervellem Critici nostrates paullo mitius tractassent) et Tyrwhitto:

αἱρήσομαι 'γὼ πρόσθε***) τῆς εὐψυχίας.

„Nimirum, inquit, εὐψυχίας primo in εὐτυχίας corru-

---

*) Hoc invexit Schowius, tanquam vallo circumsepiens siglis B. C. E. G. Sed si vel omnibus alphabeti literis munivisset, revocanda foret vulgaris lectio ῥυσμοῦνται, quam satis constat λέξιν esse Ἀβδηριτικήν. Conf. nota Menagii ad Diogen. Laërt. p. 241. ed. Lond. (longe auctior p. 414. sq. ed. Amstel.) Et vide mihi Schowii inconstantiam. In Archilocheis p. 377. ῥυσμὸς intactum reliquit, cum in C. W. notius sibi ῥυθμὸς reperisset.

**) Iacobsius legit δαημονέστεροι: cur vulgata displiceat, non addens. Retulitne τῶν τοιῶνδε ad ἀνοήμονες? Imo referendum ad τοῖς — κέρδεσιν.

***) In talibus Graeci, quod sciam, semper adverbium simplex adhibent, nunquam iunctum articulo. Euripides Hec. v. 129. sqq.:

— — τὰ δὲ Κασάνδρας
λέκτρ' οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας
πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης.

Idem fragm. Rhadam. II. v. 7. sq.:

οἱ δ' αἰσχρὰ κέρδη πρόσθε τοῦ καλοῦ βροτῶν
ζητοῦσιν· — — — —

et fragm. ex incert. trag. III. v. 6. (de quo fragmento post Valckenarium Diatr. p. 187. Luzacius Exercitt. Academ. Specim. III. p. 154. sqq.):

ἢ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

ptum eſt, ex literarum, deinde in εὐδαιμονίας, ex ſenſus affinitate.“

67) Vid. *Magaſin Encyclop*. No. 14. Tom. IV. 2. An. p. 220.

68) „Conſtat, τὸ κατὰ in καὶ, et vice verſa, ab oſcitantibus librariis ſaepe mutatum eſſe.“ Kuſter. ad Ariſtoph. Av. v. 118. „In MSS. codd. nihil frequentius confuſione του κάτα et του και, ex huius ultimi compendiario ſcribendi modo repetenda.“ Coray in Muſ. Oxon. Litt. Conſp. et Specim. p. 13. Add. Weſſeling. ad Diodor. Sic. T. 2. p. 375, 7. quem tamen ibidem p. 309, 57. διττογραφία adeo ſefellit, ut malam Cod. Leid. lectionem tantum non probaret. *) Indidem repetenda frequens ſatis confuſio verborum cum praepoſitione κατὰ compoſitorum ſimpliciumque praefixam copulam habentium, ut horum, κατθανεῖν et καὶ θανεῖν, κατίσχειν et καὶ ἴσχειν, καταφιλεῖν et καὶ φιλεῖν, aliorumque id genus plurimorum. Conf. Porſon. ad Euripid. Oreſt. v. 301. Brunck. ad Apollon. Rhod. II. v. 232. III. v. 648. me ad Longi Paſtor. p. 359. In Diodoro Sic. T. 2. p. 273, 30. dubites an Weſſelingius priorum editionum καταφυγόντες unius auctoritate Codicis recte mutaverit in καὶ φυγόντες. Participium enim ſic reſolvendum: κατέφυγον εἰς τὰς ναῦς καὶ ἀπέπλεον κ. τ. λ.

69) Ex eodem, opinor, fonte fluxit, quod nunc perperam legitur in Luciano T. 3. p. 144. Ἐνίοτε μέντοι καὶ ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλει τῆς διαβολῆς τὰς διαφοράς. Corrigendum, ni fallor, τὰς ἀφορμάς. Polybius Exc. Leg. T. 2. p. 1244. ed. Gron. μὴ διδόναι τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμὴν εἰς διαβολήν.

70) Neſcias hic, quid Toupio facias. Dum enim discriminis quidquam inter adiectiva iſta intercedere negat, conſuli iubet Weſſelingium, qui ad illum Diodori locum hac de re ſubtiliter egerit.

71) Μεγαλεπίβολος, *qui magna molitur:* ſed μεγαλεπήβολος, *qui in arduis rebus proſperè utitur ſucceſſu*. Sic Weſſelingius in Indice Graecitatis Diodoreae. Poſteriori voci maxime geminum τὸ ἀδρεπήβολον Longini ſect. VIII.,

---

*) Eadem διττογραφία, opinor, levem quidem, ſed tamen maculam adſperſit Diodoro Sic. T. 2. p. 354, 61. ſq. ἄνδρα καὶ κατ᾽ ἀνδρείαν καὶ σύνεσιν θαυμαζόμενον. Scribendum, ni fallor, ἄνδρα κατ᾽ ἀνδρείαν κ. σ. θ.

quod Ruhnkenius coniectura tentavit minime Ruhnkeniana.

72) Vid. H. Stephan. Animadverſ. in Lib. de Dialect. p. 52. Artic. LXIIII. „Voces fingere, quas uſus nunquam admiſit, Grammaticis ſolemne eſt.“ Brunck. ad Ariſtoph. Concion. v. 676.

73) „Vides imperitos illos librorum exſcriptores millies in poëtis contra metri rationem particulam illam omiſiſſe: quidni idem contigiſſe credas in ſolutae orationis ſcriptoribus?“ Brunck. ad Ariſtoph. Veſp. v. 708. Haec vellem vir doctus perpendiſſet, qui plurimis in Platone locis ἂν deſiderari nuper monuit. Is quod ſine libris non audet particulam intrudere, haud improbo: nam ſaepius de ſede eius ambigas: ſed quod ait illum defectum legitimum eſſe, cras credam, non hodie. Conſ. Index Verb. Graec. in Fiſcheri Edit. Dial. IV. Platon. v. Ἄν.

Aliquanto rarius contrarium librariorum peccatum. Reperias tamen etiamnunc paſſim loca, unde ἂν furcilla extrudendum. In Euripidis Alceſt. v. 724. ed. Musgr. legendum:

καὶ μὴν Διός γε μείζονα ζώοις [imo ζῴης] χρόνον.

Optativum enim hic τοὔνομα Φορεῖν, ſatis docet quod continuo ſequitur:

ἀρᾷ γονεῦσιν, οὐδὲν ἔκδικον παθών;

Compara Sophoclis Electr. v. 387.:

ἀλλ' ἐξίκοιτο τοῦδέ γ' οὕνεκ' ἐν τάχει.

ubi item ſequitur:

τίν', ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐπηράσω λόγον;

Eadem de cauſa in Moſchi Idyll. IV. v. 76. ſq. legendum:

ἅς γε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσαι
δυςμενέων, — — — — —

Ceterum ut tirones, quid inter optativum veri nominis ac ψευδώνυμον reſpectu illius particulae interſit *), exemplo illuſtri diſcant, legant haec Odyſſeae XIV. v. 503. ſq.:

*) Conſtantiſſimum hoc diſcrimen, quod ne quis, Wolfiana motus interpunctione, Homericis Il. II. v. 250. ſq. convelli putet, cogitet optativo veri nominis οὐκ addi non poſſe. Satis notum eſt, ψευδώνυμον cum particula ἂν ſaepiſſime ſic poni, ut vicem gerat τοῦ προστακτικοῦ: quo ſenſu ubi dicitur, οὐ recte adſciſcit, mutandum illud in μή, ſi imperativum ſufficias. Ariſtophanes Veſp. v. 725. ſq.:

ὡς νῦν ἡβώοιμι, βίη τέ μοι ἔμπεδος εἴη·
δοίη κέν τις χλαῖναν ἐνὶ σταθμοῖσι συφορβῶν.

Add. Aeſchyl. Supplic. v. 230. ſq. ed. Schütz. maior.

Videamus alium locum, eodem morbo, ni fallor, laborantem. Herodotus p. 165. in. καὶ τοῦ ἐσιόντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέεσθαι, ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον — δωρέοιτο. Ἂν h. l. mihi ſuſpectum eſt; natum illud, opinor, ex ſyllaba priore vocis proxime ſequentis. Talis enim ſtructura, ſi recte obſervavi, iſta particula fere caret. Dionyſius Halic. Ant. Rom. T. 1. p. 102. λέγεται δὲ πρὸς τούτοις, ὡς καὶ δέησίν τινα ποιήσαιτο τῶν ἐπιχωρίων, — ὅπως ἀθανάτους αὐτῷ διαφυλάττωσι τὰς τιμάς. Rarior autem haec conſtructio, tironibusque diligenter attendenda. Eadem ratione ἵνα uſurpatur. Dionyſius Halic. Ant. Rom. T. 1. p. 215. δεήσεσθαι τῆς θυγατρὸς τῆς σῆς ἔμελλον, ἵνα με πρὸς αὐτὴν ἀγάγοι. T. 2. p. 666. ſq. κραυγή τε παρὰ πάντων ἐξαίσιος ἐγένετο, καὶ δεήσεις μεμιγμέναι δάκρυσιν, ἵνα μένῃ τε καὶ διακατέχῃ τὰ πράγματα. Philo T. 1. p. 478, 20. ſqq. Ἱκέτης οὖν γίνομαι καὶ ποτνιῶμαι, ἵνα σπερμάτων καὶ ἐμπυρευμάτων ὑποτυφομένων, τὸ ἀρετῆς ἀνακαίηται καὶ ἀναφλέγηται σωτήριον φέγγος, κ. τ. λ. Agathias XXXIV.:

αἰτεῖ δ' ἀντὶ πόνων, ἵνα οἱ διὰ σεῖο παρείη
ἤ τινα μὴ φιλέειν, ἢ ταχὺ πειθομένην.

ubi obiter notetur optativi uſus pro coniunctivo: qui eſt, ſi bene vidi, proprius citerioris Graecitatis. In Luciano quidem exempla huius uſus exſtant ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. Vid. etiam Dionyſ. Hal. de Compoſ. Verb. p. 43. 47. Hymn. Orphic. in Martem, quem legimus inter Homericos, v. 11. Macedonius XVIII.:

Ἤθελον οὐ χρυσόν τε καὶ ἄστεα μυρία γαίης,
οὐδ' ὅσα τὰς Θήβας εἶπεν Ὅμηρος ἔχειν·
ἀλλ' ἵνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύσσειε λυαίῳ,
χείλεος ἀενάῳ νάματι λουομένου,
καὶ γεραρῶν συνέπινε φίλων χορός: *) — —

ἦπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκεν· Πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς,
οὐκ ἂν δικάσαις. — — — — — —

ad q. l. Scholiaſtes: Κατὰ τό,

Μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

*) Vat. Codex egregie λάλος χορός. Senex poëta optat, ut loquax aequalium corona ſecum potet. γεραρῶν, ſenum. Apollonius Rhod. I. v. 620. ſq.:

quo loco notanda variatio structurae, *ἵνα — βλύσσειε, καὶ — συνέκινε.* Conf. Brunck. ad Euripid. Phoeniss. v. 214.

74) Praevideo fore, qui, ut hanc coniecturam vanitatis convincant, Homerica antestentur, *ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν*, et quae sunt eiusdem commatis. Hi pervelim cogitent, primum, priscae istius Graecitatis horridiorem liberioremque syntaxin posteriorum scriptorum in struendis verbis diligentiae cultuique non esse conferendam: deinde, Homerica illa partim ita comparata esse, ut suspicionem vitii moveant gravissimam. Et in illo quidem, quod exempli causa posui, non ausim cum Belino [*Remarques Critiques sur le texte de Lucien* T. 3. p. LVII.] et Eichstadio [Quaest. Philol. Specim. p. 69.] scribere: *ὃ οὐ δύο κ' ἄνδρε φέροιεν.* Sed alia loca suppetunt, in quibus si quid novandum censeas, nemo te facile temeritatis insimulaturus sit. Odyss. XVII. v. 145. sq.:

οὐ γάρ οἱ πάρα νῆες ἐπήρετμοι καὶ ἑταῖροι,
οἵ καί μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

Quis, perlecta Clarkii nota, [add. Alter. et Porson.] non laudet Wolfium, qui in altera editione dederit:

οἵ κέν μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

Sin quis, frugibus repertis, glandes praeoptet, ei auctor sim, ut etiam v. 580. eiusdem Rhapsodiae revocet, quod olim in aliquot editionibus legebatur:

μυθεῖται κατὰ μοῖραν, ἅπερ οἴοιτο καὶ ἄλλος.

Alio modo succurrendum his: Iliad. XXIII. v. 494.:

καὶ δ' ἄλλῳ νεμεσᾶτον, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Cod. Vindob. *ῥέζῃ.* quod verum videtur. [Obiter moneo, haec vulgo male reddi, itemque Eustathium in interpretando lapsum esse. *Νεμεσᾶτον* quid sit, satis docet locus Odysseae, quem statim apponam.] Ad eandem, ni fallor, rationem corrigendus Odyss. VI. v. 286.:

καὶ δ' ἄλλῃ νεμεσῶ, ἥτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

οἵη δ' ἐκ πασέων γεραροῦ περιφείσατο πατρὸς
Ὑψιπύλεια Θόαντος, — — —

v. 683. sq.:

εὖτ' ἂν δὴ γεραραὶ μὲν ἀποφθινύθωσι γυναῖκες,
κουρότεραι δ' ἄγονοι στυγερὸν ποτὶ γῆρας ἵκησθε.

Epigr. in Stat. Athlet. XXX.:

πρέσβυς ὅτι σφριγόωντας ἐν ἱπποδάμῳ πλέον ἀλκᾷ
νίκησας, γεραροὺς δ' ὢν νέος ἐν σοφίῃ.

[Mira in hoc Epigrammate confusio dialectorum; vel librariorum culpâ, vel, quod vix excusandum, ipsius poëtae.] De hac illius adiectivi significatione Lexica nostra fere silent.

Sequitur hic, quo minus de verbi modo dubites, ἦτ' —
— ἀνδράσι μίσγηται. Ibid. I. v. 47.:

ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Codices Vindob. ῥέζει. Aut hoc probandum, opinor, aut legendum ῥέζῃ. *) Multum differt XXII. v. 314. sq.:

— — — — ἀλλὰ καὶ ἄλλους
παύεσκον μνηστῆρας, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

Hic optativus, cum ab imperfecto praegresso παύεσκον pendeat, et loco suo ponitur, nec particulam ἂν f. κεν admittit.

Videamus hac permoti occasione versum poroemiacum in Aristotelis Rhetor. p. 75. ed. Lips.:

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείποι.

Tetigit eum Wolfius in Epist. ad Vaterum p. 210. nihil monens de vitio constructionis: curatius tractarunt Wesseling. ad Herodot. p. 75. et Toupius Emendatt. in Suid. T. 2. p. 185. Quis dubitet cum Polybio T. 4. p. 303. et Clemente Alex. p. 747. ed. Pott. scribere καταλείπει? [Eundem versum Tragici passim respiciunt. Sophocles quidem obscurius Electr. v. 964. sqq. clarius Euripides Herc. fur. v. 163. sqq. Id si meminisset Brunckius ad Androm. v. 520., non tentaturus erat locum inficeta coniectura, quae simul colorem, quo poëta Menelaum ἐχαρακτήρισε, diluit. ἐχθροὺς ἐχθρῶν, subaudi ἐκφύντας. Vid. Musgrav. ad Cyclop. v. 42. et ad Sophocl. Aiac. v. 190. Quod moneo, ne quis Wakefieldio in Tragoed. Del. T. 1. p. 22. auscultet.]

75) Plato Phaedon. c. 63. Φαίη ἂν ἀνὴρ τραγικός. Sophocles Philoct. v. 305. sq.:

— — — — πολλὰ γὰρ τάδε
ἐν τῷ μακρῷ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπων χρόνῳ.

Conf. Porson. ad Euripid. Phoen. v. 412.

Haud magis blanditur auribus Xenophon Anab. 7, 5, 10. Ἐγὼ μὲν τοίνυν οὐδ' ἂν [i. e. ἐὰν] πέντε μηνῶν μισθὸς μέλλῃ εἶναι, στρατευσαίμην ἂν ἄνευ Ξενοφῶντος. ubi si quis fastidiosior posterius ἂν aversetur, cogitet non tanti esse aurium fastidium, ut Ἀττικωτάτου scriptoris ora-

*) Indicativum tueri videatur Sophocles Electr. extr.:

χρῆν δ' εὐθὺς εἶναι τήνδε τοῖς πᾶσιν δίκην,
ὅστις πέρα πράσσειν γε τῶν νόμων θέλει,
κτείνειν. — — — — —

tionem foedo soloecismo corrumpamus. *) Sic Porsonus non curans tam delicatorum aures ad Euripid. Orest. v. 485. egregie restituit Menandrea:

Αἰσχυνόμενος αἴσχιςα πενίαν ἂν φέροις.

76) Solennis haec iunctio particularum *τάχα* et *ἄν*. Vid. Steinbrychel. in Mus. Turic. I. 2. p. 282. Exemplis ab eo congestis, si opus esset, ingens cumulus e scriptoribus omnium aetatum addi posset.

77) Sic ipse Lucianus T. 1. p. 50. *Καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ διῆλθες, ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι.* Plato Euthyphr. c. 12. extr. *ἐβουλόμην γὰρ ἄν μοι τοὺς λόγους μένειν.* Idem Phaedr. p. 190. ed. Heind. *Καίτοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον ἤ μοι πολὺ χρυσίον γενέσθαι.* Gorg. p. 240. ed. Heind. *καὶ ταῦτ' εἰς αὐτὸν ὃν***) *ἥκις' ἂν ἐβούλετο.* ad q. l. non parum miror hunc particulae *ἂν* usum in Ind. dici rariorem. Sophocles Philoct. v. 1239.:

ἀρχὴν κλύειν ἂν οὐδ' ἅπαξ ἐβουλόμην.

Euripides Ion. v. 579. sq. ed. Musgr.:

ὅμως δὲ καὶ δέσποιναν εἰς τέκν' εὐτυχεῖν
ἐβουλόμην ἂν, τούς τ' Ἐρεχθέως δόμους.

Idem fragm. Rhadam. II.:

ἐγὼ δὲ τούτων οὐδενὸς χρήζω τυχεῖν,
δόξαν δ' ἐβουλόμην ἂν εὐκλείας ἔχειν.

ubi cur Musgravius legere malit *δόξαν δὲ βουλοίμην ἂν*, non intelligo: quamquam etiam optativi usus in talibus legitimus est. Hoc modo Hymn. Homer. in Vener. v. 153. sq.:

*βουλοίμην κεν ἔπειτα,****) *γύναι εἰκυῖα θεῇσι,*
σῆς εὐνῆς ἐπιβὰς, δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω.

---

*) Add. eiusdem Oeconom. 2, 5. *ἢ οὔτε θεοὺς οὔτε ἀνθρώπους οἶμαί σε ἂν ἀνασχέσθαι.*

**) Sic bene editum. Compara Sophocl. Electr. v. 1127. sq. *ὥς σ' ἀπ'* [leg. *ὑπ'*, i. e. *μετά*. Vid. Abresch. Adnott. ad N. T. p. 576. Brunck. ad Euripid. Hippol. v. 1309. Add. Euripid. Troad. v. 509. ed. M.] *ἐλπίδων Οὐχ ὧνπερ ἐξέπεμπον, εἰσεδεξάμην.* ubi constructionis ratio Scholiastam fefellit. Euripid. Hippol. v. 472. sq. ed. Br. *εἰς δὲ τὴν τύχην Πεσοῦσ' ὅσην* [f. *Πεσοῦσαν ἣν*] *σύ* —. Dionys. Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 233. *ἀλλ' ἐκ παντὸς οὗ συνῳκίσθησαν χρόνου, βίον Ἕλληνα ζῶντες, κ. τ. λ.*

***) Praemissum hic *ἔπειτα* participio *ἐπιβὰς*, cui ex vulgari ordine postponendum erat. Metro coactos poëtas ordinem sic invertere dicit Koenius ad Gregor. de Dial. p. 62. Non assentior: nam etiam in prosa oratione talia reperias. Xenophon Oeconom. 2, 4. *Κᾆτα οὕτως ἐγνωκὼς, σὺ μὲν οὐχ ἡγῇ προσδεῖσθαι χρημάτων, ἐμὲ δὲ οἰκτείρεις ἐπὶ τῇ πενίᾳ;*

[Herodoti locum p. 278. sq. πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι, ὡς βούλοιτο ἂν Ζώπυρον εἶναι ἀπαθέα τῆς ἀεικείης μᾶλλον, ἢ Βαβυλῶνάς οἱ εἴκοσι πρὸς τῇ ἐούσῃ προςγενέσθαι. quod attinet ad particulae usum, huc recte retuleris.]

Sic et ἤθελον ἄν. Homerus Odyss. IX. v. 334.:

*οἱ δ' ἔλαχον, τοὺς ἄν κε *) καὶ ἤθελον αὐτὸς ἑλέσθαι.*

Solon XXV. in Gnom. Poët. Gr. Brunck. p. 82. (XXI. in Anal. Brunck. T. 1. p. 72.):

ἤθελον γάρ κεν κρατήσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβὼν,
καὶ τυραννήσας Ἀθηνῶν μοῦνον ἡμέραν μίαν,
ἀσκὸς ὕστερον δεδάρθαι, κἀπιτετρίφθαι γένος.

Sophocles Ai. v. 88.:

μένοιμ' ἄν· ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν.

Philoct. v. 1278. sq.:

ἀλλ' ἤθελον μὲν ἄν σε πεισθῆναι λόγοις
ἐμοῖσιν· — — — —

Epigr. adesp. CCCCXLVIII.:

Ἤθελον ἂν πλουτεῖν, ὡς πλούσιος ἦν ποτε Κροῖσος,
καὶ βασιλεὺς εἶναι τῆς μεγάλης Ἀσίας.

Sic etiam aoristus. Sophocles Philoct. v. 426. sq. (coll. Porson. ad Euripid. Phoeniss. v. 539.):

οἴμοι· δύ' αὖ τώδ' ἐξέδειξας, οἷν ἐγὼ
ἥκιστ', ἂν ἠθέλησ' ὀλωλότοιν κλύειν.

Add. Dawesii Miscell. Crit. p. 237. sq. ed. Oxon.

78) Pervulgatus hic usus particulae ἂν participio iunctae. Ipse Lucianus T. 3. p. 83. οὔτε δρασμὸν βουλεύουσι, δυνάμενοι ἂν εὐμαρῶς, οὔτε κ. τ. λ. Euripides Iphig. Aul. v. 96.:

ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν.

Rhes. v. 80.:

πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι, δειμαίνων τόδε.

---

*) Noctetur, ὁδοῦ πάρεργον, ἄν κε, de quo Hermannus ad Lithic. v. 247. in Addend. p. XXIV. In Arati Phaenom. v. 562. legendum:

— — τὰς δ' ἄν κε περισκέψαιο μάλιστα.

In Moschi Idyll. II. v. 97. sq. Valckenario placuit:

— — — — φαίης κ' αὐλοῦ
Μυγδονίου λιγὺν ἦχον ἂν ἠπύοντος ἀκούειν.

Sed praestat, opinor, vulgatum ἀνηπύοντος. Compositum hoc, Valckenario insolens visum, reperies, quamquam alia i. e. Homerica paenultimae quantitate, in Apollonio Rhod. IV. v. 1197. cuius in Lipsiensi editione nollem index eo careret. Non caret index editionis Oxoniensis.

Herodotus p. 516. sq. εὑρίσκω δὲ ὡδ' ἂν γινόμενα ταῦτα, εἰ λάβοις κ. τ. λ. Xenophon Anab. 1, 1, 10. ὡς οὕτω περιγενόμενος ἂν τῶν ἀντιστασιωτῶν. ubi mire erravit Leunclavius. Plato Gorg. p. 39. sq. ed. Heind. Ἐγὼ δὲ τίνων εἰμί; τῶν ἡδέως μὲν ἂν ἐλεγχθέντων, εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιμι*)· ἡδέως δ' ἂν ἐλεγξάντων, εἴ τίς τι μὴ ἀληθὲς λέγοι· οὐκ ἀηδέστερον μέντ' ἂν ἐλεγχθέντων, ἢ ἐλεγξάντων.**) Euthyphr. c. 3. προςτιθεὶς ἂν ἡδέως, εἴ τίς μου ἐθέλοι ἀκούειν. Criton. c. 9. τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων καὶ ἀναβιωσκομένων γ' ἄν, εἰ οἷοί τ' ἦσαν. ubi Wyttenbachii coniecturam, Fischero elegantem visam, noli probare. Diodorus Sic. Excerpt. T. 2. p. 549. 58. sqq. ἑκατέρων ὑπὸ τῶν μάλιστα ἂν βοηθητόντων [l. βοηθησάντων], τοῦ ζῆν παραπλησίῳ τρόπῳ στερηθέντων.

Hunc quoque particulae ἂν usum tetigit egregius ille Dawesius p. 83. Add. Sylburg. ad Dionys. Hal. Ant. Rom. T. 1. p. 147. Hutchinson. ad Xenophont. Anab. p. 6.

79) Cum semel hoc stadium ingressi simus, age aliis locis eadem ex parte laborantibus item succurramus. Apollonidas III.:

Εἰ τοιόςδε Λέων λάχεν ἀντίος Ἡρακλῆϊ,
οὐκ ἦν Ἀλκίδεω τοῦτο τὸ δωδέκατον.

Scribo:

Εἰ τοιόςδε Λέων λάχεν ἀντίος Ἡρακλῆϊ,
οὔ κ' ἦν Ἀλκείδεω τοῦτο τὸ δωδέκατον.

Olympiodorus [Valckenar. Animadv. ad Ammon. p. 58. Bernard. ad Thom. Mag. p. 204. b. Villois. Anecd. Gr. T. 2. p. 172.] videtur dedisse:

---

*) Findeisenus ad h. l. p. 58.: „Ficinus: *si quid falsum ineptumve dicant.* Legit igitur εἴ τι μὴ ἀληθὲς λέγοιεν. bene." Assentior. Participium enim sic explicandum: τῶν οἳ ἡδέως μὲν ἂν ἐλέγχοιντο. Iam recte sequitur, εἰ λέγοιεν, non item, εἰ λέγοιμι.

**) Sequitur mox: Οὐδὲν γὰρ οἶμαι τοσοῦτον κακὸν εἶναι ἀνθρώπῳ, ὅσον δόξα ψευδὴς περὶ ὧν τυγχάνει νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ὤν. Heindorfius: „accusativum potius exspectabam δόξαν ψευδῆ." Ego non item. Utraque constructio proba: sed libris dissentientibus nominativum, ut magis obnoxium immutationi, praetulerim. Chion ep. 3. τοὺς γοῦν πρὸ μικροῦ διαρπάζειν ἐγνωκότας τὴν πόλιν, μετρίους κατὰ τὴν ἀγορὰν ἑωρῶμεν ὠνουμένους τὰ ἐπιτήδεια, ὡς τῶν ἄλλων Βυζαντίων ἕκαστος. ubi bene Coberus p. 10.: „Intellig. ἐκεῖνο, quod repeti potest ex ὠνουμένους. Idem placuit Dorvillio ad Charit. p. 554. — — Librarii tamen, huius ellipseos ignari, in utroque Mediceo maluerunt ἕκαστον."

Εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμὴν ἐπέδησεν ἐρωὴν,
ἦ κεν *) λυγροῦ ἔλυσα βίου πολυκηδέα δεσμόν.

Δὴ enim cum a glossatore, opinor, particulae ἦ superscriptum esset **), post, ut fit, in textum immigravit locoque cedere coëgit κεν. Maximus de Election. v. 411. sqq. (Fabric. Bibl. Gr. T. 8. p. 436.) sic corrigendus:

— — — ἐπεὶ μετὰ ποσσὶ διώκων
οὔ κε κίχοις, οὐδ' εἰ μὲν ἔχοις πόδας Εὐφήμοιο
Εὐρωπηϊάδαο, τὸν ἐν πολυηχέϊ πόντῳ
ὦκα θέειν ἐνέπουσιν ὁδῷ πεφορημένον ὑγρῇ. ***)

Ibid. v. 425. sqq. scribendum:

εἰ δέ τ' ἔοι κερόεσσα σὺν εὐσκόπῳ Ἑρμάωνι,
οὔ κε φύγοι θεράπων ὀλοφώϊος, ἀλλὰ τάχιστα
εὕροις, εἰ καὶ γοῦνα θοώτερα καὶ πόδας ἴσχοι
κουφοτέρους Λάδαο καὶ ὠκυδρόμοιο Φαΰλλου †).

---

*) In Apollonio Rhod. IV. v. 916. leg.:

— ἤ κέ οἱ αἶψα καταυτόθι νόστον ἀπηύρων.

Conf. Dawes. Miscell. Crit. p. 186.

**) Conf. Hesych. T. 1. c. 1595.

***) Ut horum λεπτολογημάτων tristitia ioco exhilaretur, adscribo istorum versuum interpretationem Rentdorfianam, quam dedit Fabricius, Harlesius secure repetiit: *quoniam pedibus persequens nihil obtinebis, etiamsi pedes habeas celebris Europam quae* [l. *qui*] *abstulit tauri, quem in resonanti mari celeriter oucurrisse aiunt, humida cum ferretur via.* Quantilli laboris erat, ut sibi caveret interpres a mira illa herois ἀποταυρώσει, inspicere Apollonium Rhodium I. v. 179. sqq.:

Ταίναρον αὐτ' ἐπὶ τοῖσι λιπὼν Εὔφημος ἵκανε,
τόν ῥα Ποσειδάωνι ποδωκηέστατον ἄλλων
Εὐρώπη Τιτυοῖο μεγασθενέος τέκε κούρη.
κεῖνος ἀνὴρ καὶ πόντου ἐπὶ γλαυκοῖο θέεσκεν
οἴδματος, οὐδὲ θοοὺς βάπτεν πόδας, ἀλλ' ὅσον ἄκροις
ἴχνεσι τεγγόμενος διερῇ πεφόρητο κελεύθῳ.

Obiter notent tirones in Maximo metronymicum Εὐρωπηϊάδης: nam talia in rarioribus sunt.

†) Vulgo Φαάλλου. Etiam Rentdorfius: *Phaallus.* Hunc hominem, alter an albus sit, non novi: bene novi Phayllum, Crotoniatam celebratissimum. Vid. Epigr. adesp. CCV. ibique Iacobs. p. 411. De Lada vid. Pausan. p. 153. Ceterum advertant hic tirones breviloquentiam in usu comparativi, quam in transcursu tetigit Dorvillius ad Chariton. p. 93. Exemplis ab Hermanno ad Viger. p. 714. enotatis [Sophocleum Philoct. v. 683. sic explicandum: τῆς τοῦδε.] addo nunc haec: Antipater Sidon. [Thessalon.] LXXXII.:

ἄμμι δὲ Μαιναλίας κρέσσων βίος ἢ Ἀταλάντας
τόσσον, ὅσον σοφία κρέσσον ὀρειδρομίας.

ubi obiter notetur in duobus continuis versibus κρέσσων, κρέσσον. Philodemus in Iacobsii Commentar. ad Anthol. Gr. II. 1. p. 248.:

80) Ad ea quae ibi proxime praecedunt, τὴν τραγικὴν δυςωδίαν, monui ignorare me, an alibi τραγικὸς hoc sensu occurreret. En alterum huius significationis exemplum postmodo mihi oblatum. Lucianus T. 2. p. 716. ὁ γοῦν πώγων μάλα τραγικὸς ἦν, ἐς ὑπερβολὴν κουριῶν. Paullo ante Longus habet οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς λύπης. Edidi o. ἄ. ἐ. λύττης. Iterum si mihi Sophistae huius edendi necessitas imposita fuerit, quod spero non futurum, revocabo λύπης. Vid. Abresch. Dilucid. Thucyd. p. 624. Villois. ad Long. p. 96. sq. Maiore iure medicinam illam admoveas Diodoro Sic. T. 2. p. 9, 69. sq. καὶ πέρας ἐπὶ τοσοῦτο προῆλθε λύπης καὶ παρακοπῆς, ὥςτε κ. τ. λ. Corrige λύττης. Sic T. 1. p. 119, 81. διὰ τὸν ἔρωτα περιπεσὼν λύσσῃ τινὶ καὶ μανίᾳ. Idem T. 2. p. 49, 72. sq. ὁ δὲ δῆμος, παυσάμενος τῆς λύπης, εἰς τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἀποκατέστη. Scribe item τῆς λύττης. Quod autem Diodorus nunc λύσσῃ habet, nunc λύττης, non magis quemquam offendet, quam promiscuus in eius [item Strabonis] libris usus formarum θάλασσα et θάλαττα: cuius inconstantiae culpam si quis in librarios transferendam censeat, me non habet assentientem.

Videamus, ὁδοῦ πάρεργον, Suidae glossam, ubi π et τ confusa mihi videntur. T. 3. p. 80. Περήτρια. ἡ περιαγγέλλουσα [Hesych. παραγγ. malim προςαγγ.] τὴν ὥραν. Corrigendum, opinor: Τηρήτρια. Τηρεῖν, τήρησις de hac re proprie dicuntur. Vid. Casaubon. ad Athen. c. 425. coll. Kuhn. ad Polluc. p. 588. b. et Brunck. ad Aristoph. Concion. v. 652. Alia ratio placuit Boettigero*).

— — — — ἀλλ' ἐπακούσῃ
Φαιήκων γαίης πουλὺ μελιχρότερα.

ubi dolet excidisse optimo viro huiusmodi notam: „ἐπακούσεις legendum.“ [Contrarium errorem erravit Zeunius ad Xenoph. Cyrop. 4, 4, 3. Obiter moneo, in Athenaeo T. 4. p. 334. corrigendum ἀκουσόμεσθα.] Crinagoras XXII.:

χαῖται δ' οὐ μήλων ἅτε που μαλακοῖς ἐπὶ μαλλοῖς,
ψεδναὶ δ', ἀγροτέρων τρηχύτεραι χιμάρων.

Herodotus p. 67, 54. sq. ἐν ταύτῃ [τῇ ἡμέρῃ] δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιεῦσι προτίθεσθαι. Diodorus Sic. Exc. de Virt. et Vit. T. 2. p. 559, 65. sqq. βασιλεῖς ἄλλους καταλήψεσθαι τὴν Λυσιμάχου δυναστείαν, φοβερωτέραν οὖσαν, ἂν τύχῃ, τοῦ προϋπάρξαντος. Lucianus T. 2. p. 310. Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμενα πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ. Alciphron p. 430. μυστήριον ἐν αὐταῖς στρέφεται ταῖν θεαῖν ταῖν Ἐλευσινίαιν ἀσφαλέστερον. Bene Interpres: „Mysterium inter ipsas volvitur, dearum Eleusiniarum *mysteriis* tutius.“

*) Vid. *Sabina* p. 440.

Quod si vere coniecimus, augeat τηρήτρια Lexica, addaturque iis quae Fischeri eximia industria in operis utilissimi P. II. p. 69. sq. congessit.

Alia exempla confusionis illarum literarum habet Porsonus ad Euripid. Orest. v. 581. quibus accedat hoc in Aristoph. Acharn. v. 165. οὐ καταβαλεῖτε. Al. οὐκ ἀποβαλεῖτε.

81) Non inepte compares Latinorum *pinguis*. Plinius Epist. 7, 26, 3. *Haec summa curarum, summa votorum, mollemque in posterum et pinguem, si contingat evadere, hoc est, innoxiam beatamque destinat vitam.* Vid. ibi Cortium.

82) Compara Sophocl. Electr. v. 1378. λιπαρεῖ προὔστην χερί. Schol. ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς, συνεχῶς.

83) Olim hic etiam legebatur barbarum ἀλιπαρὲς, e Lexicis furcilla eiiciendum: de quo vid. Brunck. ad Sophocl. Electr. v. 451. Ceterum in Luciano malim καὶ πόνων τὸ λιπαρές.

84) Scrib. εὖ ῥυθμίσασθαι [malim ῥυθμίσαι]. Vid. supra ad p. 229. v. 3. Antea legebatur ἀριθμάσασθαι: quod Iacobsio Animadv. in Stobaeum p. 220. tentanti Diva Critice parum favit. Verbum enim quod in illius locum substituit, ἀρθμάσασθαι, hac quidem significatione et forma, graecum esse nego; nec movet me Schneideri Iacobsio consentientis (vid. Lex. Graec. v. ἀρθμέω) auctoritas, ut sententiam mutem. Ἀρθμεῖν est Φιλιοῦσθαι, *amicitiae vinculo iungi cum alio*, ut verissime H. Stephanus Thes. T. 1. c. 565. D.

85) Saepissime ἂν additur. Sic Sophocles Antig. v. 909. sq.:

πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου Φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον.

Euripides Orest. v. 1130. sq.:

εἰ μὲν γὰρ εἰς γυναῖκα σωΦρονεστέραν
ξίΦος μεθεῖμεν, δυςκλεὴς ἂν ἦν Φόνος.

Idem Phoeniss. v. 509. sq.:

εἰ πᾶσι ταὐτὸ καλὸν ἔΦυ, σοΦόν θ' ἅμα,
οὐκ ἦν ἂν ἀμΦίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις.

Xenophon Anab. 7, 6, 9. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πάλαι ἂν ἦμεν παρ' ὑμῖν, εἰ μὴ ΞενοΦῶν δεῦρο ἡμᾶς πείσας ἀπήγαγεν. Sed quid in notissima re exempla convecto?

86) Sequitur ibi paullo post: ἀλλὰ τοὺς τῶν στρατιωτῶν λόγους κατανόησον. Zeunius: „λόγους] Addunt πάντας codices Guelf., Par., Eton. et marg. Steph. sed Brodaei πάντων." Neutrum verum: sed discas inde, quid a Xenophonte profectum sit. Scribe, sodes: ἀλλὰ τοὺς τῶν στρατιωτῶν λόγους πάντως κατανόησον. Lucianus T. 1. p. 789. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ πάντως γε εἴκοσι. Sophocles Ai. v. 1167. sq.:

εἰ γὰρ βλέποντος μὴ 'δυνήθημεν κρατεῖν,
πάντως θανόντος γ' ἄρξομεν, κἂν μὴ θέλῃς.

Mireris autem, hanc particulam adiectivo suo toties cedere coactam fuisse. Xenophon Cyrop. 7, 1, 18. πάντως παρελάσας. Al. πάντας π. Idem Memor. 2, 6, 19. Οἱ μὲν οὖν πονηροὶ πάντως ἔμοιγε δοκοῦσιν κ. τ. λ. Al. πάντες ἔ. δ. Euripides Hec. v. 821. sq:

ἐκ τοῦ σκότους γὰρ, τῶν τε νυκτέρων βροτοῖς
φίλτρων, μεγίστη γίγνεται πάντως χάρις.

Sic edidit Brunckius, cum in schedis suis πάντων, etsi alio positum loco, reperisset. Longus p. 2. ed. Villois. Πάντως γὰρ οὐδεὶς Ἔρωτα ἔφυγεν. Al. πάντων. Aristaenetus I. ep. 1. p. 4. ed. Abresch. τῶν Χαρίτων πάντων ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. Vere Abreschius corrigit πάντως. Vid. viri doctissimi Lect. Arist. p. 5. Schol. ad Euripid. Phoeniss. v. 74. ὡς κυβερνήτης πάντως φέρει τοὺς οἴακας. Al. πάντας φ. τ. ο. Conf. Toupius ad Longin. p. 354. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. T. 4. p. 640.

87) Utriusque loci Xenophontis constructionem ad vulgarem formam facile revoces, scribendo illic, θάνατον ἂν ἀντ' αὐτοῦ π. ἦν, hic, αἰσχρὸν γὰρ ἂν ἦν. Sed repugnantibus libris nolim particulam inserere.

88) Tale est χρῆν. Sophocles Electr. v. 529.:

ἣ χρῆν σ' ἀρήγειν, εἰ φρονοῦσ' ἐτύγχανες.

Euripides Herc. fur. v. 209. sq. ed. Musgr.:

ὃ χρῆν σ' ὑφ' ἡμῶν τῶν ἀμεινόνων παθεῖν,
εἰ Ζεὺς δικαίας εἶχεν εἰς ἡμᾶς φρένας.

Aristophanes Plut. v. 586.:

— — καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.

Herodotus p. 19, 27. sqq. εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με, ἢ ἄλλου τευ ὅ,τι τούτῳ ἔοικε, χρῆν δή σε ποιέειν τὰ ποιέεις. Idem p. 60, 25. sqq. οἱ δὲ κατὰ ταῦτα εἶπαν, λέγοντες ὡς βασιλεῦσαι χρῆν τὸν παῖδα, εἰ ἐπέζωσε καὶ μὴ ἀπέθανε πρότερον. P. 113, 33. sqq. πρὸς δὲ,

εἰ ἐτησίαι αἴτιοι ἦσαν, χρῆν καὶ τοὺς ἄλλους ποταμοὺς, ὅσοι τοῖσι ἐτησίῃσι ἀντίοι ῥέουσι, ὁμοίως πάσχειν καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ τῷ Νείλῳ. ubi cum ad χρῆν e libro Ask. enotatum χρῆναι vidiſſem, edidi χρῆν ἄν: perperam. Xenophon Anab. 6, 6, 25. οὐ μέντοι ἔφη νομίζειν, οὐδ' εἰ παμπόνηρος ἦν Δέξιππος, βίαν χρῆναι πάσχειν αὐτὸν, κ. τ. λ. Obiter moneo, Zeunium ibi ex MS. Guelf. ἐπαινοῖ recipere debuiſſe pro vulg. ἐπαινεῖ; neque enim Attici hanc optativi formam averſantur, id quod contra Marklandum ad Euripid. Supplic. v. 898. pulcre monuit Valckenarius ad Hippol. v. 469.

Noli huc referre ἔμελλον cum infinitivo ſic iunctum, ut ipſum fungatur vice particulae ἄν. Herodotus p. 124, 52. ſqq. καὶ μὴν εἴ γε παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον οὔνομά τευ δαίμονος, τούτων οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα ἔμελλον μνήμην ἕξειν. i. e. ἔσχον ἂν μνήμην. Orpheus Argon. v. 1257. ſqq. ed. Geſn.:

ἦ τάχα καὶ δύσεσθ' Ἀργὼ κατὰ βένθε' ἔμελλεν,
εἰ μὴ πρεσβίστη θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντος
εὐρυβίην *) Πηλῆα πόσιν λελίητο ἰδέσθαι.

ἔμελλεν δύσεσθαι i. q. ἔδυ ἄν. Reliqui autem, quam unicè veram puto, omnium lectionem librorum, male expulſam ab Hermanno, ἦ τάχα καί. Significanter poſitum cum ἦ, tum magis etiam καί. At, inquit Hermannus, epicus ſermo poſtulabat καὶ τάχα. Satis ſuperque tuebuntur ἦ τάχα, ut proprium epici ſermonis, hi loci. Homerus Odyſſ. XVIII. v. 72.:

Ἦ τάχα Ἶρος ἄϊρος ἐπίσπαστον κακὸν ἕξει.

Ibid. v. 337.:

Ἦ τάχα Τηλεμάχῳ ἐρέω, κύον, οἷ' ἀγορεύεις.

Magis etiam cum loco Orphico congruit XIX. v. 69.:

ἦ τάχα καὶ δαλῷ βεβλημένος εἶσθα θύραζε.

Sic enim ſcribendum. Perperam vulgo ἦ τάχα κ. δ. β. ε. θ. Genuinum habet Euſtathius, quem editores noſtri non videntur hic inſpexiſſe. Congruit item Apollonius Rhod. II. v. 116. ſq.:

*) Sic recte ed. Herm. ex libris bonae notae. Εὐρυβόου temere coniecit feraciſſimus talium coniecturarum an ſomniorum Wakefieldius Animadv. in Moſchi Idyll. II. v. 119.

— — — — — ἢ τάχ' ἔμελλεν
αὐτὸς δῃώσεσθαι ὑπὸ ξίφεϊ Κλυτίοιο.

Haec sufficient, opinor, ad lectionem illam in Orphicis tuendam. In transcursu reddamus ἢ τάχα Christodoro Ecphr. v. 103. ubi scribendum:

— — — — — ἢ τάχα κοῦρον
Κύπριδος εὐκόλποιο καὶ Ἑρμάωνος ἐνίψεις.

Vulgo, ut in loco illo Homerico, ἦ τάχα. Eodem vitio purga, tanti si tibi videtur, carmen Gregorii Nazianz. CLXXIX. in Muratorii Anecdotis Graec. p. 161.

89) An sigmatismi, qui anapaestos ultimâ Hecubâ*) nunc obsidet, ipse poëta culpam sustineat, dubites. Scribendum, ni fallor:

ἴτε πρὸς λιμένα σκηνάς τε, φίλαι.

Ceterum ut hic σίγμα τὸ ἀρκτικὸν vitiosam sibili iterationem videtur peperisse, ita eadem litera vocem claudens contrario alibi vitio σ' elisit. Euripides Helen. v. 823.:

εἰ μὴ τύραννος ἐκπύθοιτ' ἀφιγμένον.

Leg.:

εἰ μὴ τύραννός σ' ἐκπύθοιτ' ἀφιγμένον.

Idem Troad. v. 998.:

εἶεν· βίᾳ γὰρ παῖδα φῂς ἄγειν ἐμόν.

Leg.:

εἶεν· βίᾳ γὰρ παῖδα φῄς σ' ἄγειν ἐμόν.

Eandem mendam exime Sophoclis Electr. v. 1138. sq.:

κοὔτ' ἐν φίλῃσι χερσὶν ἡ τάλαιν' ἐγὼ
λουτροῖς ἐκόσμησ', — — — —

Scrib. λουτροῖς σ' ἐκ.

90) Conf. Burgess. ad Dawesii Miscellan. Crit. p. 493.

91) Idem aurium fastidium vereor ne alibi etiam Criticos nostros perpulerit, ut Sophocleis vim inserrent.

---

*) Obiter moneo, quem Porsonus dorismum extremae illic voci ex libro Harleiano nuper demum vindicavit, dudum ex Codice Naniano innotuisse. Vide Catalogum Codicum Graecorum Nanianorum a Io. Aloys. Mingarellio contextum [Graeci Codices manu scripti apud Nanios Patricios Venetos asservati. Bononiae. 1784. 4.] p. 480.

Veluti Antig. v. 504. in omnibus libris et ſcriptis et editis ante Brunckianam editionem legitur τούτοις τοῦτο. Brunckius ob euphoniam, ut ait, edidit τοῖσδε τοῦτο: vereor, ne repugnante poëta: certe melius de Sophocle meriturus erat, ſi, miſſo illo verſu, proximo, ni fallor, laboranti ſuccurriſſet pro ἐγκλείσοι ſcribendo ἐγκλείοι. Ceterum conſ. Herodot. p. 57, 27. ἐγὼ δὲ ταῦτα τοῦτον ἐποίησα σὺν δίκῃ. Idem p. 71, 31. ſq. τούτοισι μέν νυν ταύτην τὴν ζημίην οὗτοι ἐπέθηκαν. Xenoph. Cyrop. 2, 2, 11. Ἦ γὰρ οἴει, ἔφη, ὦ Κῦρε, τούτους ἀληθῆ λέγειν ταῦτα; Libanius T. 3. p. 234. τούτου τοῦτο κελεύσαντος. Marcellinus de Thucyd. Vita, p. 2, 4. ἐστι γὰρ οὗτος τούτου συγγενής. Sic ὅδε geminatur in Sophoclis Philoct. v. 1375.:

φίλου μετ' ἀνδρὸς τοῦδε τῆσδ' ἐκπλεῖν χθονός.

92) Eodem quo Brunckius modo correxit Musgravius, οὐκ ἂν ἐσχόμην vertens *non abstinuiſſem*. οὐκ ἀνεσχόμην eſt *non abstinui:* nihil aliud.

In Odyſſ. X. v. 327. ſq. vocibus pariter diductis ſcribendum videtur:

οὐδὲ γὰρ οὐδέ τις ἄλλος ἀνὴρ τάδε φάρμακ' ἂν ἔτλη,
ὅς κε πίῃ, καὶ πρῶτον ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

93) Conf. Herodot. p. 20, 50. πολλαχῇ τε ἂν ἴσχον ἐμεωυτόν. Praeferetne ibi etiam Hermannus, quod in aliis libris legitur, ἀνίσχον? Non ſpero. Ceterum cum loco iſto Sophoclis inprimis comparandus, qui ſimul Brunckianam illic lectionem egregie tuetur, Euripideus Hippol. v. 661. ſq. ed. Brunck.:

εἰ μὴ γὰρ ὅρκοις θεῶν ἄφρακτος ᾑρέθην,
οὐκ ἄν ποτ' ἔσχον μὴ οὐ τάδ' ἐξειπεῖν πατρί.

94) Gemellus locus in Hecub. v. 1103. ed. Porſ.:

φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

ubi cum praeſtantiſſimi Critici, quamquam libris tacentibus, παρέσχ' ἂν ſcribendum certatim cenſuiſſent, hic quoque Hermannus lectionem vulgatam ſervare quam Brunckium Porſonumque ſequi maluit: non, opinor, ab illis disceſſurus, ſi praevidiſſet, mox etiam librorum auctoritate ſtabilitum iri, quod lex Grammaticorum dudum confirmaverat. Nam Porſoni ad h. l. notae in editione Cantabrigienſi acceſſerunt haec: „παρέσχεν ἂν N." Obiicietne, Codicem illum manum gloſſatoris hic ſenſiſſe? Vix puto.

95) Simili ratione Dionysius Halic. Ant. Rom. T. 1. p. 336. οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν τὸ ἀκριβὲς, εἴτε Ἄρης ἐστὶν, εἴτε ἕτερός τις ὁμοίας Ἄρει τιμὰς ἔχων. ubi cave probes Vaticani libri lectionem. Ὅμοιαι Ἄρει τιμαὶ sunt τιμαὶ ὅμοιαι ταῖς τοῦ Ἄρεως τιμαῖς. Obiter moneo, in Suida T. 1. p. 615. τάς τε ἴσας τοῖς κρείττοσι μεταδιώκων τιμὰς, κ. τ. λ. male verti: *et praestantioribus pares honores sectans.* Verte: *et divinos honores sectans.*

96) Thomas Mag. p. 649. Ὅμοιον τῷ δεῖνι, καὶ ὅμοιον τοῦ δεῖνος. Ἡρόδοτος ἐν τῇ τρίτῃ· ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῦ Ἡφαίστου. [De hoc Herodoti loco in illa ad Plinium nota obiter actum est.] ὡσαύτως καὶ ἴσον τῷ δεῖνι, καὶ ἴσον τοῦ δεῖνος. Diodorus Sic. T. 2. p. 338, 21. sq. οἱ δὲ τουτοις ἴσοι Θρᾶκες ἐκ τῶν ἄνω κατοικιῶν. Ante Wesselingium edebatur οἱ δὲ τούτων ἴσοι κ. τ. λ.

97) Cant. αὐτῆς. Verissime. Compara Aristotel. Art. Poët. init. Περὶ ποιητικῆς αὐτῆς τε καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς — — — λέγωμεν.

98) Rhetor infra p. 406. μετὰ τὸν πόλεμον ἀριστεῖα, ἢ πταῖσμα. Corrige: κατὰ τὸν πόλεμον ἀριστεία*) ἢ πτ. Eupolidea in Plutarchi Mor. T. 1. p. 206. sic, ni fallor, scribenda:

Τῶν περὶ τάγηνον καὶ κατ' ἄριστον φίλων.

Lucianus T. 1. p. 336. ὥστε ἢ ἐκεῖνόν σοι κατάστησον, ἢ ἡμεῖς μετοικήσομεν**) εἰς ἕτερον τόπον. Lege: μετάστησον. Eadem verba confusa in Xenophontis Cyrop. 5, 1, 30. Alia exempla permutationis harum praepositionum, vocumque cum iis compositarum suppeditant Kusterus ad Schol. Aristoph. Nub. v. 1193. Wesselingius ad Diodor.

---

*) In Diodoro Sic. T. 2. p. 210, 89. miror Wesselingium ἀριστειῶν in margine, non in ipso textu posuisse. Conf. Sophocl. Ai. v. 443. Pluralem nominis ἀριστεία reperias etiam in Luciano T. 2. p. 17. 902. T. 3. p. 318. in Libanio T. 4. p. 109.

**) Sic et Augustanus liber, cuius utor Excerptis. Verissime. Sequitur statim: ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν καὶ σένομεν. qui soloecismus est foedissimus. Quis non videt scribendum: οἰμώζωμεν καὶ στένωμεν. Iam lege et mirare (nisi legendis certorum hominum ὑπομνήμασιν adeo occalluisti, nihil ut hoc in genere mirandum putes) mirare igitur Belini, omnino ad talia turpiter offendentis, notulam: „Les manuscrits 2956 et 3011 [item Augustan.], portent le subjonctif οἰμώζωμεν καὶ στένωμεν. Je préfère l'indicatif." Praetulit etiam Schmiederus. Idem soloecismus p. 219. iam ab Hemsterhusio confixus. Hoc quidem loco res Gallo melius cessit.

Sic. T. 1. p. 425, 35. p. 440, 52. p. 694, 33. T. 2. p. 321, 36. p. 336, 96. p. 441, 99. p. 503, 71. Bernardus ad Thom. Mag. p. 681, 1. Fischerus ad Palaephat. p. 180. Brunckius ad Apollon. Rhod. III. v. 909. IV. v. 1500. ad Aristoph. Ran. v. 1026. Coray ad Theophrast. p. 236.

99) Vide, ut hoc uno utar, (nam nubem testium cogere possem) Valckenar. Adnotatt. Crit. in N. F. p. 398.

100) Sic perimit sensum densissimamque caliginem offudit perspicacissimis interpretibus in Diodoro Sic. T. 1. p. 181, 6. Totus locus sic scribendus: ἀπολειπομένου [sic optime Clar. 2.] δ' ἀπορήματος, διὰ τίν' *) αἰτίαν οὐ συνέπονται τοῖς ἐλέφασιν· εἰς τὴν προειρημένην παραποταμίαν, διώκοντες τὰς συνήθεις τροφὰς, φασὶ τοὺς τηλικούτους ὄφεις τὴν μὲν ἐπίπεδον τῆς χώρας φεύγειν, περὶ δὲ τὴν ὑπώρειαν ἐν ταῖς φάραγξι ταῖς [inserendum εἰς] τὸ μῆκος ἀνηκούσαις καὶ τοῖς σπηλαίοις τοῖς τὸ βάθος ἔχουσι συνεχῶς ἐναυλίζεσθαι. In eodem T. 2. p. 272, 56. sqq. revocanda antiqua lectio, a Wesselingio perperam mutata: Ἡμεῖς δ' ἐπεὶ τὰς κατὰ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον ἐπιτελεσθείσας πράξεις διήλθομεν, μεταβησόμεθα πρὸς τὸν ἐν τῇ Κυρήνῃ γενόμενον πόλεμον, ἵνα μὴ μακρὰν τοῖς χρόνοις ἀποπλανῶμεν τὸ συνεχὲς τῆς ἱστορίας. Ἀναγκαῖον δ' ἐστι κ. τ. λ. Vid. T. 1. p. 304, 22. ibique ipse Wesselingius, coll. T. 1. p. 145, 65. p. 609, 61.

101) Homerus Il. XXIII. v. 84. sqq.:

ἀλλ' ὁμοῦ, ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν, —
ὣς δὲ καὶ ὀστέα νῶϊν ὁμὴ σορὸς ἀμφικαλύπτοι.

Od. V. v. 121. sqq.:

ὣς μὲν ὅτ' Ὠρίων' ἕλετο ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
τόφρα οἱ ἠγάασθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντες,
ἕως μιν ἐν Ὀρτυγίῃ χρυσόθρονος Ἄρτεμις ἁγνὴ
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνεν·
ὣς δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμος Δημήτηρ,
ᾧ θυμῷ εἴξασα, μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ,
νειῷ ἔνι τριπόλῳ, οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπυστος

*) Malim τίνα: τίς enim, τὸ πνευματικὸν, gravius est, quam ut in oratione soluta apostrophum commode ferat.

Ζεὺς, ὅς μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῷ·
ὣς δ' αὖ νῦν μοι ἀγᾶσθε, θεοί, βροτὸν ἄνδρα παρεῖναι.

ut scribendum et interpungendum videtur. Hesiodus Theogon. v. 593. sqq.:

ὡς δ' ὁπότ' ἐν σίμβλοισι κατηρεφέεσσι *) μέλισσαι
κηφῆνας βόσκωσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων·
αἱ μέν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἠμάτιαι σπεύδουσι, τιθεῖσί τε κηρία λευκά,
οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται·
ὣς δ' αὔτως ἄνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης θῆκε, — — —

Sic enim locus corrigendus, qui vulgo perperam et legitur et interpungitur.

101 a) Hesiodus O. et D. v. 269. sqq. ed. Brunck.:

οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Sic enim locum legere malim.

102) Rectius ibi Brunckius, ut particulam ἂν etiam cogitandi verbum afficere posse ostenderet, hoc Sophocleo loco usus fuisset, Philoct. v. 1043. sq.:

— — — εἰ δ' ἴδοιμ' ὀλωλότας
τούτους, δοκοῖμ' ἂν τῆς νόσου πεφευγέναι.

quem Camerarius [p. 17. ed. Lond. 1758.] bene comparat cum Homerico Il. VI. v. 284. sq.:

εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' Ἄϊδος εἴσω,
φαίην κε φρέν' ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.

ubi, quod obiter moneo, errant, qui φαίην κε interpretantur εἴποιμι ἄν: imo est, quod alii habent, Sophocleumque illud docet, δόξαιμι ἄν. Sic φημὶ saepius, neque in solo Homero, dicitur. Hesychius: Φημί. — ὑπολαμβάνω.

*) Praeferrem, si codex daret, σίμβλοισιν ἐπηρεφέεσσι: hoc enim adiectivum sequitur, neque amat epica poësis in talibus variationem. Ceterum quod vulgo legitur, σμήνεσσι, a glossatore profectum est. Hesychius: Σίμβλοι. τὰ σμήνη.

103) Modo praecessit v. 471. ἧς κατηρεφεῖς δόμοι. Valckenarius coniecit ᾗ κ. δ. idque Brunckius in ordinem recepit. Non imiter. Utraque constructio proba: sed genitivi usus exquisitior. Videamus aliquot eius exempla. Sophoclis ἄλυπος ἀνίας, ἄτης, γήρως, iam supra tetigimus. Idem Oed. Col. v. 785. sq.:

— — — — πόλις δέ σοι
κακῶν ἄνατος τῆσδ' ἀπαλλαχθῇ χθονός.

Pro quo Aeschylus Agam. v. 1222. ed. Schütz. ex certa Canteri [it. Dawesii Miscell. Crit. p. 234.] emendatione:

πῶς δῆτ' ἄνατος *) ἦσθα Λοξίᾳ κότῳ;

Porro Sophocles Trachin. v. 687. sq.:

τὸ φάρμακον τοῦτ' ἄπυρον, ἀκτῖνός τ' ἀεὶ
θερμῆς ἄθικτον, ἐν μυχοῖς σώζειν ἐμέ.

Mox v. 693. sq.:

κἄθηκα συμπτύξασ' ἀλαμπὲς ἡλίου
κοίλῳ ζυγάστρῳ δῶρον, ὥςπερ εἴδετε.

Ibid. v. 1053. sq.:

καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων
ὑφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.

Idem Philoct. v. 1066. sq.:

ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως, οὐδὲ σοῦ φωνῆς ἔτι
γενήσομαι προςφθεγκτὸς, ἀλλ' οὕτως ἄπει;

Sed vulgari structura v. 1353. τῷ προςήγορος; nisi scripsit τοῦ προςήγορος; Sic enim solet, veluti Oed. R. v. 1436. sq.:

ῥίψον με γῆς ἐκ τῆσδ' ὅσον τάχισθ', ὅπου
θνητῶν φανοῦμαι μηδενὸς προςήγορος.

Antig. v. 847.:

οἵα φίλων ἄκλαυστος, —

Electr. v. 895. sq.:

— — — καὶ περιστεφῆ κύκλῳ
πάντων ὅσ' ἐστὶν ἀνθέων θήκην πατρός.

Ibid. v. 1214. sq.:

---

*) Ἄνατοι, ni fallor, restituendum Bacchylidi XVI. ubi nunc legitur ἀναίτιοι. Sic ἄνατος et ἄναιτος confusa in illo Sophoclis loco. Vid. ad eum Schol. item Lex. Sophocl. v. Ἄναιτος.

Ἠλ. οὕτως ἄτιμος εἰμι τοῦ τεθνηκότος;
Ὀρ. ἄτιμος οὐδενὸς σύ· — —

Euripides Androm. v. 460. sq.:

— — ὡς ἀθώπευτόν γε σὲ
γλώσσης ἀφήσω τῆς ἐμῆς, καὶ παῖδα σήν.

Archilochus XXI.:

— — Ἧδε δ' ὥστ' *) ὄνου ῥάχις
ἕστηκεν ὕλης ἀγρίας ἐπιστεφής.

Bacchylides XVI.:

Οἱ μὲν ἀδμῆτες ἀεικελίων νούσων εἰσί.

Mnasalcas VIII.:

κράναν τ' αἰγείροιο κατάσκιον, — — —

Sic enim ex Cod. Vatic. legendum, cuius palmaria virtus etiam hic editorem Gothanum videtur latuisse. Vulgari constructione Sophocles Electr. v. 422. ᾧ κατάσκιον. nisi legendum οὗ κατάσκιον.

104) Alia exempla confusionis vocum ἀναστροφὴ et ἀνατροφὴ collegit Wesseling. Diatr. de Iudaeor. Archont. p. 13. sq.

*) Malim ὡς. In Strabone p. 777. C. ed. Alm. leg. ὡς ἐστὶ Τάναϊς.

INDEX SCRIPTORVM

IN ANNOTATIONES AD DIONYSIVM ET MELETEMATA CRITICA.

(Paginis Dionysii praefixa est littera D, Meletematum M.)

INDEX VERBORVM

IN ANNOTATIONES AD DIONYSIVM ET MELETEMATA CRITICA.

A.

E.

Z.

H.

Θ.

I.

Λ.

Π.

X.

*) „— Saepissime autem virorum Maximus quorumvis loca recte scripta profert, quae ne quidem mendosa esse perspexerint Editores.“ Valckenarius Var. Lection. Vers. Homeri p. 55. a. Quare „Scaligerana semper digna sunt, quae consideratius exigantur a literatoribus.“ Idem ad Herodot. l. c.

tur *Ilias*, graece et latine, et variae lectiones et obſervationes in Iliadem, cum ornamentis XXVIII. aeri inciſis, et Speciminibus Codd. MSS. V. 8 mai. 1802. charta ſcript. 30 thlr.
— Idem liber, charta belgica. 50 thlr.
— — Idem liber, ſine ornamentis, charta impreſſ. 20 thlr.
Homeri Ilias, cum brevi annotatione curante C. G. *Heyne*. II tomi. 8 mai. 1804. charta belgica. 10 thlr.
— — Idem liber, charta ſcript. 6 thlr., — charta impreſſ. 4 thlr.
Homeri Hymni et Batrachomyomachia. Graece et Latine. Recenſuit, varietate lectionis inſtruxit et interpretatus eſt Aug. *Matthiae*. Accedit Auctarium animadverſionum. 8 mai. 1805. 1 thlr. 4 gr.
— — Idem liber, charta ſcriptoria. 1 thlr. 10 gr.
(Videantur *Matthiae* Animadv. in hymnos Homericos.)
Homeri Hymni et Epigrammata. Edidit Godofr. *Hermannus*. 8 mai. 1806. charta impreſſ. 1 thlr. 4 gr., — charta ſcript. 1 thlr. 12 gr.
— — Idem liber, charta membran. (Velin). 2 thlr. 6 gr.
— — Hymnus in Cererem; ad codic. Moscov. denuo coll. recenſuit et animadverſ. illuſtravit Chriſt. Guil. *Mitſcherlich*. 8. 1787. 20 gr.
Hoogeveen, Henrici, Doctrina particularum linguae graecae. In epitomen redegit Chr. Godofr. *Schütz*. Editio ſecunda, auctior et emendatior 8 mai. 1806. charta impr. 2 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, charta ſcriptor. 2 thlr. 18 gr.
Longinus, Dionyſius, de ſublimitate, ex recenſ. Zach. *Pearcii*. Animadverſ. interpretum excerpſit, ſuas et novam verſionem adiecit D. S. F. N. *Morus*. 8 mai. 1769 et 773. 1 thlr. 8 gr.
Matthiae, Aug., Animadverſiones in Hymnos Homericos, cum Prolegomenis de cuiusque conſilio, partibus, aetate. 8 mai. 1800. 1 thlr. 18 gr.
— — Idem liber, charta ſcriptoria. 2 thlr. 12 gr.
Plutarchi, Chaeronenſis, quae ſuperſunt, omnia, graece et latine. Principibus ex editionibus caſtigavit, virorumque doctorum ſuisque annotationibus inſtruxit Io. Iacob. *Reiske*. XII Volumina. Addita ſunt ornamenta aeri inciſa. 8 mai. 1774—82. 40 thlr.
Polybii Hiſtoriarum quidquid ſupereſt. Recenſuit, digeſſit, emendatiore interpretatione, varietate lectionis, adnotationibus, indicibus illuſtravit Io. *Schweighaeuſer*. Tom. I—VIII. P. 2da. 8 mai. 1789—95. 27 thlr.
— — Idem liber, charta belgica opt. 45 thlr.
Simplicii Commentarius in Epicteti Enchiridion. Accedit Enchiridii Paraphraſis chriſtiana et Nili Enchiridion. Graece et latine. Omnia ad veterum Codicum fidem recenſuit et varietate lect. brevibusque notis illuſtravit Io. *Schweighaeuſer*. II Tomi. 8 mai. 1800. charta ſcript. 6 thlr.
— — Idem liber, charta belgica opt. 10 thlr.

Etiam ſub titulo:

Epicteteae Philoſophiae Monumenta. Vol. IV. et V.
Sophoclis Dramata, quae ſuperſunt, et deperditorum Fragmenta. Graece et Latine. Denuo recenſuit et Rich. Franc. Phil. *Brunckii* annotatione integra, aliorum et ſua ſeleta illuſtravit Frid. Henr. *Bothe*. II Voll. 8 mai. 1806. charta impreſſ. 6 thlr.
— — Idem liber, charta ſcript. gall. 8 thlr.
— — Idem liber, charta belg. opt. 12 thlr.
Strabonis Rerum geographicarum Libri XVII. Graeca ad optimos codices manuſcriptos recenſuit, varietate lectionis, adnotationibus illuſtravit, Xylandri verſionem emendavit Ioann. Phil. *Siebenkees*. inde a ſeptimo libro continuavit Carol. Henr. *Tzſchucke*. Vol. I. II. III IV et V. 8 mai. 1796—1808. 14 thlr. 6 gr.
— — Idem liber, Tom. I. II. III. IV. V. charta belgica. 22 thlr. 4 gr.